Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/manualeambrosian03cath

# MONUMENTA

## VETERIS LITURGIAE AMBROSIANAE

III.

MONUMENTA
VETERIS LITURGIAE AMBROSIANAE

# MANUALE AMBROSIANUM

EX CODICE SAEC. XI

OLIM IN USUM CANONICAE VALLIS TRAVALIAE

IN DUAS PARTES DISTINCTUM EDIDIT

DOCTOR MARCUS MAGISTRETTI

V. CAPITULI RR. BENEFICIATORUM OFFICIALIUM
ET SS. CAEREMONIARUM METROPOLITANAE MEDIOLANEN. PRAEFECTUS

## PARS ALTERA

MEDIOLANI
APUD ULRICUM HOEPLI
BIBLIOPOLAM
ANNO CHRISTI M. DCCCC. IV.

withdrawn from
Caven Library
LIBRARY
KNOX COLLEGE
TORONTO

QUAE A LEGE SUNT JURA RESERVANTUR

27889
1921

Mediolani - ex Typographeo Humberti Allegretti - 1904.

# MANUALE AMBROSIANUM

OFFICIA TOTIUS ANNI

ET ALII ORDINES

# INCIPIT LIBER MANUALIS

## SECUNDUM INSTITUTIONEM AMBROSIANAE ECCLESIAE

f. 66. DIE XI MEN. NOVEMBRIS DEPOSITIO S. MARTINI EPISC.

IN VIGILIA. *Ingressa.* Vir iste custodivit(1). *Cantus.* Levavi oculos. *Offertorium.* Veritas mea. *Confractorium.* Qui me confessus fuerit. *Transitorium.* Fidelis servus et prudens.

AD VESPERAS. *Lucernarium.* Lux orta est iusto. ℣ Dominus regnavit, exultet.

*Hymnus.* Bellator armis inclitus: Martinus actu nobilis: quæ gesserit miracula: hymnis canamus debitis:

Qui frigoris sub tempore: dum clamide nudum tegit: mox Christo ipsam concidit: se veste tectum prodidit:

Tres arte sancta pallidos: resuscitavit mortuos: de febre catecuminum: et alterum suspendio:

Orationis ambitu: latro sepultus proditur: qua non cadebat impetu: pinus reflexa ducitur:

1. INCIPIT, etc.: Tit. supplevi ex cod. Z.; M. incipit: « *In nomine sce et individue Trinitatis: Incipit liber Manualis de universis festivitatibus et dominicis et singulis diebus, tam de matutinis, missis, vesperis et vigiliis totius anni, secundum institutionem sanctissimi ac venerabilis patris nostris mbrosii Mediolanensis archiepiscopi.* » — 4. custodivit: *M. add.: Lectio libri Sap.* Ecce sacerdos magnus. *psalmellus.* In memoria aeterna. ℣. Beatus vir. *Ad Timoth. II.* Gratias ago Deo. *Cantus lect.* Levavi oculos. *Evang. sec. Math.* Vigilate et orate. — 12. concidit: dividit. M.

(1) Ubi tantum initia Antiphon., ℟℟, etc., posita sunt, si de *communi*, requirenda infra in Communi Sanctorum, si de *proprio*, fere semper in eodem officio recurrunt.

Profana dum succendere: taere flammam repulit: quo extincta sunt incendia imbris; fuit præsentia.

Humore de paralisi: curat puellam debilem: morbique rasit fomitem: sancti liquoris unguine.

Pacem leproso dans viro: sordes fugavit ulcerum: et quod lavaret morbidum: Iordanis est in osculo:

His et per orbem cognitis: in gentibus miraculis: possessor alti spiritus: nunc regnat in caelestibus:

Gloria tibi Domine: gloria Unigenito: una cum sancto Spiritu: in sempiterna saecula.

℟ *cum fantibus.* Vicarius apostolis Martinus, decus ecclesiae orbem terrae sanctificans divisa cum Christo veste. ℣ Ex ore infantium et lactentium Martinus laudem Dei perfecit: orbem terrae. *Ant.* Refloruit caro mea et ex voluntate mea confitebor Domino. ℣ (2) Ad te Domine clamabo.

*Oratio.* ✠ Omnipotens sempiterne Deus sollemnitatem f. 66'. diei huius propitius intuere: et ecclesiam tuam intercessione beati Martini pontificis atque confessoris tui, continua fac celebritate gaudere; omniumque in te credentium vota perfice. Per.

*Ant.* II. Iustitia eius manet in saeculum saeculi. ℣ (2) Beatus vir qui timet Dominum.

*Oratio.* Deus qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius: ut intercessione beati Martini confessoris tui contra omnia adversa muniamur. Per.

*In Magnificat.* Beatus ille servus quem.

*Oratio.* Deus cuius cultui deputatur quicquid sanctis eius honoris impenditur, intenta oratione poscimus; ut hunc diem quem sancti et praecipui viri Martini episcopi illustrat excessio, celebrem nobis et posteris indulgeat: tribuatque

7. His et: Hisdem (sic) M. — 11-14. In marg. I. ma. rubr.: *Medo-(liæ) de praeveniamus I. et II.* — 18. pontificis, etc.: conf. t. atq. pont., M. — 21. *Ant.:* suppl. in hac ed. — 25. tui: tui atq. pont. M.

(1) Psalm. 27, integer cum al. psalm. *Ecce nunc,* et *Laudate.* et *Gloria.* — (2) Psalm. 111. cum *Gloria.*

ut cuius veneratores sumus, et imitatores esse mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium suum, cum quo beatus.

*Psallenda.* Lex Dei ejus in corde.

*Oratio.* Exaudi Domine populum tuum tota tibi mente subiectum: et beati Martini sacerdotis tui atque pontificis supplicatione custodi: ut corpore et corde protectus, quod pie credidit appetat; et quod iuste sperat obtineat. Per.

AD VIGILIAS. ℟ Ecce magnum et verum sacerdotem, ecce bonum dispensatorem, qui clamidem dans pauperi Christum videre meruit. ℣ Gloria et divitiae in domo eius, et iustitia eius manet in saeculum saeculi: qui clamidem.

*Ant.* Pastor magne. ℣ (1) Dilexi qui audiet.

℟ Beati Martini meritum factumque laudamus: pauperem nudum clamide indutum audit Iesum clara voce dicentem: ✱ Martinus adhuc catechuminus hac me veste contexit. f. 67. ℣ Vere memor Dominus dictorum suorum, qui ante praedixerat, quamdiu fecisti uni ex minimis istis, mihi fecisti: Martinus.

*Ant.* Summe sacerdos Martine. ℣ (2) Credidi propter.

℟ III. Lex veritatis fuit. ℣ Manus enim mea.

*Ant.* Confessor sancte. ℣ (3) Beatus vir qui timet.

*Psallentium.* Dixerunt disciplui ad beatum. II. O quantus luctus omnium. *post Kyr.* Oculis ac manibus in caelum. ℟ Beatus vir qui timet. ℣ In mandatis ejus. *Psallentium.* O virum ineffabilem. II. Martinus Abrahae sinu laetus. *post Kyrie cum Gloria.* Dominus adiutor et protector.

2. Christum etc.: Christum cum quo vivit et regnat Deus una cum Spiritu Sancto. — 4. *T addit: Compl. I.* Sancti tui Domine. *Aliud II.* Benedictus et Domine. — 6. beati etc.: beati Sac. sui Martini. T. — 8. credidit: credit. M. — 9. ℟: ℟ *Diac.* M. — 13. audiet: *M. add.: Oratio:* Da, q. o. D., beati sac. et conf. tui Martini meritis immensae nos tuae pietatis misericordiam consequi: quatenus eius intervenientibus precibus nostra queant deleri facinora. Per. — 14. ℟: ℟ *Subd.* M. — 19. fecisti... fecisti: fecistis... fecistis. M. — 20. propter: *M. add.: Oratio.* Adesto, (ut infra). — 21. ℟ III: ℟ *not.* M. — 23. *Psallentium:* al. ordo in M.: *Psall. ad S. Victorem.* Dixerunt. II. O virum inef. etc. *post kyr.* Oculis etc. ℟ *lect.* Beatus vir., etc. *psall. ad S. Martinum.* O quantus luctus. II. Martinus (reliq. ut sup., omiss. *Orat.* Adesto).

(1) Psalm. 114. — (2) Psalm. 115. — (3) Psalm. 111.

*Oratio.* Adesto quaesumus Domine plebi tuae, et intercessione beati sacerdotis et confessoris tui Martini confidenter tribue consequi quod sperare donasti. Per.

AD MATUTINUM. ℟ *post hymnum.* Ecce magnum. ℣ Gloria et divitiae. *Ad lectiones.* ℟ Beati Martini meritum. ℣ Vere memor. ℟ II. Lex veritatis fuit. ℣ Manus enim.

*In Benedictus.* Oculis ac manibus. *Ad crucem.* Justus in perpetuum. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Refloruit caro. *In Laudate.* Justitia eius. *Capitulum.* Dispersit dedit. *Psalmus directus.* Beatus vir qui timet. *Sequitur* Gloria in excelsis. *Hymnus.* Bellator armis. *Psallenda.* O quantus luctus omnium.

MANE. *Psallentium. Ant.* I. *ad scm Martinum.* Beatus homo, Domine. ℣[1] Deus ultionum. II. Iocundus homo. III. In via peccatorum. IIII. Erit iustus tamquam. V. Beatus quem elegisti. *Foris muros post Kyrie.* VI. Benedicta confessio. VII. Confessus bonam. VIII. Confessio eius super caelum. VIIII. Sacerdos et pontifiex. X. Similabo eum viro. XI. Domine quinque talenta. XII. Pastor magne. XIII. Summe sacerdos. XIIII. Confessor sancte. XV. Dixerunt discipuli ad beatum Martinum: cur nos, pater, deseris, aut cui nos desolatos relinquis, invadent enim gregem tuum lupi rapaces. XVI. O quantus luctus omnium, quanta praecipue lamenta monachorum et virginum chorus, quia et pium est gaudere Martinum, et pium est flere Martinum. ⁑ XVII. O virum ineffa- f. 67'.
bilem nec labore victum, nec morte vincendum, qui nec mori timuit, nec vivere recusavit. XVIII. Martinus Abrahae sinu laetus excipitur, Martinus hic pauper et modicus caelum dives ingreditur hymnis caelestibus honoratur. XVIIII. Refloruit caro. XX. Iustitia eius. XXI Beatus ille servus. XXII. Oculis ac manibus in caelum semper intentis invictus ab oratione spiritus non relaxabat. *Post Kyr. cum Gloria.* XXIII. Dominus adiutor et protector meus et in ipso speravit cor meum et adiutus sum.

10-11. *Psalm. dir....* armis: *M. subaudit, ut de more.* — 11. *psallenda: psall.* Dixerunt discipuli. *al.* O quantus etc. *M.* — 13. *Psallentium:* al. ordo antiph. in M.: I, ℣ (idest *psalm.*) Deus ult., II, III, IV, VI, (al.) Confessio et pulchritudo. VII, XXI. *foris muros post Kyr.* VIII, IX, (al.) Qui audit verba. X, XII, XIII, XI, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, XXIII. *post Kyr. cum Gloria,* XXII. — 23. luctus: *corr. ex* lutus. — 32. XXIII: *suppl. in hac ed.* — 33. speravit: *corr. ex* speravi.

(1) Psalm. 93.

Ad missam. *Ingressa.* Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi: cornu eius exaltatibur in gloria. *Psalmellus.* In Deo speravit cor meum et adiutus sum, et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor illi. ℣ Ad te, Domine, clamabo: Deus meus ne sileas à me, et ero similis descendentibus in lacum. ℣ *in Alleluja.* Euge serve bone. *Post Evangel.* Ego sum pastor bonus. *Offertorium.* Beati Martini. ℣ Vere memor. *Confractorium.* Domine, quinque talenta. *Transitorium.* Sancti Martini magna est festivitas, et pretiosa ipsius confessio; quem sic amavit Magister et Dominus, ut horam sciret, qua mundum relinqueret: pacem dedit omnibus adstantibus, et securus pergit ad caelestem gloriam.

DIE XIII MEN. NOV. INVENTIO S. ANTONINI MART.

Ad vesperas. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in ch.* Laetabitur. *Hymn.* Deus tuorum militum. ℟ Posuit coronam. ℣ Benedictus Dominus. *Ant.* Posuisti. ℣ (1) Domine in virtute.

*Orat.* Maiestati tuae nos, quaesumus, Domine, beati martyris tui Antonini supplicatio veneranda conciliet: ut qui incessabiliter actibus nostris offendimus, eius precibus expiemur. Per

*Ant.* Laetabitur. ℣ (2) Exaudi Deus.

*Orat.* Deus, qui sanctam nobis huius diei solemnitatem pro commemoratione beati martyris tui Antonini vel
f. 68. passione fecisti; adesto familiae ⁑ tuae precibus: et da, ut cuius hodie festa celebramus, eius meritis et intercessionibus adiuvemur. Per.

*In Magnif.* Fecit mihi magna. *Psallenda.* Lex Dei eius in corde. *Alia omnia require in unius mart.*

6. *M. add. suis in locis initia Epistol. et Evang.: Ad Timoth. II.* Magnum est pietatis mysterium. *Evang. S. Johann.* Ego sum pastor bonus. — 14. *Die XIII, etc.: Idib. novemb. Natale S. Antonini* U.: in V hac die rubr.: « *Inventio S. Antonini mart.: omnia de uno martyre* ». Off. hoc desideratur in Z. — 15. AD VESP.: M. *exhibet tantum duas orat., et post easdem ponit rubricam Evangelii proprii hujus diei:* « *Secundum Matheum:* Cum venerit Filius hominis in majesiate sua ». — 19. beati: *om.* U. — 21. eius: continuis eius, U. W. M.

(1) Psalm. 20. — (2) Psalm. 63.

DIE XVIII MEN. NOVEMBRIS SANCTI ROMANI EPISCOPI.

Ad vesperas. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in ch.* Laetabitur iustus. *Hymn.* Deus tuorum militum. ℟ Dominus mihi dat linguam eruditionis, alleluja, ut sciam quando oporteat me dicere. alleluja, alleluja. ℣ Benedictus Dominus, Deus meus, qui dedit mihi linguam non carnalem sed spiritalem: ut sciam. *Ant.* Os meum loquetur sapientiam et meditatio cordis mei prudentiam. ℣ (1) Audite haec, omnes gentes.

*Orat.* Plebs tua, Domine, beati sacerdotis et martyris tui Romani, te glorificante, magnificet: et, eodem semper precante, te mereamur habere rectorem. Per.

*Ant.* Lingua mea meditabitur justitiam tuam. ℣ (2) Deus in te speravi.

*Orat.* Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi: ut beati sacerdotis et martyris tui Romani meritis adjuvemur, cuius passione laetamur. Per.

*In Magnif.* Si linguae membrum absciderís, tacentem Deus audit. *Psall.* Exultabunt labia mea dum cantavero tibi, et anima mea quam redemisti, Domine. *Alias orationes require de uno martyre.*

Ad vigilias. ℟ Ante te, Domine. ℣ Eripe me, Domine. *Ant.* Os meum loquetur. ℣ (3) Audite hæc.

℟ Coronavit te, Dominus. ℣ Certamen bonum certasti. *Ant.* Lingua mea. ℣ (4) Deus in te speravi, Domine.

℟ Coronam gloriae. ℣ Induit sanctum. *Ant.* Si linguae membrum. ℣ (5) Deus in adjutorium.

*Psallentium.* Anima mea magnifica. ii. Posuit Dominus animam. ℟ Beatus vir. ℣ In mandatis eius. *Psallent.* Dedisti eum Domine. ii. Super iram inimicorum. iii. Deside-

3. XVIII, *corr. ex* VIII: — 11. glorificante: glorificatione. U. V. Z. W. M. — 16. meritis adiuvemur: te glorificatione magnificet. M. — 19. audit: M. *add. orat. III.* Praesta, q. o. D., universorum conditor: ut plebs tua quae hodie in s. mart. tui Romani annua festivitate devotis resultat obsequiis, beatitudinem quam tuis promisisti fidelibus assequi, et tanti pontificis exempla sequendo, aeterna beatitudine perfrui mereatur. Per. — 22. Ad vigilias, etc.: om. U. V. Z. et M.

(1) Psalm. 48. — (2) Psalm. 70. — (3) Psalm. 48. — (4) Psalm. 70. — (5) Psalm. 69.

rium animae eius. *post Kyrie cum Gloria.* Exultabunt labia mea dum cantavero tibi.

. 68r. Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. *Ad lectiones.* ℟ Dominus mihi dat. ℣ Benedictus Dominus. ℟ II. Posuisti Domine. ℣ Vitam petiit te.

*In Benedictus.* Si linguae membrum. *Ad crucem.* Iustus in perpetuum. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Refloruit caro. *In Laudate.* Lingua mea. *Capit.* Posuisti Domine in capite. *Psall.* Exultabunt labia.

Mane. *Psallentium: Ant.* I. Anima mea magnifica. ℣ (1) Et exultavit. II. Posuit Dominus animam. III. Vitam petiit te. IIII. Magna gloria ejus. V. Dedisti eum Domine in benedictione. VI. Os meum loquetur. VII. Super iram inimicorum. VIII. Desiderium animae ejus. VIIII. Lingua mea. X. Si linguae. *post Kyrie cum Gloria.* Exultabunt labia.

Ad Missam. *Ingr.* Certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi, et reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die, et his qui diligunt adventum ejus. *Psalmel.* Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iuditium. ℣ Lex Dei eius in corde ipsius, et non subplantabuntur gressus ejus. ℣ *in All.* Benedictus Dominus, qui dedit mihi linguam non carnalem sed spiritalem. *Post Evang.* Domine labia mea aperies, et os meum annuntiavit laudem tuam. *Offert.* In virtute tua. *Confract.* In salutari tuo. *Transit.* Magna est gloria.

.5 ℟ II, etc.: *al. in* M.: Coronavit te. ℣ Certamen bonum. — 7. *In Benedicite al. ant. in M.:* Os meum loquetur. — 9. labia: *M. add.: al.* Posuit coronam. — 10. *Psallentium: om.* U. Z. — 12. V. Dedisti etc.: *M. vero, om. hac ant. sic proseq. mutato ordine*: VII, (*al.*) Posuit coronam. (*al.*) Posuisti Domine. *foris muros post Kyr.* VI, IX, X. *post Kyr. cum Gloria.* Exultabunt labia. — 16. certavi,.... consummavi,.... servavi: certasti.... consumasti.... servasti. V: — fidem servavi: *om.* Z. — 17. corona justitiæ: justitiæ corona, Z. M. — 18. Dominus: Dominus Deus meus. V. — 21. M. *add.: ad Cor. I.* Qui loquitur lingua. — 22. dedit: redit. M. — 23. M. *add.: Sec. Lucam.* Ponite vos in cordibus vestris. — 26. M. *add.: In nat. S. Benigni episc. et confessor. Orat.* Praeclari pont. et conf. t. Benigni nos, q., Dom. merita adiuvent, et tuam pietatem tuamque clementiam semper implorent. Per. *Al. orat.* Da, q. Dom., o. Pater: ut hodierna beatissimi antistitis atq. conf. t. Benigni celebritas, et huius vitae auxilia tribuat, et sempiternae gloriae premia consequi faciat. Per. *Alia.* Libera, q. Dom., familiam tuam ab insidiis inimicorum, et glorioso pont. atq. conf. tuo Benigno deprecante, remissionem tribue peccatorum, et ad gaudia eam perduc aeternorum bonorum. Per.

(1) Ex Cant. *Magnificat.*

## IN NATALI SANCTAE CAECILIAE VIRGINIS.

Ad vesperas. *Luc.* Lucerna pedibus. ℣ Juravi et statui. *Ant. in ch.* Ornavit me ornamento. *Hymn.* Iesu corona virginum. ℟ Domine Iesu Christe, pastor bone, seminator casti consilii, suscipe seminum fructus quos in Caecilia seminasti: Caecilia famula tua quasi ovis tibi argumentosa deservit. ℣ Nam sponsum quem quasi leonem ferocem accepit, ad te quasi agnum mansuetissimum destinavit: Caecilia. *Ant.* Ego autem sicut. ℣ (1) Deus in nomine tuo.

*Orat.* Deus, cui beata Caecilia ita devotione placuit castitatis, ut coniugem suum Valerianum affinemque Tiburtium tibi fecerit consecrari; nam et angelo deferente micantium odoriferas florum coronas palmamque martyrii perceperunt: tribue quaesumus, ut, ea intercedente pro nobis, beneficia tui muneris percipere mereamur. Per

*Ant.* Propter veritatem. ℣ (2) Eructavit.

*Orat.* ⁑ Beatae Caeciliae martyris tuae, nos, quae- f. 69.
sumus, Domine, festivitas sancta commendet: quae ita ad palmam martyrii venire voluit, ut et de societate placeret, qua Valerianum et Tiburtium consecrationibus per Angelum suum tua misericordia coronavit. Per

*In Magnif.* Quia respexit humilitatem.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut hac festivitate beatae martyris tuae Caeciliae, qua ad caelestia meruit evocari premia, coniunctis sibi Tiburtio et Valeriano, sicut credimus et speramus, eorum suffragiis adiuvemur. Per.

*Psall.* Cantantibus organis, Caecilia Domino decantabat dicens: Fiat cor meum immaculatum, ut non confundar.

1. IN NATALI: « Die XXII mens. nov. Translatio Sanctae Çaeciliae » U. — 2. *Lucern.: al. in* U. Exortum est. ℣ Beatus vir. — 4. ℟: ℟ *cum quatuor clericis.* M. — 5. seminator: *corr. 2 ma. ex* seminasti. — fructus: *sup.* m, *al. ma.* s. — 8. agnum mansuetissimum: mansuetissimum agnum. Z. — 20. martyrii venire: venire martyrii. U; martyrii pervenire M. — 22. suum: tuum M. — tua: ita tua Z. — 24. *In* U. V. Z. W. M. *haec est quarta, et quarta hoc loco dicitur.* — 25. beatae: *om.* M.

(1) Psalm. 53. — (2) Psalm. 44.

*Orat.* Deus, qui nos famulos tuos in beatae martyris tuae Caeciliae victoria Valeriani simul et Tiburtii gaudere fecisti triumphis, tribue, quaesumus, maiestatis tuae misericordiam: ut sicut eos, tyrannorum superata feritate, laetari fecisti, ita et populus tuus tua semper exultet bonitate. Per

*Alia orat.* Sanctae martyris tuae Caeciliae, Domine, supplicationibus tribue nos foveri: ut cuius venerabilem sollemnitatem praevenimus obsequio, eius intercessionibus commendemur et meritis. Per

NATALE SANCTI CLEMENTIS.

Ad vesperas. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in ch.* Laetabitur iustus. *Hymn.* Deus tuorum militum, sors. ℟ Orante Clemente, apparuit ei agnus Dei de sub cujus pede fons vivus emanabat; videntes populi laudem dicebant: Fluminis impetus laetificat civitatem Dei. ℣ Quoniam
f. 69'. percussit petram, et fluxerunt aquae: * Videntes populi.
*Ant.* Posuisti Domine. ℣ (1) Domine in virtute.

*Orat.* Pontificis et martyris tui Clementis, quaesumus, Domine, in conspectu divinae maiestatis tuae pro nobis ascendat oratio; cui beatam societatem cum tuis donare iussisti apostolis et martyribus. Per.

*Ant.* Laetabitur iustus in Domino. ℣ (2) Exaudi Deus vocem.

*Orat.* Beati sacerdotis et martyris tui Clementis natalitia, quaesumus, Domine, ecclesia tua devote suscipiat; et magnae glorificationis efficiatur amore devotior. Per.

*In Magnif.* Vidi supra montem agnum stantem, de sub cuius pede fons vivus emanabat.

*Orat.* Praesta quaesumus, omnipotens Deus; ut beati sacerdotis et martyris tui Clementis adiuvemur auxilio, cui

1. nos: *om.* W. — 2. simul: *om. M.* — 5. tua: in tua. W. M. — 6. *Al. orat.:* om. V. ubi rubrica: « *Alia omnia de Virgine* », et Z cum W; M *add.:* « *Ad Vigilias, et ad Matut. et ad Missam omnia alia quæ desunt require in Nat. Virg.* » — 10. NAT., etc.: die XXIII men. novemb. Natale S. Clementis. U. — 23. natalitia: natalitia veneranda. U, V, Z, W. M. — 24. devote: *corr. 1 ma. ex* devota; *in* U, Z, W. devota.

(1) Psalm. 20. — (2) Psalm. 63.

in deserto, populus ut crederet, admirabilem contulisti potentiam: ut sitientibus ex tumulis, quos eis terra negabat, natura fontium liquores produceret. Per.

*Psall.* Lex Dei eius.

*Orat.* Omnipotens, sempiterne Deus, qui in omnium sanctorum tuorum es virtute mirabilis, da nobis in beati Clementis annua sollemnitate laetari; qui Filii tui martyr et pontifex, quod mysterio gessit, testimonio comprobavit; et quod ore praedicavit, confirmavit exemplo. Per.

IN NATALI SANCTORUM GRISANTI ET DARIAE.

AD VESPERAS. *Orat.* Beatorum martyrum tuorum Grisanti et Dariae nobis, Domine, adsit oratio: ut quos obsequio veneramur, pio iugiter expiemur auxilio. Per. ✠ f. 70.

Praesta, quaesumus, Domine: ut sicut sanctorum tuorum Grisanti et Dariae natalitia celebranda non desunt, ita iugiter suffragiis comitentur. Per.

## IN NATALI SANCTI ANDREAE APOSTOLI.

AD VESPERAS. *Luc.* Lux orta est iusto. ℣ Dominus regnavit.

*Hymn.* Post Petrum primum principem: Andreas apostolus: salutis verbum praedicans: in Achaia provintia.

9. *In marg. al. ma. suppl.*: Omnia de plurimorum (sic): in M. rubr.: *Alia omnia require in nat. unius mart.* — *Add. M: In nat. sci Protasii confes. et archiepiscopi mediol. Orat.* Famulos tuos, q. Dom, gloriosi sac. et conf. tui Protasii intercessione conserva: et eius festivitatem celebrantes caelesti pietate custodi, et a cunctis emunda peccatis. Per Dom. *Al. orat.* Preces familiæ tuæ, q. Dom. ,placatus exaudi, et s. pont. atque conf. t. Protasii intercessione conserva: ut corpore ac mente defensus, quod sancte credidit poscat, et quod iure sperat obtineat. Per. *Al. orat.* Aspice in nos omnipotens et misericors Deus, et cordibus misericorditer humanis intercedente sanctissimo antistite atque conf. tuo Protasio, cuius commemorandam hodierno die colimus celebritatem, flammam tuae dilectionis accende. Per. — 10. IN NAT.: *in* V: XXVIIII die nov. Sanctorum, etc. — 12. Domine: *om.* U. V. Z. M. — 13. expiemur auxilio: sequamur exemplo. Z. — *Al. or. om.* W. — 14. quaesumus, Domine: Domine quaesumus, V; nobis quæsumus Domine, M. — sicut: sicut nobis U, *in V* nobis *al. ma. super lin.: 1 ma. in* M. — sanctorum: sanctorum martyrum. M. — 15. ita: ita nos V. M; *sed* nos *sup. lin. al. ma. in* V. — iugiter: *om.* Z. — 16. comitentur: *corr. ex* commitentur. — 20. Andreas: Andreas est.

Captus in Patra oppido: traditur diro carceri: ferali poena ceditur: tortor callet vesania.

Dilaniatis ictibus: ligno crucis suspenditur: biduo vivens non cessat: fidem docere populum.

Clamor plebis attollitur: carus Deo exposcitur: reddi iustus et innocens: sanctus et bonus quaeritur.

Fallax ad patibulum: quasi ad solvendum properat: devotus martyr in poenis: orat ne artioribus.

Loris resolvat impius: divinis indeptus muniis: frater instigat iurgiis: iustisque quaerimoniis.

Eant tecum quae tua sunt: Egeatha durissime: completa eius passio: devicto hoste callido.

Imploret ergo meritis: suis pro nostris actibus: ut mereamur consequi: sancta in fine premia.

℟ *cum fantib.* Dum perambularet Dominus supra mare secus litus Galileae, vidit Petrum et Andream retia mittentes in mare: vocavit eos dicens, Venite post me, fatiam vos piscatores hominum. ℣ Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meae; a finibus terrae: vocavit.

*Ant.* Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. ℣ (1) Misericordias tuas Domine in aeternum (totum).

f. 70r. ✠ *Orat.* Deus qui per sanctum baptismum beatum Ambrosium tui nominis confessorem esse signasti: praesta quaesumus; ut eius meritis protegamur in cuius festivitate annua devotione laetamur. Per.

*Ant.* Unus ex duobus, qui secuti sunt Dominum, erat Andreas frater Symonis Petri. ℣ (2) Domine probasti.

*Orat.* Apostolicis nos, Domine, quaesumus, attolle prae-

2. callet: calet. U. V. Z. W. M. — 3. Dilaniatis: Dilaniatus. U. V. Z. W. M. — 9. indeptus: indemptus. V. — 11. durissime: dirissime. V. M. W. — 14. premia: *M. add.* Gloria tibi Domine, gloria Unigenito. — 17. fatiam vos: *post* vos *ras.:* fatiam fieri. M. — 19. *M. add. rubr.: Melod. de litia primae et secundae.* — 24. meritis protegamur: protegamur meritis. M. — annua devotione: *om.* W. — 26. *Ant.* etc.: *Ant. ad sanctum Andream.* Unus.... *canendo* Domine probasti, *et eundo.* M. — 28. nos Domine quaesumus: nos q. Dom., U. W; Dom. nos q., V; q. Dom. nos., Z.

(1) Psalm. 88. — (2) Psalm. 138.

sidiis: ut quorum sollemnia praevenimus, eorum precibus adiuvemur. Per.

*In Magnif.* Suscipe beata crux humilem propter Deum, suscipe discipulum eius qui pependit in te.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, Domine Deus noster, beati apostoli tui Andreae intercessionibus sublevari: ut per quos ecclesiae tuae superni muneris rudimenta donasti, per eos subsidia perpetuae salutis impendas. Per.

*Psall.* Bene annuntiavi iustitiam tuam Domine in ecclesia magna.

*Orat.* Beati Andreae apostoli supplicatione, quaesumus, Domine, plebs tua benedictionem percipiat: ut de eius meritis fideliter glorietur, et sempiternis valeat consortiis sotiata laetari. Per.

AD VIGILIAS. ℟ Directus est vir inclitus ut Arium destrueret, splendor ecclesiae, claritas vatum: infulas dum gerit saeculi, adquisivit paradisi. ℣ Dictum enim fuerat proficiscenti, Vade age non ut iudex, sed ut episcopus: infulas.

*Ant.* Inveni David. *Psalm.* (1) Misericordias tuas, Domine.

*Orat. require retro.* Deus, qui per sanctum baptismum beatum Ambrosium tui.

℟ Posui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: manus enim mea auxiliabitur ei. ℣ Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit eum: manus enim.

*Ant.* Posui adiutorium super potentem, et exaltavi eum: dicit Dominus. ℣ (2) Nihil proficiet.

*Orat.* Deus, qui per undas regenerationis beatum * con- f. 71.

6-7. per quos.... per eos: per quem.... per eum. V. W. — 8. perpetuae: aeternae. V. — 9. *Psall.*: *Ps. usque ad scm Vitalem.* M. — 11. *Orat.* Beati....: *in* M. *al. Or.* Da tuorum. q. Dom. habitator; *ut infra ad Vigil.* — Andreae apostoli: apost. tui And. Z. — 12. ut de: ut et de. M. — 13. valeat consortiis: gaudiis valeat. M. — 15. AD VIGILIAS: *M. add.: ad S. Ambrosium hymnus.* Miraculum laudabile. — ℟: ℟ *subd.* M. — 19. *Psalm.*: suppl. in hac ed. — Domine: *al. ma. sup. lin. add.:* « *et dic usque* Nihil proficiet inimicus ». *1 ma. in* M. — 22. ℟: ℟ *not.* M.

(1) Psalm. 88. — (2) Reliq. psalm. 88. a ℣. *Nihil proficiet inimicus.*

fessorem tuum Ambrosium a contagione vetusti criminis diluisti, ablutumque purificationis lavacro doctorem praecipuum atque catholicae fidei propugnatorem efficere dignatus es: praesta, quaesumus, ut ipso pro nobis intercedente, vitiorum possimus abluere maculas, et tibi Domino sinceris mentibus deservire. Per.

℟ III. Super quem requiescam, dicit Dominus, nisi super humilem et mansuetum trementem verba mea. ℣ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: trementem.

*Ant.* Unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis. ℣ (1) Eructavit cor meum.

*Psallent. ad S. Andream.* Missus sum apostolus a Domino.

℟ Beatus Andreas sui nominis dignitatem praecessit: doctor gentium et magister veritatis, Dominum praedicavit, et ad martyrii palmam pervenit. ℣ Suscipe, beata crux, humilem propter Deum: suscipe discipulum eius qui pependit in te: et ad martyrii.

*Ant.* Iustus homo et amicus Dei ducitur ad mortem. ℣ (2) Dilexi qui audiet.

*Orat.* Da tuorum, quaesumus, Domine, habitator aeterne sanctorum: ut beati apostoli tui Andreae pretiosa natalitia, non solum ministerio corporali, sed etiam et mentis veneremur effectu. Per.

℟ Homo Dei ducebatur, ut crucifigerent eum: populus autem clamabat voce magna dicens: innocens et iustus sine causa damnatur. ℣ Videntes populi irruerunt in impium iudicem clamantes, et dicentes: innocens.

*Ant.* Suscipe beata crux. ℣ (3) Credidi propter.

*Orat.* Exaudi, Domine, populum tuum cum sancti apo-

5. vitiorum: vitiorum nostrorum. U. V. W. — abluere maculas: maculas abluere. M. — 7. ℟ III: ℟ *lect.* M. — 12. *Psallent.: Complendam* (sic). M. — 13. ℟: M., *ad Vigil.* ℟ II *not.* — 20. *Orat.* Da tuorum, etc.: *in* M. *Orat.* D. q. hunc diem b. ap. t. Andreae martyrio consecrasti, da nobis eius festivitate letari: ut apud misericordiam t. et exemplis eius adiuvemur et meritis. P. — 21. ut: *om.* U. — 23. effectu: affectu. M. — 24. ℟: ℟ *lect.* M. — crucifigerent: *corr. ex* crucifierent. — 29. *Orat.* Exaudi: *in M. Orat.* Interveniat, *ut infra.*

(1) Psalm. 44. — (2) Psalm. 114. — (3) Psalm. 115.

stoli tui Andreae patrocinio supplicantem: ut tuo semper auxilio secura tibi possit devotione servire. Per.

℟ Hic est beatus Andreas, qui per omnem Patram * praedicavit verbum Domini: propterea meruit patibulum crucis, ut laetus ascenderet ad Dominum Ihesum Christum. ℣ Expandit manus suas tota die in cruce ad populum non credentem sed contradicentem sibi: ut laetus. f. 71'

*Ant.* Quid ad nos Egeatha: numquid solvere me venisti, aut forte poenitentia ductus credere desideras. ℣ (1) Beatus vir qui timet.

*Orat.* Interveniat pro nobis, quaesumus, Domine, beatus apostolus tuus Andreas; qui crucis mortificationem iugiter suo corpore pro tui nominis honore portavit. Per.

*Psallent. ad S. Satyrum.* In omnem terram exivit.

℟ Salve crux, quae diu fatigata expectas me: ecce video in te quae promissa sunt mihi a Domino; suscipe me. ℣ Suscipe beata crux humilem propter Deum; suscipe discipulum eius qui pependit in te: ecce.

*Psallent. ad S. Vitalem.* Videns ac mirans praesentium multitudo caeleste certamen et spiritale premium, apostolum Domini fuisse victorem, qui voce libera in agone suo fuit laetus, ac liber pugnavit et vicit. *Post Kyr. cum Gloria.* Unus ex duobus qui secuti sunt. *Sequitur Letania:* Domine miserere. Christe, libera nos.

*Psallent. ad S. Naborem.* Andrea, apostole Christi, et sapiens doctor populi, fidutiam habes a Domino, intercede pro animabus nostris. II. Andreas apostolus exclamavit dicens: Salve crux, quae diu fatigata requiescis, expectas me; certissime enim scio gaudere te; suscipe discipulum eius qui pependit in te. *Post Kyr. cum Gloria.* Per os apostoli sui.

℟ Suscipe beata crux humilem propter Deum: suscipe

3. ℟: ℟ *not.* M. — 9. poenitentia: *corr. ex* poenitentie. — 11. *Orat.* Interveniat: *nulla Orat. in* M. — quaesumus Domine: Domine quaesumus. M. — 15. ℟: ℟ *lect.* M. — fatigata: fatigata requiescis. M. — 18. ecce: *M. add.: Orat.* B. ap. t. Andreae, Dom., veneranda sollemnitas et devotionem nobis augeat et salutem. P. — 23. *Sequitur Letania*, etc.: M. « *hic secuuntur letaniae. Sequitur haec Orat.* Exaudi Dom., etc. » *(ut supra)*. — 26. habes: habens. M. — 31. ℟: ℟ *not.* M.

(1) Psalm. 111.

discipulum eius qui pependit in te. ℣ Andreas apostolus exclamavit dicens: Salve crux, quae diu fatigata requiescis, expectas me: suscipe.

*Psallent. ad S. Ambrosium.* Salve crux, quae corpore Christi dedicata es: suscipe me, et redde me magistro meo. f. 72. II. Dum penderet ⁑ beatus Andreas. III. Biduo vivens. IIII. Ne permittas, Domine. *Post Kyr. cum Gloria.* Suscipe spiritum meum.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Suscipe beata crux. ℣ Andreas apostolus exclamavit. *Ad lectiones.* ℟ Beatus Andreas. ℣ Suscipe beata crux. ℟ II. Homo Dei ducebatur. ℣ Videntes populi.

*In Benedictus.* Suscipe beata crux. *Ad crucem.* Iustus in perpetuum. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Iustus homo. *In Laudate.* Quid ad nos Egeatha. *Capit.* Ne permittas, Domine, famulum tuum Andream ab homine corruptibili humiliari. *Psall.* Salve crux, quae corpore Christi.

Mane. *Psallentium. Ant.* I. Missus sum Apostolus. ℣ (1) Caeli enarrant. II. In omnem terram. III. Protexit me in abscondito IIII. A finibus terrae. V. Te laudant montes. VI. Bene annuntiavi. VII. Subiecit populos. VIII. Nimis honorandi sunt. VIIII. In hoc cognoscent. X. Unus ex duobus. XI. *Foris muros post Kyr.* Videns ac mirans. XII. Andrea apostole Christi. XIII. Justus homo et amicus. XIIII. Andreas apostolus exclamavit. XV. Salve crux. XVI. Suscipe beata crux. XVII. Dum penderet beatus Andreas in cruce, non cessabat praedicare verbum Dei die ac nocte, ut videntes populi irruerunt in impium iudicem clamantes et dicentes: Solve hominem iustum, dimitte hominem innocentem, ut et nos mereamur salutem, et omnis Patra habeat pacem. XVIII. Biduo vivens pendebat in cruce pro Christi nomine beatus Andreas et docebat populum. XVIIII. Quid ad nos Egeatha. XX. Ne permittas, Domine, famulum tuum Andream ab homine cor-

3. suscipe: *M. add.: Orat.* Praesta, q. o. D., ut sicut nobis per doctrinam apostolicam catholicae fidei rudimenta donasti, ita etiam imploratu b. ap. t. Andreae tribuas sine fine praesidia. Per. — 8. meum: *M. add.: Orat.* B. Andreae, *ut supra in fine Vesp.* — 17. *Psall.* Salve: M. *Psall.* Videns ac mirans. *Alia.* Salve. — 29. hominem iustum dimitte; *om.* M.

(1) Psalm. 18.

ruptibili humiliari. XXI. Inveni David servum. *Post Kyr. cum Gloria.* Suscipe spiritum meum magister meus Christe, quem vidi, quem retineo, quem cernere desidero.

Ad missam. *Ingres.* Dominus secus litus Galileae vidit duos fratres, Petrum et Andream; et vocavit eos: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. *Psalmell.* Constitues eos principes super omnem terram; memores erunt ⁑ nominis tui, Domine. ℣ Pro patribus tuis nati sunt f. 72'. tibi filii; propterea populi confitebuntur tibi. ℣ *in All.* Suscipe beata crux humilem propter Deum, suscipe discipulum eius qui pependit in te. *Post Evang.* Missus sum apostolus a Domino praedicare hominibus viam salutis, in quam ambulent, ut cognoscant aeterna promissa secretae crucis Magistri et Domini mei. *Offert.* Dum perambularet Dominus. ℣ Exaudi Deus. *Confract.* Dicit Andreas Symoni fratri suo: Invenimus Messiam, qui dicitur Christus; et adduxit eum ad Ihesum. *Transit.* Videns crucem a longe beatus Andreas oravit: Suscipe beata crux discipulum Domini, qui pependit in te; redde me magistro meo, qui per te redemit me.

1. servum: *M. add. rubr. seq.:* « Hic observatores debent canere missam de baptismo sancti Ambrosii ad altare eiusdem ». — 4. Ad missam: *suppl. in hac ed.* — 9. *M. add. init. Epist.:* « *ad Philipp.* Gratia vobis pax ». — 11. *M. add. init. Evang.* « *Secundum Mathaeum.* Ambulans Dominus ». – 14. *Offert.* Dum.... ℣ Exaudi.: Z. M.: *Offert.* In virtute tua. — 20. *M. add.:* In nat. Sci Castritiani Epi. et Confessoris. *Orat.* Gloriosissimus pont. Castritianus atque conf., q., Dom., clementiam tuam cottidie deprecetur: ut a nostris offensionibus liberati ab omnibus etiam periculis liberemur. Per. *Alia orat.* Praetende super nos dexteram tuam, Dom. D. n., et per laudabilem festivitatem gloriosi pont. et conf. t. Castriciani, suffragium nobis tua misericordia tribue. Per. *Alia orat.* Sanctus pont. et conf. t. Castricianus, q. Dom., te pro nobis jugiter supplicet: ut a nostris reatibus absoluti, eius precibus a cunctis mentis et corporis tribulationibus eripiamur, atque ad vitam cum Sanctis et electis tuis perducamur caelestem. Per. — In nat. S. Miroclетis Epi. et Conf. *Orat.* Concede famulis tuis q. Dom. b. sac. et conf. t. Mirocletis festivitate gaudere, et eius sancta deprecatione defendi. Per. *Alia.* Clementiam tuam, q. o. D. clementer impende: et b. sac. atque conf. tui Mirocletis nobis placare intercessionibus. Per. — In nat. S. Dalmatii Martyris. *Orat.* Deus qui populum tuum b. mart. t. Dalmatii sotiorumque eius almis supplicationibus pie custodis, tribue. q.: ut cuius venerandam sollemnitatem hodiernis vigiliis praevenimus, venerabili eius atque magnifico proficiamus exemplo. Per. *Alia orat.* O. s. D., qui insidias adversarii et mortem vincere, vitamque perpetuam possidere, b. mart. t.

DIE VII MEN. DECEMBRIS. ORDINATIO SANCTI AMBROSII.

In vigilia. ad missam. *Ingr.* Vir iste custodivit. *Alia.* Elegit te Dominus sibi sacerdotem magnum, et aperiens thesaurum suum optimum, et abundare te faciet omnibus bonis. *Psalmell.* Iuravit Dominus et non poenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. ℣ Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis: tu es. *Cantus.* Levavi oculos. *Offert.* Veritas mea. *Confract.* Qui me confessus. *Trans.* Fidelis servus et prudens.

Ad vesperas. *Luc.* Lux orta est iusto. ℣ Dominus regnavit, exultet.

*Hymnus.* Miraculum laudabile: canite omnes populi: quod datum est ecclesiae: fluctuanti in saeculo.

Ambrosium vatem magnum: praedestinatum a Deo: tempore quo diabolus: foedaverat templa Dei.

Christus qui numquam deserit: quos suo redemit sanguine: direxit virum inclitum: ut Arrium destrueret.

Dalmatio et commilitibus eius in gloriae munera contulisti, concede propitius; ut quorum passionibus gloriamur ac magnificis exultamus triumphis, eorum semper adiuvemur exemplis. Per. *Alia orat.* O. s. D., qui b. Dalmatio mart. t. non solum credere unigenito Filio tuo D. n., sed etiam pro ipso pati posse in munere tribuisti, nostrae quoque fragilitati eius suffragio, quaesumus, divino praetende subsidio; ut misericordiam sempiternam, pro qua ipse fideliter dimicavit, nos quoque famuli tui sincera confessione et fide percipere mereamur. Per. — *Al. or.* Majestatem tuam. Dom. D. n. supplices exoramus, et sicut nos annua devotione in b. mart. t. Dalmatii sollemnitate laetificas, concede propitius: ut qui pro eius veneratione ad sanctam tuam ecclesiam convenerunt, eius intercessionibus ab hostibus malis defensi de tuo semper munere gratulentur. Per. — In sancti Nicholai Conf. *Orat.* Sempiterna beatitudine, misericors Deus, fidelium plebem ad te concurrentem confirma, et praesta, magnifici pastoris et conf. t. Nicholai precibus, salutis aeternae suffragium: ut intemerato corde et mente devota, laudes tuae clementiae referamus. Per. *Orat.* O. s. D., qui nos pia devotione b. sac. et conf. t. Nicholai praesentis diei sollemnitatem devote celebrare concedis, tribue q.: ut cum eodem ad caelestis vitae gaudia pervenire mereamur. Per. *Orat.* Deus, qui in diversis nationibus et populis praeclaros verae fidei constituisti doctores, quaesumus, ut omnes qui ad sanctissimi antistitis et conf. t. festa convenerunt, praesentis prosperitatis tripudium et futurae beatitudinis gloriam consequantur. Per. — 2. Vir.... *alia:* om. M. — 5. *M. add. init.: lect. libri sapientiae.* Ecce sacerdos magnus. — 8. *M. add. init. epist.: ad Hebreos.* Omnis Pontifex. — *M. add. init. Evang.: Sec. Johannem.* Cum vidistet turba. — 13. saeculo: populo. M.

Infulas dum gerit saeculi: adquisivit paradisi: ius dum portat gladii: suscepit evangelii.

Mysterium incognitum: altissimus quod noverat: nondum ablutus lavacro: pontifex eligitur.

Ingressus est ecclesiam: plebem sedare turbidam: cunctorum ora conclamant: Ambrosium episcopum.

: Arrii perfidia: purgatur de ecclesia: cuncta concrepant f. 73.
agmina: nec desunt Christi munera.

Nox tetra cedat lumini: confundantur haeretici: adest tantum piissimus: qui purget mentes infidas.

Virtus ex alto data est: Ambrosio in baptismo: statim ut renatus est: coepit fugare daemones.

Suscepit Ecclesiam: gubernavit intrepidus: confessor esse meruit: dum Arrianis non cedit.

℟ *cum ſant.* Disposui testamentum electis meis; iuravi David servo meo: praeparabo et aedificabo in saeculum saeculi sedem tuam. ℣ Pronuntiabo veritatem tuam in ore meo, quoniam dixisti: praeparabo.

*Ant.* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. ℣ (1) Dixit Dominus Domino meo.

*Orat.* Omnipotens, sempiterne Deus, qui ecclesiam tuam beati sacerdotis et confessoris tui Ambrosii, et pontificatus officio, et fidei munere sublimasti: tribue supplicantibus tuis; ut quicquid peccati contagione contractum est, ipso pro nobis summo antistite intercedente, solvatur. Per.

*Ant.* Ordinatione tua, Domine, permanet dies, quia omnia senviunt tibi. ℣ (2) In aeternum, Domine, verbum.

*Orat.* Aeterne omnipotens Deus, qui beatum Ambrosium tui nominis confessorem, non solum huic ecclesiae sed omnibus per mundum diffusis ecclesiis doctorem dedisti:

14. cedit: T. U. Z. *M. add.* Gloria tibi Domine. — 18. Praeparabo: *M. add. rubr.:* « Melodie prime et secunde *de Deum.* Sedem ». — 21. *Orat.* Omnipotens: *in M. loco huius orat. alia* Deus, q. b. Ambr. pont., *ut infra ad Vigil.* — 23. supplicantibus: supplicibus. T. U. V. Z. M. — 28. *Orat.* Aeterne, etc.: *loco huius orat. in M. orat.* Omn. s. D. q., *ut supra.*

(1) Psalm. 109. — (2) Ex Psalm. 118.

praesta, ut quod ille divino affatus Spiritu docuit, nostris iugiter stabiliatur in cordibus; et quem patronum, te donante, amplectimur, eum apud tuam misericordiam defensorem habeamus. Per.

*In Magnif.* Posui adiutorium super potentem, et exaltavi eum: dicit Dominus.

73'. * *Orat.* Exaudi, Domine, preces nostras: et intercessione beati sacerdotis et confessoris tui Ambrosii, nos tuere ubique praesidiis. Per Christum.

*Psall.* Exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum.

*Orat.* Hodierni muneris consecrationem, quam in almo sancti confessoris tui Ambrosii nomine consecrare dignatus es; benedic nobis, omnipotens Deus, et plebem tuam sanctifica: ut qui pro eius annuis recursibus ad sanctam tuam frequentamus ecclesiam, solitas ipsius pro nobis exaudias preces. Per.

AD VIGILIAS. ℟ *archidiaconi.* Dignum te sacerdotem sibi omnipotens Deus elegit, aeterno pro nomine, et merito dignam in te contulit gloriam Christus Dominus. ℣ Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine; bonitatem et disciplinam, scientiam: in te contulit.

*Ant.* Tu es sacerdos. ℣ (1) Dixit Dominus Domino.

*Orat.* Deus mundi auctor et conditor, qui hodiernae festivitatis diem beati Ambrosii sacerdotii electione consecrasti: praesta populo tuo; ut cuius annua celebritate devotis resultat obsequiis, eius suffragiis tuae pietatis consequatur auxilium. Per.

℟ II. Erit Dominus adiutor tuus inter omnes inimicos tuos; et sicut argentum igne probatum, mundum faciet te:

5. exaltavi: *corr. ex* exaltavit. — 7. *Orat.* Exaudi, etc.: *loco huius orat. in M. al.:* Aeterne, etc. *ut supra.* — *Orat.* Hodierni, etc.: *in M. loco hui. orat. al.:* Deus mundi auctor, *ut infra.* — 15. eius: eius amore. T. U. W. M. — 24. *Orat.* Deus mundi, etc.: *in* M. *orat.:* Hodierni muneris. *ut supra.* — 29. ℟ II: ℟ *Diac.* M.

(1) Psalm. 109.

tu coram Domino habebis fidutiam: et dum oraveris ad eum exaudiet te. ℣ Exaltavit te Dominus in virtute brachii sui: et dedit tibi nomen sanctum gloriae: et dum oraveris.

*Ant.* Ordinatione tua. ℣ (1) In aeternum Domine.

*Orat.* Deus, qui beatum Ambrosium pontificem sanctorum meritis coaequasti: concede propitius; ut qui ordinationis eius festa percolimus, vitae quoque ‡ imitemur ex- f. 74.
empla. Per.

℟ III. Iuravit Dominus et non poenitebit eum; tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. ℣ Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis: secundum ordinem.

*Ant.* Posui adiutorium. ℣ (2) Misericordias tuas, Domine.

*Psallent. ad S. Andream.* Benedices coronam. ℟ Directus est vir inclitus. ℣ Dictum enim fuerat.

*Psallent. ad S. Vitalem.* Super salutare. *Post Kyr. cum Gloria.* Inveni David servum. ℟ Posui adiutorium. ℣ Nihil proficiet.

*Psallent. ad S. Naborem.* Dicit Dominus super quem. II. Desiderabiliora sunt Deus. *Post Kyr.* Unxit te Deus, Deus tuus. ℟ Super quem requiescam. ℣ Inveni David servum.

*Psallent. ad S. Ambrosium.* Sicut fuit cum Moyse. II. Etsi coram hominibus. III. Ecce mitto angelum. IIII. Coronam decoris. V. Exaltavit te Deus. *Post Kyr. cum Gloria.* Vox infantis sonuit.

*Orat.* Creator et conditor omnium Deus, qui per summum sacerdotem atque pontificem Filium tuum Dominum nostrum Ihesum Christum sacerdotale culmen et pontificale sceptrum super servum tuum beatum Ambrosium hodierno die et tempore consecrasti: consecrationis nostrae initia, eo

5. *Orat.* Deus, qui, etc.: *in* M. *orat.:* Exaudi, *ut supra.* — 9. ℟ III: ℟ *diac.* M. — 13. ℣ Misericordias, etc.: ℣ Manus enim mea. *require in* (psalmo) Misericordias tuas. M. — 14. Benedices coronam. ℟: *in* M.: Benedices, etc. *cum Gloria.* ℟ *not.* — 15. fuerat: *M add.: Orat.* Deus qui beatum Ambrosium, *ut supra.* — 17. ℟: *in* M. ℟ *lect.* Posui.... etc. *Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, *ut supra.* — 21. ℟: ℟ *notarii.*

(1) Ex Psalmo 118. — (2) Psalm. 88.

intercedente, sanctifica; et plebem tuam benedicere dignare de caelesti tuae gloriae regno. Per.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Super quem requiescam. ℣ Inveni David. *Ad lect.* ℟ Directus est vir. ℣ Dictum enim. ℟ II. Posui adiutorium. ℣ Nihil proficiet.

*In Benedictus.* Vox infantis. *Ad crucem.* Iustus in perpetuum vivet. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Benedixit Dominus annos iusti: qui gloriatur in Domino glorietur. *Orat. require retro:* Creator et conditor. *In Laudate.* Exaltavit Dominus mansuetos in salutem; cantate Deo, psallite Domino. *Capit.* Exaltavit cornu populi sui. *Psall.* Dicit Dominus: super quem requiescam.

Mane. *Psallentium. Ant.* I. Benedices coronam. ℣ (1) Te
f. 74'. decet hymnus. II. Beatus homo. III. ⁑ Iocundus homo. IIII. In via peccatorum. V. Erit iustus. VI. Confessio et pulchritudo. VII. Confessus bonam. VIII. Confessio eius. VIIII. Sacerdos et pontifex. X. Beatus ille servus. XI. *foris muros post Kyr.* Desiderabiliora sunt Deus. XII. Etsi coram hominibus. XIII. Super salutare tuum, Domine, exultavit beatus Ambrosius: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum: magna est gloria eius in salute tua. XIIII. Inveni David. XV. Dicit Dominus super quem requiescam: super humilem et mansuetum trementem verba mea. XVI. Posui adiutorium. XVII. Sicut fui cum Moyse ita ero tecum, dicit Dominus: Confortare populum meum, ne timeas; ecce Dominus Deus tuus ante te, et non te derelinquat. XVIII. Ecce mitto angelum meum, qui praecedat te, et custodiat semper: conserva et audi vocem meam, et praecedat te angelus meus. XVIIII. Corona decoris in manu Dei, et diadema regni in manu Domini Dei. XX. Ordinatione tua. XXI. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. XXII. Exaltavit te Deus in virtute brachii sui. XXIII. Vox infantis sonuit: Dignus Ambrosius, hic erit episcopus; ad cuius vocis sonitum fa-

2. Per: *M add. rubr.:* Finita Vigilia. Si vis scire qui sunt in domo refecturi, require in hoc volumine in Vigilia sanctorum Protasii et Gervasii. — 11. Exaltavit: Et exaltavit. U. — 12. *Psall.* Dicit.... requiescam: *in* M: *psall. de ecclesia in baptisterium.* Dicit, etc.: *alia psall.* Sicut fui cum Moyse. — 17. *post:* suppl. in hac ed. — 25. ante te: ante te est. T. U. M. — 26. derelinquat: derelinquet. M.

(1) Psalm. 64.

vens resultat populus. *Post Kyr. cum Gloria.* Apparuit thesaurus Ambrosius in mundo: dignetur rogare pro nobis Filium Dei.

Ad missam. *Ingress.* In medio ecclesiae aperuit os eius, et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus: stolam gloriae induit eum. *Psalmell.* Inveni David servum meum; in oleo sancto unxi eum; manus enim mea auxiliabitur ei; et brachium meum confortavit eum. ℣ Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit eum. ℣ *in Allel.* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. *Post Evang.* Elegit eum Dominus in sacerdotem sibi offerre sacrificium et incensum boni odoris; et dedit ei in praeceptis suis potestatem. *Offert.* Inveni David servum meum, et in oleo sancto unxi eum; manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortavit eum. *Confract.* Inveni David servum meum, et in oleo sancto unxi eum: ponam in saeculum saeculi sedem tuam. *Transit.* Fidelis servus et prudens.

⁝ VI ID. DECEMBRIS. SANCTI ZENONIS EPISC. f. 75.

Ad vesperas. *Orat.* Sancti Zenonis sacerdotis et confessoris tui, Domine, veneranda hodiernae festivitatis die illuminati congratulantes laetamur: concede propitius, dignis eius precibus exoratus, ut spiritalis alimoniae iocunditate refecti, salutis, quam docuit, imitando viam sectemur. Per. *Alia orat.* Deus, qui nos sancti Zenonis sacerdotis et confessoris tui annua beatae confessionis solemnitate laetificas: praesta, quaesumus, ut callida hostis incursione de-

7. in: et in. U. — 10. eum: *M add. init. Epist.: ad Ephes.* Audistis dispensationem. — 11. Melchisedech: *M add.: ant. ante Evang.* Dicit Dominus super quem. *(Evang.) sec. Iohannem.* Ego sum pastor bonus. — 12. sacerdotem: sacerdotium. T. U. V. Z. — 13. ei: *corr. ex* eis. 18. prudens: *M add. rubr. seq.:* In ordinatione sancti Ambrosii Archiepiscopus ponit duodecim congios vini in sacrophago (sic) quod est iuxta puteum in atrio ipsius ecclesiae (s. Ambr.) et ex hoc vino habent veglones sextaria duo. Cum vero Archiepiscopus cum processione illuc pervenerit signat signo crucis praedictum vinum: hoc facto multitudo pauperum sumit idem secundum quod quisque potest. Simili etiam modo facit in festo sancti Stephani de sextariis sedecim, veglonibus accipientibus de eodem vino sextaria duo. — 20. Sancti, etc.: M *hanc orat. et seq. ponit ut tertiam et quartam.* — 21. illuminati: illuminata. U. — 27. callida: callidi. V. Z. W. M. — incursione: *corr. ex* incurso.

victa pervenire ad gaudia, ipso intercedente, mereamur aeterna. Per.

*Alia.* Omnipotens sempiterne Deus, qui beatum Zenonem confessorem tuum pontificalibus infulis decorasti; fac nos, quaesumus, eius exemplo et magnifico interventu mundi gloriam mente despicere, et caelum semper ambire. Per.

*Alia.* Deus, qui praesentem diem beati Zenonis pontificis tui glorioso excessu fecisti solemnem: praesta ipsius nos apud te continuis adiuvare suffragiis, et magnificis iugiter intercessionibus consolari. Per.

### DEPOSITIO SANCTI SYRI CONFESSORIS.

AD VESPERAS. *Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut qui venerandam gloriosissimi pontificis et confessoris tui Syri depositionem annuis frequentamus excubiis, dignam ipsius imitationem sectando gaudiorum eius mereamur esse participes. Per.

*Alia.* Deus qui praesentem diem honorabilem nobis in almi tui Syri glorioso transitu praestitisti: da nobis, tanti intercessione pontificis, praesentis vitae fluctibus non teneri. Per.

*Alia.* Deus, qui es tuorum antistitum potentissimus illustrator: tribue, quaesumus; ut beatissimi confessoris tui ‡ Syri magnificis exemplis pariter et monitis informati, saeculi istius caliginem sine periculo transeamus. Per.
f. 75'.

*Alia.* Quaesumus, omnipotens Deus: culparum nostrarum apud te veniam beati Syri impetret grata precatio. Per.

### NATALE SANCTI THOMAE APOSTOLI.

AD VESPERAS. *Orat.* Deus tuorum gloria sanctorum:

14. frequentamus: *suppl. ex* V. Z. W. M. — 15. imitationem sectando: *corr. ex* imitando. *cum* T. U. V. Z. M. digna ip. imitando vestigia. W. — 22. beatissimi: b. sac. et: T. U. V. Z. — confessoris; sacerdotis et conf. M. — 23. pariter et monitis: *om.* V. — 26. Per: *M. add. seq. orat.:* O. s. D., tribue nos semper et ubique sacratissimis gloriosi pont. t. Syri muniri suffragiis: ut eius opitulantibus meritis, famulatus nostri placere tibi possint obsequia. Per. *Alia orat.* Populi tui precibus annue, quaes., clementissime Deus: ut quos diei praesentis laetari fecisti tripudio, beatissimi antistitis tui Syri supplicationibus exoratus, aeterno fac sanctorum tuorum interesse consortio. Per.

praesta quaesumus; ut beati apostoli tui Thomae, cuius festa gerimus, sentiamus auxilium. Per.

*Alia.* Adiuvet familiam tuam, tibi, Domine, supplicando, venerandus Thomas apostolus: et pius interventor efficiatur, qui tui nominis extitit praedicator. Per.

*In Magnif.* Quia vidisti me, Thomas, credidisti: beati qui non viderunt, dicit Dominus.

*Psall.* Misi digitum meum in fixuram clavorum, et manus meas in latus eius, dixi: Dominus meus et Deus meus.

## SABBATO ANTE DOMINICAM DE ADVENTU.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Ab omni via mala. ℣ A iuditiis tuis. ℟ *ad lect.* Da mihi, Domine. ℣ Qui timent te. ℟ II. Viam veritatis. ℣ Adhaesi testimoniis.

Ad Vesperas. ℟ *in choro.* Revela oculos. ℣ Beati qui scrutantur. *Ant. in* (1) *Laudate Dominum quoniam bonus.* Incipite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cythara, quia Deus noster manifeste veniet. *In Magnif.* Suscepit Israel puerum suum, recordatus Dominus misericordiae suae.

## DOMINICA I DE ADVENTU.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi. ℣ Auxilium meum a Domino, qui fecit caelum et terram: unde. *Ant. in Cantica. I.* (2) Dum adveneris, Domine, excelsum brachium tuum nescientes confundentur. II. (3) Exaltatum est cornu nostrum, quia venit Dominus salvare populum suum. III. (4) Consideravi et expavi virginem parituram Domino. *Ad lectiones.* ℟ Annuntietur in Syon nomen Domini et laus eius in Hyerusalem. ℣ In conveniendo populos in unum, et regna ut serviant Domino; in Hyerusalem. ℟ II. Omnipotentis Dei spiritus ⁑ illuminator est, et sic inluminat eos qui recto f. 76.
sunt corde: et sicut lucifer orietur a parte meridiei. ℣ Excelsus Dominus super omnes gentes, et super caelos gloria eius: et sicut.

3. Domine: Domino. T. U. — 4. pius: pius ingiter. M. — 6-9. *In Magnif.....* meus: *om.* M. — 10. SABBATO, etc.: *In Sabbato primo de Adventu, necnon et in sabbato de carnelevali* ℟ *inter lect.* M. — 24. I: *suppl. in hac. ed.* — 27. Domino: Dominum. M.

(1) Psalm. 146. — (2) Cant. Isa.: *De nocte.* — (3) Cant. Annae: *Confirmatum est.* — (4) Cant. Habac.: *Domine audivi.*

*Ant. in cant. maius.* (1) Deus fidelis et non est iniquitas in eo. *Ad Crucem.* Ante colles ego parturiebar: adhuc terram non feceram: quando parabat caelos aderam; dum vallaret mari terminos, et legem ponerem aquis ego eram. *In Cantemus.* Invocate nomen Domini, annunciate inter gentes magnalia eius. *In Benedicite.* Expectamus nomen tuum, Domine, quoniam bonum est.

*Orat.* Deus, qui in Unigenito tuo novam creaturam nos tibi esse fecisti; respice propitius in opera misericordiae tuae: et in adventu Filii tui ab omnibus nos maculis vetustatis emunda. Per.

*In Laudate.* Annuntietur in Syon nomen Domini, et laus eius in Hyerusalem. *Capit.* In conveniendo populos in unum et reges, ut serviant Domino.

*De ecclesia in baptist.* Ut cognoscamus in terram viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum, Domine.

*Orat.* Excita potentiam tuam, Deus, et veni: ut hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni inimici adversitate liberentur. Per.

*De baptist. in aliud.* Septies in die laudem dixi tibi, Domine, super iudicia iustitiae tuae; quia pax multa diligentibus adventum tuum, Domine.

*Orat.* Festina, quaesumus, Domine, ne tardaveris: ut et peccata nostra deleas, et quae nobis sunt adversa depellas. Per Christum.

Ad Missam. *Ingressa.* Ad te, Domine, levavi animam meam, Deus meus, in te confido, non erubescam; neque irrideant me inimici mei; etenim universi qui te expectant non confundentur. *Psalmell.* Deus manifeste veniet, Deus noster et non tardabit. ℣ Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Parce, Domine, parce populo tuo, et ne des hae-

3. feceram: fecerat. U. V. M. — 4. ponerem: poneret. U (*sed* 1 *al. ma.*) V. M. — 10. maculis: *suppl. cum.* T. U. V. Z. W. M. — 15. terram: terra. V. — 29. M. add.: *Lect. Esaiae proph.* Audite me, audite. — 31. M. add.: *Ad Thessalonic. I.* Rogamus vos per adventum. — M. add.: *Evan. sec. Matth.* Egressus Dominus Iesus de templo ibat.

(1) Cant. Moysi: *Attende caelum.*

reditatem tuam in opprobrium: ne quando dicant gentes, ubi est Deus eorum. *Offert.* Pronuntiabo veritatem ✱ tuam, Domine, in ore meo, quoniam dixisti, in aeternum misericordia aedificabitur. *Confract.* Dirige me in veritate tua, et doce me, quia tu es Deus meus, et te sustinui tota die: etenim universi qui te expectant non confundentur. *Transit.* Sicut fulgur venit ab oriente et paret in occidente, sic erit adventus filii hominis: vigilate omnes, et orate, nescitis diem neque horam, quando Dominus noster saeculi finem ponat.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus. Alleluja Alleluja. ℟ *in choro.* In quacumque die invocavero. ℣ Ne avertas faciem. *In Magnif.* Anima mea.

*Psallenda in bapt.* Qui emittit eloquium suum terrae, velociter currit sermo eius. ℟ Pacem tuam da nobis, et posside nos, Domine; quia praeter te alium nescimus. ℣ Domine Deus noster, pacem tuam da nobis, omnia enim reddidisti nobis: quia prater te. *Ant.* Laetetur cor quaerentium Dominum. ℣ (1) Confitemini Domino et invocate.

*De bapt. in aliud.* Sicut fulgor venit.

## DOMINICA II DE ADVENTU.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Sperent in te, qui noverunt nomen tuum, quia non derelinques quaerentes te, Domine. ℣ Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; narrabo omnia mirabilia tua; quia non derelinques.

*Ant.* I. Ros enim, Domine, qui abs te est, sanitas est nobis. II. In hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere et cognoscere Dominum. III. Dum appropinquaverint anni cognosceris, Domine: in adventu temporis ostenderis. *Ad*

8. filii hominis: *corr. al. ma. ex* filiominis. — 9. diem: *1. ma.* dies, *sed ras.* s. — 12. ℟ *in choro:* ℟ *Subd.* M. — 21. *M. add. or.:* « Redemptor, etc. (*ut infra*). *Sabbato secundo de Adventu Domini. Ad Matut.* ℟ *p. hymm. et* ℟ *int. lect. et ant. et orat. require in dominica retro.* ℟ *in bapt.* Sit splendor ℣ Dom. refugium. *ant.* In caelis praeparabitur. *psalm.* Misericordias tuas. *Ad Vesp;: ant in choro* Laudate. ℟ *in ch.* Revela oculos. ℣ Beati qui scrutantur. *in Magnif.* Suscepit Israel. ℟ *in bapt,* Pacem tuam. ℣ Dom. Deus noster. *ant.* Laetetur cor quaerentium. ℣ Confitemini Dom. et invocate. »

(1) Psalm. 104.

*lect.* ℟ Erit radix Jesse, qui veniet iudicare gentes: in eo gentes sperabunt; et erit nomen eius benedictum in saecula. ℣ Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini; sit nomen Domini: benedictum. ℟ Qui sedes super Cherubim appare coram Ephrem et Beniamin et Manasse: excita potentiam tuam; et veni, Domine, ut salvos facias nos. ℣ Deus virtutum converte nos, respice de caelo, et vide: et veni Domine.

*In cant. maius.* Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. *Ad Crucem.* Ante multum temporis prophetavit Ezechiel: vidi portam clausam, et te Deum ante saecula ex ea procedentem pro salute mundi, et erit semper clausa: demonstrans Virginem, quia post partum permanet Virgo. *In Cantemus.* Canite tuba fundamenta terrae, clamate montes in adventu Domini. *In Benedicite.* Terra nostra dabit fructum suum: benedicat nos Deus.

f. 77. *Orat.* ✠ Dona, quaesumus, omnipotens Deus, cunctae familiae tuae hanc voluntatem; Christo Filio tuo Domino nostro venienti in operibus iustis apte occurrere: ut eius dexterae sociati, regnum mereantur possidere caeleste. Per eundem.

*In Laud.* Rorate caeli desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet salvatorem. *Capit.* Et iustitia oriatur simul: dicit Dominus. *Psalm. dir.* Dominus regnavit.

*De eccl. in baptist.* Quaerite Dominum, et confortamini; quaerite faciem eius semper. ℟ Paratus esto Israel in occursum Domini Dei tui: quia ipse firmans montes, et creans spiritus, et annuntians hominibus Christum venturum. ℣ Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiant: Christum.

*Orat.* Tribue, quaesumus, Domine, sperantibus fidei caritatisque augmentum: ut quod veritatis tuae dono promittitur, tua gratia compleatur. Per.

*Ant.* Exultent et laetentur in te omnes qui quaerunt te, Domine. ℣ (1) Deus in adiutorium.

24. iustitia: *post* iust. *loc. ras.;* iustitia eius. V. Z. M. — 29. spiritus: spiritum. M. — 32. fidei: fidei speique et caritatis. T.

(1) Psalm. 69.

*Orat.* Redemptor noster, aspice, Deus: et veni ad liberandum nos de profundo iniquitatis; et dona ecclesiae tuae perpetuam tranquillitatem et pacem. Per Christum.

*De baptist. in aliud.* Extollite signum in nationibus; dicite filiae Syon: ecce salvator noster veniet cum potentia.

*Orat.* Excita potentiam tuam, Deus, et veni: et quod ecclesiae tuae usque in finem saeculi promisisti, benignus operare. Qui vivis.

Ad missam. *Ingr.* Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo, ad videndum in bonitatem electorum tuorum, ut lauderis cum hereditate tua. *Psalmell.* A summo caelo egressio eius, et occursus eius usque ad summum eius. ℣ Caeli enarrant gloriam Dei et opera manuum eius annuntiant firmamentum. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Annuntietur in Syon nomen Domini, et laus eius in Hyerusalem: in conveniendo populos in unum et regna, ut serviant Domino. *Offert.* Sperent in te omnes qui noverunt nomen tuum, Domine; quoniam non derelinques quaerentes te: psallite Domino, qui habitat in Syon, quoniam non est oblitus orationes pauperum. *Confract.* Exultavit ut gigas ad currendam viam: a summo caelo egressio eius, et occursus eius usque ad summum eius. *Trans.* ✠ Veniet fortior me post me, cuius f. 77'. non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum eius.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt iustitiam eius populus qui nascetur, quem fecit Dominus. ℟ Mitte, Domine, manum tuam de alto, et libera nos de manu filiorum alienorum. ℣ Qui das salutem regibus, qui liberas David servum tuum de gladio maligno: et libera. *In Magnif.* Iustitia ante eum ambulabit, et ponet in via gressus eius.

*Psallenda in baptist.* Domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes. ℟ Audite verbum

1. Redemptor, etc.: *om.* M. *qui hoc loco habet orat. seq.* Excita, etc. — 6. Excita: *M. hoc loco habet:* Verbi tui nos, quaes., Dom., adventus laetificet: et a sordibus peccatorum clementer emundet. Qui tecum. — 12. M. add.: *Lect. Yeremiae proph.* Haec dicit Dom. Deus. Circumspice. — 14. M. add.: *Ad Romanos.* Debemus nos firmiores. — 15. M. add.: *Sec. Lucam.* Anno quintodecimo. — 27. ℟: ℟ *Subd. M.*

Domini, gentes, et annuntiate illud in finibus terrae, et in insulis quae longe sunt, dicite: salvator noster adveniet. ℣ Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri: et in insulis. *Ant.* Nam qui expectant Dominum ipsi haereditabunt terram. ℣ (1) Noli aemulari. *De baptist. in aliud.* Laetare caelum, et exultet terra: erumpant montes iocunditatem, et colles iustitiam, quia Dominus venit salvare populum suum.

## SABBATO III DE ADVENTU.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Israel, adventum Christi suscipe, quoniam ipse veniet, et salvos nos faciet. ℟ Quoniam rex omnis terrae Deus veniet: psallite sapienter. ℣ Omnes gentes, plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: psallite. *In Magnif.* Iustistia ante eum. ℟ *in bapt.* Audite verbum. ℣ Vox clamantis. *Ant.* Nam qui expectant. ℣ (2) Noli aemulari.

## DOMINICA III DE ADVENTU.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Lapides, qui sunt in via, removete: ecce Dominus noster veniet cum salute. ℣ Venite, exultemus in Domino, iubilemus Deo salutari nostro: veniet. *Ant.* I. Domine, excelsum est brachium tuum, et nescierunt; dum autem adveneris confundentur. II. Deus noster iuditium retribuet, ipse veniet, et salvos nos faciet. III. Ante faciem eius ibit verbum, et exibunt in campum pedes eius. *Ad lect.* ℟ Sicut mater consolatur filios suos, ita consolabor vos, dicit Dominus; et de Hyerusalem civitate, quam elegi, veniet vobis salvator; et videbitis, et
f. 78. gaudebit * cor vestrum. ℣ Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos terrae: et videbitis. ℟ *cum faut.* Aspiciens a longe ecce video Dei potentiam venientem, et nebulam totam terram tegentem: ite obviam ei, et dicite: Nuntia nobis, si tu es ipse qui regnaturus est in populo Israel. ℣ Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Ioseph, qui sedes super Cherubim, nuntia.

9. M. add.: « *Ad Matut.* ℟ *post hymnum, et* ℟ *inter lect., et ant. et orat. require in dominica retro.* » — 11. ℟: ℟ *in choro.* M. — 33. est: es. T. U. V. Z. — 34. super Cher. nuntia: *corr. ex* nobiscum, *cum* T. U. V. Z. M.

(1) Psalm. 36. — (2) Psalm. 36.

*In cant. maius.* Descendat sicut ros, Domine Deus, misericordia tua super nos. *Ad Crucem.* Transite, transite per portas Domini; planum facite iter, et erigite lapides, et elevate signum in gentes; ecce enim Dominus auditum fecit ab extremo terrae; dicite filiabus Syon: ecce vobis salvator adveniet. *In Cantemus.* Lapides, qui sunt in via, removete; ecce Dominus noster veniet cum salute. *In Benedicite.* Laetare virgo filia Hyerusalem, ecce rex tuus venit.

*Orat.* Omnipotens Christe, Fili Dei, in die nativitatis tuae propitius ad salvandum in te populum veni: ut benignitate solita, ab omni dubietate et metu temporis nos iubeas liberari. Qui cum Patre.

*In Laudate.* Paratus esto Israel in occursum Domini Dei tui. *Capit.* Quia ipse firmans montes, et creans spiritus, et annuntiat hominibus Christum venturum. *Psalmus directus.* Dominus regnavit.

*Psallenda in bapt.* Erit radix Iesse, et qui exurget regere gentes in eo gentes sperabunt. ℟ De radice Iesse exiet virga, et flos de radice eius ascendit, et erit iustitia cingulum lumborum eius, et fides cinctorium renum eius. ℣ Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos terrae: et erit iustitia.

*Orat.* Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, creator humanae substantiae, qui Verbum tuum in Virginis uterum venire voluisti, supplicantium tibi preces benignus intende. Per eundem.

*Ant.* Psallam et intelligam, quando venies, Domine. ℣ (1) Misericordiam et iudicium.

✠ *Orat.* Adiuva, quaesumus, Domine, plebem tuam, et ad f. 78v.
nativitatem unigeniti Filii tui tribue nos pariter pervenire gaudentes. Per eundem.

*De bapt. in aliud.* Gaude Syon in Domino; laetare et exulta Hyerusalem, quia rex tuus veniet Christus, sanare contritos corde.

15. annuntiat: annuntians. T. U. V. Z. M. — 19. ascendit: ascendet. T. U. V. Z. M. — 23. aeterne Deus: Deus aeterne. W.

(1) Psalm. 100.

*Orat.* Excita, Domine, potentiam tuam; et magna nobis virtute succurre: ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentia tuae propitiationis acceleret. Qui vivis.

Ad Missam. *Ingressa.* Superextolletur super Libanum fructus eius, et florebunt de civitate sicut foenum terrae; et erit nomen eius benedictum in saecula: ante solem permanebit nomen eius, et ante lunam sedes eius; et benedicentur in ipso omnes fines terrae. *Psalmell.* Qui sedes, Domine, super Cherubim, excita potentiam tuam, et veni. ℣ Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ovem Ioseph. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post Evang.* Paratus esto Israel in occursum Domini Dei tui, quia ipse firmans montes et creans spiritus, et annuntiat hominibus Christum. *Offert.* Alienigenae non transibunt per Hyerusalem amplius; et in illa die stillabunt montes dulcedine, et colles fluent lac. Allel. Allel. ℣ Locutus est Dominus ad Ihesum filium Nave, dicens: surge, et accipe plebem; et legem et transi Iordanem; transi Iordanem: et tu compartieris terram plebi huius: et in illa. *Confract.* Ecce veniet Dominus, et omnes sancti eius cum eo, et erit in die illa lux magna. *Transit.* Regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Quis est iste qui venit ex Edom: Dominus fortis et potens, ipse est rex gloriae. ℟ Exiet virga de radice Iesse, et implevit terram maiestas Domini. ℣ Et, qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt, et flos de radice eius ascendit: et implevit. *In Magnif.* Excita potentiam tuam et veni, Domine, ut nos salvos facias.

*Psallenda in bapt.* Intende qui regis Israel; semper Cherubim qui sedes, appare. ℟ Protector noster, veni, et libera nos de manibus eorum qui te non noverunt; ne forte

2-3. nostra peccata: peccata nostra. W. — 9. M. add.: *Lect. Esayae proph.* Haec dicit. Laetabitur deserta. — 12. M. add.: *Ad Romanos.* Nolo vos ignorare mysterium. — *Secundum Lucam:* Iohannes cum audisset in vinculis. — 14. annuntiat: annuntians. T. U. V. Z. M. — 15. Alienigenae. *corr. ex* Aligenigene. — 16. dulcedine: dulcedinem. T. U. V. Z. M. — 19. transi Iordanem: *bis in omn. codd.* — 20. plebi: plebis. V. — 21. et erit: et *om.* U. — 26. ℟: ℟ *in ch.* M. — implevit; implebit. U. V. M. — 28. ascendit: ascendet. T. U. V. Z. M.

dicant: ubi est Deus eorum. ℣ Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum improperium ipsorum: ne forte. ❡ *Ant.* Mitte Verbum tuum, et sana nos, Domine. f. 79'. ℣ (1) Confitemini Domino: dicant. *De bapt. in aliud.* Laetare Hyerusalem, propter quod, ecce ego venio, et commorabor in medio tui: dicit Dominus.

## SABBATO IIII DE ADVENTU.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Elevate signum in gentes; dicite filiabus Syon: ecce vobis Salvator adveniet. ℟ Exiet virga. ℣ Et qui exurget. *In Magnif.* Excita potentiam. ℟ *in bapt.* Protector noster. ℣ Redde vicinis. *Ant.* Mitte verbum. ℣ (2) Confitemini Domino: dicant.

## DOMINICA IIII DE ADVENTU.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Veni, Domine, et noli tardare dimittere peccata plebi tuae. ℣ I. Deus in adiutorium nostrum intende: Domine, ad adiuvandum me festina: plebi. ℣ II. Confundantur et revereantur omnes qui quaerunt mala: plebi tuae. *Ant. in cantica.* I. Veniat super nos, Deus, tua misericordia. II. Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. III. Deus noster a Libano veniet, et replevit terram maiestas eius. *Ad lect.* ℟ Haec dicit Dominus: Et tu Bethlehem nequaquam minima vocaberis in civitatibus Iudae; ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Israel. ℣ Clama in fortitudinem, qui annuntians pacem in Hyerusalem; dic civitatibus Iudae: ecce quem expectabamus veniet. ℟ Audi Israel: ecce venio ego Dominus, et absolvo peccata plebi tuae. ℣ Israel, si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum: et absolvo.

*Ant. in cant. mai.* Expectetur sicut pluvia pronuntiatio mea, et descendat sicut ros verba mea. *Ad Crucem.* Ecce iam aperti sunt caeli a descensu archangeli, qui factus est

7. M add.: « *Ad Matut.* ℟ *post hymn.* et ℟ *inter lect., et ant, et orat. seq. in domin. tertia.* » — 15. plebi: plebis. T, *hic et infra.* — 16. nostrum: meum. Z. M. — me: *om.* T. U. V. M. — 21. replevit: replebit. V. M. — 24. fortitudinem: fortitudine. T. U. V. Z. M. — annuntians: annuntias. T. V. Z. M. — 25 Iudae: Iuda. U. V. — 26. veniet: *M add.:* dux qui regat, etc.

(1) Psalm. 106. — (2) Psalm. 106.

nuntius Verbi, ut aure concipiat quod uterum impleat, et pudor praedam non sentiat: ut per Virginis partum suscipiamus natum Christum Dominum. Alleluia. *In Cantemus.* Vox a Libano audita est: ecce Salvator veniet, et sanabit contritos corde. *In Benedicite.* Gaudete, filiae Syon; ecce rex adveniet, et auferet iugum captivitatis vestrae.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut adventus gloriosissimi Filii tui et peccata nostra abluat, et populo tuo pacem conferat et salutem. Qui tecum.

*In Laudate.* Ecce mitto angelum meum, et prospiciet viam ante faciem tuam. *Capit.* Laudate Dominum de caelis,
79'. quem expecta-✠-bamus iudicem venturum.

*Psallenda in bapt.* Audi Israel: ecce venio ego Dominus, et absolvo peccata plebi tuae. ℟ *in bapt.* Sperent in te omnes qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinques: quaerentes te, Domine. ℣ Tibi, Domine, derelictus est pauper; pupillo tu eris adiutor: quaerentes.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui per adventum unigeniti Filii tui Domini nostri Ihesu Christi nova luce radiare dignatus es, concede nobis: ut sicut eum per Virginis partum in forma nostri corporis meruimus habere participem, ita et in regno gratiae eius mereamur esse consortes. Qui tecum.

*Ant.* Ostende faciem tuam, Domine, et salvi erimus. ℣ (1) Qui regis Israel.

*Orat.* Praeveniat nos, quaesumus, omnipotens Deus, tua gratia semper, et subsequatur: ut per adventum unigeniti Filii tui, quem summo cordis desiderio sustinemus, et praesentis vitae subsidia, et futurae consequi mereamur. Qui tecum.

*De bapt. in aliud.* Qui regis Israel intende, qui sedes super Cherubim manifestare; respice de caelo, et veni Domine.

9. tuo: *om.* U. — 12. expectabamus: expectamus T. — 14. ℟ *in bapt.:* ℟ *cum infant.* M. — 17. quaerentes: M. add. *Mellodie proprie. Quaerentes te.* — 26. quaesumus: *om.* T. — 27. gratia semper: semp. gra. T. V. Z. W. M.

(1) Psalm. 79.

*Orat.* Respice in nos, misericors Deus: et mentibus clementer humanis, nascente Christo, summae veritatis lumen ostende. Per eundem.

Ad missam. *Ingressa.* Vox clamantis in deserto: parate viam Domini; rectas facite semitas Dei nostri. *Psalmell.* Universi qui te expectant non confundentur, Domine. ℣ Vias tuas, Domine, notas fac mihi, et semitas tuas, et doce me. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Consolamini, qui estis pusillanimes; consolamini, et iam nolite timere: ecce Deus noster iudicium retribuet; ipse veniet, et salvos nos faciet. *Offert.* Benedixisti, Domine, terram tuam: avertisti captivitatem ab Iacob. ℣ Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salu-‡-tare tuum da nobis, ut f. 80 inhabitet gloria in terra nostra: avertisti. *Confract.* Populus Syon, ecce Dominus veniet ad salvandas gentes, et auditam faciet Dominus gloriam laudis suae in laetitia cordis vestri. *Transit.* Nuntiate Iohanni quia caeci vident, et claudi ambulant; pauperes laetantur in adventu Domini.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Clama in fortitudine qui annuntians pacem in Hyerusalem: dic civitatibus Iuda et habitatoribus Syon: ecce Deus noster manifeste veniet. ℟ Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de foemoribus eius, donec veniat qui mittendus est: ipse erit expectatio gentium. ℣ Ecce adveniet vobis rex mansuetus sedens super pullum novellum subiugalis: ipse erit.

*In Magnif.* Omnes gentes plaudite manibus, quia Deus noster manifeste veniet.

*Psallenda in bapt.* Bethlehem terra Iuda, ex te egredietur dux, qui regat populum meum Israel. ℟ Ecce Dominus veniet de Syon: et salvabit populum suum. ℣ Orietur stella ab Iacob, et exurget homo ex Israel: et salvabit.

*Ant.* Mitte manum tuam, et libera nos, Domine. ℣ (1) Benedictus Dominus Deus meus, qui docet.

1. misericors: omnipotens et misericors V. W. M. — 5. M. add.: *Lect. Esayae proph.* Consolamini, consolamini populus. — 7-8. et doce: edoce. S. T. U. V. Z. — M. add.: *ad Cor. I.* Nolite amittere.,.. *Sec. Lucam.* Cum appropinquasset Dominus Ihesus Yerosolimam. — 16. suae: *corr. ex* tuae. — 20. annuntians: annuntias. S. T. V. Z. M. — Iuda: Iudae, S. — 21. ℟: ℟ *in ch.*M. — 29. ℟: ℟ *in bapt.* M. — 32. tuam: tuam de alto. U. V. Z. M. — Domine: Deus noster. U. V. Z. M.

(1) Psalm. 143.

*De bapt. in alind.* Exalta te, Yerusalem, ne timeas; dic civitatibus Iuda: ecce Deus noster, ecce Dominus cum virtute adveniet.

## FERIA VI.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Veni, Domine, et noli tardare, relaxa. ℣ Deus virtutum. *Ad lect.* ℟ Ecce Dominus egredietur. ℣ A solis ortu. ℟ Ecce Dominus dominator. ℣ Hic est Salvator.

*In Benedictus.* Gaude et laetare. *In quinquagesimo.* In Israel orietur princeps. *In Laudate.* Laudemus nomen.

℟ *in bapt.* Qui venturus est iam. ℣ Deus manifeste veniet.

*Ant.* Ostende faciem. ℣ (1) Qui regis Israel.

## SABBATO V DE ADVENTU.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Qui sedes super Cherubim appare: excita potentiam tuam, et veni, ut liberes nos.

## DOMINICA V DE ADVENTU.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Ecce dominator Dominus veniet: et regnum in manu eius, et potestas, et imperium. ℣ Venite exultemus in Domino, iubilemus Deo salutari nostro: et regnum. *Ant. in cantica.* I. Suscipiant,
81'. Domine, montes, et colles populo tuo pacem. ✝ II. Orietur de terra misericordia, quia salus mundi veniet redemptor saeculi. III. Veni, Domine, in salutem plebi tuae. *Ad lect.* ℟ Intuimini quantus sit iste, qui ingreditur ad salvandum populum; iste est rex iustitiae: cuius generatio non habet finem. ℣ Tollite portas principis vestri, et elevamini portae aeternales, ut introeat rex gloriae: cuius. ℟ II. Montes Syon ramos vestros expandite; germinate, et fructus vestros offerte populo meo Israel; ecce ego venio: dicit Dominus. ℣ Transite, transite per portas Domini, et iter facite, populo

1. Exalta te: Exaltare. Z. M. — 2. Iuda: Iudae. S. — 10. M. *add.: Capit.* Cantemus. — 13. M. add.: *Ad Matut.* ℟ *post hymn. sive* ℟ *inter lect., et ant., et orat., sive* ℟ *ad Vesp. require in dominica retro.* — 20. regnum: potestas. T. — 23. plebi: plebis. T. V. – 24. quantus: *corr. ex* quantum.

(1) Psalm. 79.

meus Israel; prope est: venio. *In Cant. maius.* Expectetur sicut ros salvator mundi, et descendat in uterum Virginis sicut imber super gramen. *Ad Crucem.* Missus est angelus Gabrihel ad Mariam Virginem desponsatam Ioseph, nuntians angelus Virgini; et expavescit Virgo de lumine: Ne timeas, Maria, invenisti gratiam apud Dominum; ecce concipies, et paries, et vocabitur altissimi filius. *In Cantemus.* Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius magni consilii angelus. *In Benedicite.* Ave, Virgo Maria, gratia plena, Dominus tecum.

*Orat.* Preces populi tui, Domine, quaesumus, clementer exaudi: ut qui de adventu unigeniti Filii tui secundum carnem laetantur; in secundo, cum venerit in maiestate sua, praemium capiant vitae aeternae. Per eundem.

*In Laudate.* Et tu Bethleem non es minima inter principes Iuda; ex te enim exiet princeps, qui regat populum meum Israel. *Cap.* Et egressio eius ab initio aeternitatis.

*De eccl. in bapt.* De radice Iesse exiet virga, et regni eius non erit finis. ℟. *cum sant.* Laetetur cor quaerentium Dominum, et confortamini, quaerite faciem eius semper. ℣. Confitemini Domino, et invocate nomen eius: annuntiate inter gentes gloriam eius: cantate et psallite nomini eius semper.

*Oratio.* Deus, qui hominem delapsum, in morte conspiciens, Unigeniti tui adventu redimere voluisti, praesta, quaesumus: ut qui eius gloriosam incarnationem fatentur ⁑ ipsius *f.'. s* etiam redemptoris consortia mereantur. Per eundem.

*Ant.* Deus manifeste veniet, Deus noster et non tardabit. ℣ (1) Deus deorum Dominus.

*Oratio.* Largire, quaesumus, Domine, famulis tuis fidei et securitatis augmentum: ut qui nativitate Filii tui Do-

1. prope est venio: ecce ego. S. T. V.; prope est ut veniam, dicit. U. M. — 4. nuntians: nuntiat. M. — 11. Domine quaesumus: quaes. Dom. U. V. Z. M. — 12. unigeniti: *om.* W. — 16. princeps: dux. Z. M. — 20. Dominum: Dominum, quaerite Dominum, etc. S. T. U. V. M. — 21. psallite: M *add.: Mellodiae propriae*, Nomini, etc.℣ — 23. morte: mortem: T. V. W. M. — 24. tui: Filii tui. U. — 30. nativitate: in nativ. Z., de nativ. M.

(1) Psalm. 49.

mini nostri gloriantur, et adversa mundi te gubernante non sentiant; et quae temporaliter celebrare desiderant, sine fine percipiant. Per eundem.

*De baptist. in aliud.* Ecce adveniet dominator Deus, et regnum in manu eius, et potestas, et imperium in aeternum.

*Oratio.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui sub peccati iugo ex vetusta servitute deprimimur, expectata unigeniti tui Filii nova nativitate liberemur. Per eundem.

Ad Missam. *Ingressa.* Rorate caeli desuper, et nubes pluant iustum; aperiatur terra, et germinet Salvatorem. *Psalmell.* Ex Syon species decoris eius, Deus manifeste veniet. ℣ Congregate illic sanctos eius, qui ordinaverunt testamentum eius super sacrificia. ℣ *in Alleluia.* Praeveniamus. *Post Evang.* Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntians firmamentum; dies diei eructat verbum. *Offert.* Confortamini et iam nolite timere: ecce enim Dominus iuditium retribuet: ipse veniet, et salvos nos faciet. ℣ Audite itaque domus David, non pusillum vobis certamen praestare hominibus, quoniam Dominus praestat certamen; propterea dabit vobis signum; ecce Virgo in utero concipiet: ipse. *Confract.* Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emanuhel. *Transit.* Dominus prope est; occurrite illi dicentes: magnum principium, et regni eius non erit finis; Deus fortis, dominator, princeps pacis. Alleluia.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Pleni sunt caeli et terra gloria maiestatis tuae, Domine: benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel: ut hymnum dicamus nomini tuo, Domine. ℟ Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, et cum eo sanctorum millia: et habens in vestimento et in ‡ foemore suo scriptum, Rex regum et Dominus dominantium. ℣ Dominus cum virtute veniet, et brachium eius cum dominatione: et habens. *In Magnif.* Qui regis Israel intende, et veni, Domine, ut nos salvos facias.

f. 81v.

8. Filii: *om.* V. — 10. M. add.: *Lect. Malachiae proph.* Haec dicit Dominus: Et tu Betleem. — 12. illic: illi. S. T. — 13. M. add.: *Ad Corin. II.* Scriptum est quoniam duos filios habuit. — 14. M. add.: *Secundum Matheum.* Iohannes testimonium. — 15. annuntians: annuntiat. S. T. V. annuntiant. Z. M. — 27. gloria: *corr. ex* gloriae. — 29. ℟: ℟ *in ch.* M. — 30. habens: habet. S. T.

*Psall. in bapt.* Portam hanc quam videtis, solus Dominus veniet, et egredietur per eam, et erit semper clausa. ℟ Gaudete filiae Syon, ecce rex adveniet vobis: et ipse auferet iugum captivitatis vestrae. ℣ Rorate caeli desuper, et nubes pluant iustum; aperiatur terra, et germinet salvatorem: et ipse. *Ant.* Intende, Domine, prospera et regna. ℣ (1) Eructavit.

*De bapt. in aliud.* Montes et colles cantabunt coram Deo laudem: et omnia ligna silvarum plaudent manibus, quoniam veniet Dominus dominator in signum aeternum, quoniam ipse est Deus.

## FERIA VI EBDOM. V.

Ad Matutinum. ℟ *post hymn.* Ecce Dominus iuditium retribuet. ℣ Venite exultemus. *Ad lect.* ℟ Ecce Dominus egredietur. ℣ A solis ortu. ℟ Obsecro, Domine. ℣ Deus virtutum.

*In Benedictus.* Gaude et laetare. *In quinquagesimo.* In Israel orietur. *In Laudate.* Laudemus nomen. ℟ *in bapt.* Vere veniet Christus. ℣ Et in manu eius. *Ant.* Deus manifeste. ℣ (2) Deus deorum.

## SABBATO VI.

Ad matutinum. ℟℟ *etc. de dom. V.*

Ad vesperas. *Luc.* Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te eripiar. *Ant. in choro.* Ex Syon species decoris eius; Deus manifeste veniet, Deus noster et non tardabit.

*Hymnus in sanctae Mariae.* Mysterium ecclesiae: hymnum Christo referimus: quem genuit puerpera: Verbum Patris in Filio.

3. ℟ : ℟ *in bapt.* M. — 9. laudem: laudes. U *2 ma.*, M. — 11. M. add.: *Fer. V.* ℟ *de libro regum.* Audivi orationem tuam, vidi lacrymas tuas: et aditiam super dies tuos quindecim annos, et de manu mortis eruam te. ℣ Hoc erit tibi signum a Domino, quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus est: Et aditiam. *Idem* ℟ *in all. codd.:* in S(ante fer. VI): *Item* ℟ *de Esaias propheta;* in U (post Fer. VI, et ante Sabb. VI) cum rubr. 2 ma.: *Sabb. ad matut* ℟ *post hymn.* — 18. M. *add.: Capit.* Cantemus. — 22. ℟℟, etc.: ℟ *post hymn. et ad lect., et ant. et orat. omnia require in dominica retro. Item ipso die ad Vesp. ad Sanctam Mariam ad Circulum: Ant. in choro:* Ex Syon. M.

(1) Psalm. 44. (2) Psalm. 49.

Sola in sexu foemina: electa es in saeculo: quae meruisti Dominum: sanctum portare in utero.

Vates antiqui temporis: praedixerat quod factum est: quia Virgo conciperet: et pareret Emanuhel.

Mysterium hoc magnum est: Mariae quod concessum est: ut Deum per quem omnia: esse videret prodere.

82. Vere gratia plena es: et gloriosa permanes: quia ⁑ ex te nobis natus est Christus: per quem facta sunt omnia.

Pastores qui audierunt: gloriam Deo cantarunt: cucurrerunt in Bethleem: natum videre Dominum.

Sic magi ab ortu solis: per stellae inditium: portantes typum gentium: primi offerunt munera.

Rogemus ergo populi: Dei Matrem et Virginem: ut ipsa nobis impetret: pacem et indulgentiam.

℟ Sicut cedrus exaltata sum in Libano, et sicut cypressus in monte Syon: quasi myrra electa dedi suavitatis odorem. ℣ Myrra, gutta et casia a vestimentis tuis, a gradibus eburneis ex quibus te delectaveruut: suavitatis. *Ant.* Ave Virgo Maria gratia plena, Dominus tecum. ℣ (1) Dilexi quia audiet.

*Orat.* Aspice de caelo, Deus, et veni; et multiplica fidem populi tui: ut per te sequatur augmentum, per quem sumpsit initium. Qui.

*In Magnif.* Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

*Orat.* Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi, et concede propitius: ut gloriosum unigeniti Filii tui adventum per intercessionem beatae et gloriosae semperque Virginis Mariae cum omni pace et gaudio celebremus. Per.

*Psall.* Spiritus sanctus in te descendit, Maria: ne timeas habens in utero Filium Dei. *Seq.* Gloria Patri.

1. electa: *corr. ex:* etleta. — 3. praedixerat: praedixerant. U. W. — 6. esse etc.: ex se videre proderet. U. W.; ex se vederet prodere. V.; esse videre proderet. Z. M. — 14. U. Z. W. M. *add.:* Gloria tibi, Domine. — 15. sum: *corr. ex* sunt. — 16-17. suavitatis odorem: suavitatem odoris. Z. — 21. Aspice: Respice. Z. — 27. unigeniti: *om.* M — Filii: *om.* T. — 31. habens: habes. S. T. U. V. Z. M.

(1) Psalm. 114.

*Orat.* Protege, Domine, famulos tuos subsidiis pacis: et beatae Mariae patrociniis confidentes, a cunctis hostibus redde securos. Per.

Ad vigilias. ℟ Portam hanc quam videtis solus Dominus veniet et egredietur per eam, et erit semper clausa. ℣ Vidi portam in domo Domini clausam; dicit ad me angelus: solus.

*Ant. dupla.* Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta ✱ tu inter mulieres: ecce ancilla Domini, fiat mihi f. 82'. secundum verbum tuum. ℣ (1) Confirmatum est.

*Orat.* Deus, qui beatae Mariae Virginis partum, sine humana concupiscentia procreatum, in Filii tui membra venientis, paternis fecisti praeiuditiis non teneri; praesta, quaesumus: ut huius creaturae novitate suscepta, vetustatis antiquae contagiis exuamur. Per eundem.

℟ Suscipe Verbum, Virgo Maria, quod tibi per angelum a Domino transmissum est; concipe per aurem; Deum paries et hominem: ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣ Spiritus sanctus in te descendit, Maria; ne timeas habens in utero Filium Dei: ut benedicta.

*Ant. dupla.* Beatus ille venter, qui te portavit, Christe; et beata ubera quae te lactaverunt Dominum et Salvatorem mundi. ℣ Qui pro salute generis humani carnem assumere dignatus es. ℣ (2) Pleni panibus.

*Orat.* Excita, Domine, corda nostra ad praeparandas Unigeniti tui vias: ut per eius adventum, purificatis tibi mentibus, servire mereamur. Per eundem.

℟ Per Gabrihelis angeli os nuntiatum est Virgini Mariae; et Verbum concepit e coelo: et illum suscepit modicus uterus, cui parvus fuerat mundus. ℣ Spiritus sanctus in te ingreditur, et virtus altissimi obumbrabit tibi: et illum.

*Ant. dupla.* Magnificamus te Dei Genitrix, quia ex te natus est Christus salvans omnes qui te glorificant. ℣ (3) Dat votum orandi.

9. ecce: ℣ Ecce. S. T. U. V. Z. M. — 10. est: Z *add. rubr.:* usque Pleni panibus. — 19. habens: habes. S. U. V. Z. — 30. parvus: *corr. ex* partus. — 33. salvans: ℣ Salvans. S. T. U. V. Z. M. — Dat: Dans. S. T. V.

(1) Ex cant. Annae, I Reg. 2. (2) Ex eodem cant. Annae. (3) Ex eod. cant. Annae.

*Psall.* Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis in tua te clausit viscera factus homo: vera fides Geniti purgavit crimina mundi, et tibi virginitas inviolata manet.

℟ Sancta Dei Genitrix: intercede pro nobis. ℣ Deprecare pro nobis Filium Dei: intercede.

*Orat.* Beatae et gloriosae semperque Virginis Dei Genitricis Mariae, nos, Domine, quaesumus, merita prosequantur: et tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per Christum.

*Psall.* Virgo Verbum concepit, Virgo permansit, Virgo genuit Regem omnium regum. *Post Kyrie cum Gloria.* Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

*Orat.* Porrige nobis, Deus, dexteram tuam: et per intercessionem
83. ‡ beatae et gloriosae semperque Virginis Dei Genitricis Mariae, auxilium nobis supernae virtutis impende. Per.

## DOMINICA VI DE ADVENTU.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ecce annuntio vobis gaudium magnum, quod erit in universa terra. ℣ Venite, exultemus in Domino, iubilemus Deo salutari nostro: quod erit. *Ant. in cant.* Ecce Dominus sed et cum virtute veniet et brachio excelso. II Salus nostra cito veniet, et comminuet iugum servitutis nostrae. III. Elevate signum in coelo, quoniam prope est redemptor saeculi. *Ad lection.* ℟ Portam hanc quam videtis. ℣ Vidi portam in domo. ℟ Beatus uterus Mariae Virginis, qui portavit invisibilem; quem septem throni capere non possunt, in eo habitare dignatus est: et portabat levem in sinu suo. ℣ Dedit illi Dominus sedem David patris sui, et regnavit in domo Iacob in aeternum, cuius regni non erit finis: et portabat.

*Ant. in cant. mai.* Videbit omnis caro salutare Dei. *Ad crucem.* Missus est Gabriel archangelus ad salutandum Virginem Mariam: Ave gratia Dei repleta; tu sola in mulieribus benedicta, quae inducis in saecula Salvatorem mundi. *In Cantemus.* Parati estote, similes hominibus expectantibus Dominum quando revertatur a nuptiis. *In Benedicite.* Gaudete in Domino; iterum dico, gaudete; Dominus prope est.

1. S. *add. rubr.*: *De ecclesia in bapt. sine* Kyr. *cum* Gloria. — 9. *Psall.*: *De bapt. in eccl.* S. V. — 19. sed et: *in cod.* sedet: *in aliis codd.* S. T. U. V. Z. M. noster. — 21. servitutis: captivitatis. Z. — 24. invisibilem: *corr. ex* inviscibilis. — 27. regnavit: regnabit. S. U.

*Orat. require retro:* Aspice de coelo Deus et veni. *In Laudate.* Canticum novum cantabant Domino filii Israel Domino appropinquanti. *Capit.* Laudatio eius in ecclesia sanctorum.

*De eccl. in bapt.* Sicut iurasti, Domine, ad Abraham patrem nostrum, fac redemptionem populo tuo. ℟ *in bapt.* Tollite portas principis vestri, et elevamini portae aeternales: et introbit rex gloriae. ℣ Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum, et universi qui habitant in eo: et introbit rex gloriae.

*Orat.* Conscientias nostras, quaesumus, omnipotens Deus, quotidie visitando purifica: ut veniens Filius tuus Dominus noster paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum.

*Ant.* Veni, Domine, et noli tardare. ℣ (1) Deus in adiutorium meum.

*Orat.* Indignos nos, quaesumus, Domine, famulos tuos, quos actionis culpa contristat, unigeniti Filii tui adventu * laetifica. Per eundem. f. 83'

*De bapt. in al.* Spiritus sanctus in te descendit, Maria; ne timeas habens in utero Filium Dei.

*Orat.* Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuae visitatione consolemur. Per Christum.

MANE AD MISSAM IN ECCLESIA MAIORI. *Ingressa.* Credite salvatorem nostrum venturum esse cum gloria, et vos estote parati suscipere regnum Dei. *Psalmell.* Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus qui invocant eum in veritatem. ℣ Laudem Domini loquetur os meum; et benedicat omnis caro: in veritatem. *Cantus.* Suscipiant Domine. ℣ I. Deus iudicium tuum. ℣ II. Humiliavit calumniatorem.

PSALLENTIUM AD S. MARIAM AD CIRCULUM. *Ant.* I. Septies in die. ℣ (2) Te decet hymnus. II. Qui emittit eloquium.

5. ℟ *in bapt.*: ℟ *cum inf., et mellod. propriae.* M. — 11. in nobis: *om.* Z. — 15. actionis: actionis propriae. T. U. V. Z. W. M. — 19. Preces: M. *hoc loco habet or.* Deus qui beatae Mariae, etc. *ut supra* ad Vigil. — 22. MAIORI: hyemali. S. M. — 24. M. *add.: Lectio Ezechielis proph.* In diebus illis locutus est Ezechias (sic) propheta dicens. — 26. veritatem: veritate. S. T. U. V. Z. M. — 27. in veritatem: nomen sanctum eius. U. V. Z. M. — M. *add.: Epistola ad Ephesios.* Gratias ago Deo meo semper. — 28. M. *add.: Evang. sec. Lucam.* Exurgens Maria abiit. — 30. Te decet etc.: *om.* M.

(1) Psalm. 69. (2) Psalm. 64.

III. Domine Deus virtutum. IV. Extollite signum. V. Laetare coelum. VI. O radix Iesse, qui stas in signis populorum super quem continebunt reges os suum, quem gentes deprecabuntur, veni ad liberandum nos, iam noli tardare. VII. Gaude Syon in Domino. VIII. O clavis David, et sceptrum Domus Israel, aperis et nemo claudit, claudis et nemo aperit; veni, et educ vinctos de domo carceris sedentes in tenebris et umbra mortis. IX. Laetare Yerusalem propter quod ecce. X. O oriens, splendor lucis aeternae, sol iustitiae, et creator omnium, veni, et inlumina in te credentes. XI. Audi Israel, ecce venio. XII. O rex gentium, et desideratus earum, lapisque angularis, qui facis utraque unum; veni, salva hominem quem de limo plasmasti. XIII. Qui regis Israel intende. XIV. O Emanuhel, lex et legifer noster, expectatio gentium, et salvator earum: veni ad salvandum nos, Domine Deus noster. XV. Bethleem terra Iuda ex te. XVI. O sapientia, quae ex ore altissimi procedistis, attingis a fine usque ad
84. finem fortiter, suaviter ⁑ disponensque omnia, veni ad docendum nos viam scientiae. XVII. Exalta te Yerusalem, ne timeas. XVIII. O Adonai et dux domus Israel, qui Moysi in igne flammae rubi apparuisti, et ei in Syna legem dedisti: veni ad redimendum nos in brachio excelso. XVIIII. Ecce adveniet dominator. XX. O Virgo virginum, quomodo fiet istud, quia nec primam te similem visa es, nec habebis sequentem? Filiae Yerusalem, quid me admiramini? divinum est mysterium hoc quod cernitis. XXI. Gaudebunt campi et omnia quae in eis sunt: tunc exultabunt omnia ligna silvarum ante faciem Domini, quoniam venit. XXII. Erunt prava in directa, et aspera vias planas: et videbit omnis caro salutare Dei nostri. XXIII. Propter Syon non tacebo, donec egredietur sicut splendor iustus meus. XXIV. Popule meus habitator Syon, noli timere; prope est ut veniam: dicit Dominus. XXV. Veni, Domine, et noli tardare, libera nos positos in saeculi fine. XXVI. Veniet ex Syon Salvator omnium, qui eripiat et avertat impietatem ab Iacob. XXVII. O admirabile commercium: creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est: et procedens

3. os suum: *corr. ex* ossum. — 17. procedisti: processisti T. U. V. Z. M. — 18. veni: *supplet.; in cod:* ve. — 22. redimendum; liberandum. M. — 24. habebis: habere. U. Z. M. — 31. egredietur: egrediatur. S. T. U. V. Z. M. — 33-34. libera nos positos: miserere nobis positis. M. — 37. sumens: assumens. *T. 2 ma.*, M.

homo sine semine largitus est nobis suam deitatem. XXVIII. Nesciens Mater Virgo virum peperit sine dolore Salvatorem saeculorum: ipsum regem angelorum sola Virgo lactabat ubera de coelo plena. XXIX. Virgo hodie fidelis, etsi Verbum genuit incarnatum, Virgo mansit et post partum; quam laudantes omnes dicimus: benedicta tu in mulieribus. XXX. Gaudeamus omnes fideles, Salvator noster natus est in mundo: hodie processit proles, et magnifici germinis perseverans pudor virginitatis. XXXI. Sub tuam misericordiam confugimus Dei Genitrix, ut nostram deprecationem ne inducas in temptationem, sed de periculo libera nos, sola casta et benedicta. XXXII. Sub tuam protectionem * confugimus, ubi f. 8
infirmi susceperunt virtutem; et propter hoc tibi psallimus, Dei Genitrix vera. *Post Kyrie cum Gloria.* Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum.

Ad missam. *Ingressa.* Videsne Elisabeth cum Dei Genitrice Maria disputantem: Quid ad me venisti, Mater Domini mei? Si enim scirem, in tuum venirem occursum: tu enim regnatorem portas, et ego prophetam; tu legem dantem, et ego legem accipientem; tu Verbum, et ego Vocem proclamantis adventum Salvatoris. *Psalmell.* Respice de caelo, Deus, et vide, et ostende faciem tuam, et salvi erimus. ℣ Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Ioseph, qui sedes super Cherubim, appare coram Effrem Beniamin et Manasse. *Cantus.* Suscipiant, Domine, montes et colles populo tuo pacem, iustitiam iudicabit egenus populi, ut salvet filios pauperum. ℣ Deus iuditium tuum da regi, et iustitiam tuam filio regis, ut iudicet populum tuum cum iustitia, et pauperes tuo in iuditio. ℣ Humiliabit calumniatorem et permanebit cum sole, et ante lunam generationis generationum, et descendit sicut pluvia in vellus et sicut stillicidia stillantia super terram. *Post Evang.* Ipse tamquam sponsus procedens e thalamo suo exultavit ut gigas

10. nostram deprecationem: nostras deprecationes. S. — 11. temptationem: *corr. ex* temptatione. — 16. Ad missam: *suppl. in hac ed.* — 21. M. *add.: Lectio Esayae proph.* Si correxeris. — 25. M. *add. epist.: Ad Philipp.* Gaudete in Domino semper. — 26. iustitiam iudicabit egenus: iustitia iud. egenus. S. U.; iustitia iud. egenos. T. V. Z. M. — 28. da regi: regi da: V. Z. — 29. tuum: *om.* Z: suum. M. — iudicio: iudicio, iudicabit. S. U. Z. M. — Humiliabit: *corr. ex* Humiliavit. — 30. lunam: *corr. ex* luna. — 32. terram: terram, iudicabit. S. — M. *add. Evang. secundum Lucam.* Missus est Angelus Gabriel.

ad currendam viam: a summo caelo egressio eius. *Offertor.* Ecce Dominus de Syon veniet, et de Yerusalem dabit vocem suam; et exultabunt ante illum caeli et terra: et in illa die stillabunt montes dulcedinem, et omnes colles fluent lac et mel. *Confract.* Confirmatum est cor Virginis Mariae angelo Domini dicente ad eam: Ave, gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. *Transit.* Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Hyerusalem surge, et sta in alto, et vide iocunditatem quae veniet tibi a Deo tuo. ℟ Per Gabrielis angeli. ℣ Spiritus sanctus in te ingreditur. *Ant.* Ecce Dominus sedet super nubem levem, et veniet Aegyptum. ℣[1] In exitu Israel. *Orat. require retro.* Aspice de caelo, Deus, et veni. *In Magnif.* Beata es, Maria, quae credidisti; perficientur in te, quae dicta sunt a Domino.
f. 85. ✝ *Psall. in bapt.* Veniet ex Syon Salvator omnium. ℟ Ecce veniet Dominus protector noster sanctus Israel, coronam regni habens in capite suo. ℣ Ex Syon species decoris eius; Deus noster manifeste veniet: coronam. *Ant.* Universi, Domine, qui te expectant non confundentur. ℣[2] Ad te Domine levavi. *De bapt. in aliud.* Veni, Domine, et noli tardare: miserere nobis positis in saeculi finem.

## FERIA II.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ecce Dominus iuditium retribuet: ipse veniet et salvos nos faciet. ℣ Venite, exultemus

5. mel: S. *add.*: ℣ Et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum: et in illa die. — 13. veniet: venit. S. T. U. V. Z. M. — 14. Aspice, etc.: *in* M. *al. or.* Excita, Dne, corda, etc, *ut sup. ad Vigil.* — 16. Domino: M. *add.: orat.* Praesta, q. o. D.: ut redemptionis nostrae ventura solemnitas, et praesentis vitae nobis subsidia conferat, et aeternae beatitudinis premia largiatur. P. — 24. M. ante proprium feriar. huius hebd. inserit integrum opusculum Beroldi de *Expositione Exceptati*, sub titulo: « *Incipit ordo officii exceptati, qualiter fieri debeat in ebdomada ante nativitatem dni nri Ihu Xpi. In primis dicendum est de die dominico. Beatitudinem*, etc. ». (Idem opusc. vide in opere a me edito: « *Beroldus sive Eccl. Ambros. Mediolanen. Kalend. et Ordines Saec. XII*, Mediolani, 1894 » a pag. 67 usque ad pag. 74, lin. 25). deinde M subdit: « FER. II: Incipit offitium proprium hebdomadae ante nativitatem Domini. In primis feria II ».

(1) Psalm. 113. (2) Psalm. 24.

in Domino, iubilemus Deo salutari nostro : ipse. *Ant.* Non derelinques quaerentes te, Domine. ℣[1] Confitebor tibi, Domino in toto corde meo: narrabo. II. Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo, Domine. ℣[2] Exaudi, Domine, iustitiam. III. Qui te expectant, Domine, non confundentur. ℣[3] Ad te, Domine, levavi. IIII. Accelera, Domine, ut nos salvos facias. ℣[4] In te, Domine, speravi. V. Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde. ℣[5] Benedicam Dominum. VI. Nam qui expectant Dominum ipsi haereditabunt terram. ℣[6] Noli aemulari. VII. Intende, Domine, prospera et regna. ℣[7] Eructavit cor meum. ℟ *ad lect.* I. Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete; modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est, nihil solliciti sitis. ℣ Sed in omni oratione et obsecratione petitiones vestrae innotescant apud Deum: Dominus prope est. ℟ II. Ecce Dominus dominator veniet, et nomen eius altissimi filius. ℣ Hic est salvator quem prophetae dixerunt, et hic est agnus quem dixit Esaias: et nomen eius.

*In Benedictus.* Gaude et laetare virgo filia Syon, ecce rex tuus venit. *In quinquagesimo.* In Israel orietur princeps firmamentum pacis.

*Orat.* Excita, Domine, quaesumus, potentiam tuam, et veni: ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te, mereamur, protegente eripi, te liberante salvari. Qui vivis.

*In Laudate.* Laudemus nomen Domini in choro, quia ipse veniet et salvos nos faciet. *Capit.* Caeli enarrant.

℟ *in bapt.* Qui venturus est iam veniet, et non tardabit: quia ipse est redemptor noster et salvator mundi. ℣ Deus manifeste veniet, Deus noster et non tardabit: quia ipse est redemptor.

*Orat.* ‡ Verbi tui nos, quaesumus, Domine, adventus illumi- f. 85r.
net: et a sordibus peccatorum clementer emundet. Qui tecum.

*Ant.* Exultent et laetentur. ℣[8] Deus in adiutorium.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut Filii tui

22. Excita, etc.: *in* M *al. or.:* Praeveniat, etc. *ut sup. Dom. IV.* — 31. Verbi, etc.: *in* M *al. or.:* Respice, etc. *ut sup. Dom. IV.* — 34. Praesta, etc.: *in* M. *al. or.:* Largire, etc., *ut sup. Dom. V.* — Filii tui: redemptionis nostrae. T. U.

(1) Psalm. 9. (2) Psalm. 16. (3) Psalm. 24. (4) Psalm. 30. (5) Psalm. 33. (6) Psalm. 36. (7) Psalm. 44. (8) Psalm. 69.

ventura solemnitas et praesentis nobis vitae remedia conferat, et praemia aeterna concedat. Per eum.

1-2. remedia.... concedat: subsidia conferat, et aeternae beatitudinis premia largiatur. T. U. — M. post Laud. in hac Fer. et seqq. ponit cum cod. Z letanias proprias horum dier., quarum nulla mentio in codd. S. T. U. V., excepta una rubr. *2 ma.* in cod. U his verbis concepta: « In istis tribus diebus letanie fiant — require retro » sed in cod., nunc hae letaniae non extant. — Habeas nunc ex cod. M. litan. propr. huius fer. II: « *Incipiunt letaniae ante Nat. Dom. — Orat. require in die I letaniarum ad S. Simplicianum:* Deus qui ad ineffabilis ». *Seq. ant.* I Convertimini ad me. II. Dom. Deus virtutum. III. Peccavimus ante te Deus. IIII. Misereris omnium. V. Qui fecisti magnalia. VI. Circumdederunt nos mala. VII. Si fecissemus praecepta. VIII. Iniquitates nostras. VIIII. Vide Dne afflictionem. X. Liberator noster. *Sequitur* Kyr. *ter.*

Domine miserere *ter.*
Christe libera nos *ter.*
S. Maria
S. Michael
S. Gabriel
S. Raphael
S. Iohannes
S. Petre
S. Paule
S. Andrea
S. Iacobe
S. Iohannes
S. Philippe
S. Bartholomee
S. Thoma
S. Mathee
S. Iacobe
S. Symon
S. Taddee
S. Barnaba
S. Marce
S. Luca
S. Stephane
S. Nazari
S. Celse
S. Protasi
S. Gervasi
S. Victor
S. Nabor
S. Felix
S. Fortunate
S. Sysinni
S. Martyri
S. Alexander
S. Laurenti
S. Vincenti
S. Vitalis
S. Agricola
S. Erasme
S. Canti
S. Cantiane
S.ª Cantianilla
S. Prote
S. Grisogone
S. Corneli
S. Cipriane
S. Babilla
S. Romane
S. Cosma
S. Damiane
S. Antime
S. Leonti
S. Euprepi
S. Antonine
S. Christofore
S. Iuliane
S. Mauriti
S. Tegla
S. Pellagia
S. Ambrosi
Omnes Sancti
Exaudi Christe, *ter.*
Exaudi Deus, *ter.*
Kyr. Kyr. Kyr.

*Orat. req. in primo die letaniar. ad S. Ambros.:* Deus qui confitentium tibi. *Seq. Ant.* I. Tu vir Dei. II. Ne avertas Dne. III. Memento Dne quoniam. IIII. Fac nobiscum. V. Civitatem istam. VI. Gemitus noster. VII. Populus meus. VIII. Propter peccata nostra. VIIII. Serviamus Dno in timore. X. Adiutor noster esto. XI. Dies tribulationis. *Seq.* Kyr. *ter. Deinde* Agnus Dei qui tollis peccata. *postea* Gloria Patri. ℣ Sicut erat. *Seq.* Agnus Dei qui. *postea* Suscipe deprecationem. *deinde* Agnus Dei. *Seq.* Kyr. *ter communiter. Et non dicatur in hoc I die et in II, et usque in III:* Benedicat et exaudiat nos Deus, *sed tantum Missa incipiatur. Et notandum etiam quod in istis supradictis tribus dieb. non canitur ad Missam nisi canticum, et legitur Evang. in quadragesimali* tono. *Cantic.* Conserva me. *Statim post Missam ad Vesp. luc.* Dnus illuminatio. ℣ Dnus protector *in quadrag. tono canitur.* ℟ *in ch.*, etc. (v. infra ad Vesp). *In hoc die et in aliis duobus diebus non dicat.* ℟ *in bapt., sed finiatur cum XII.* Kyr. *et* Benedicat et exaudiat nos Deus. Procedamus, etc. » [Off. Litaniar., de quo in cod. M., require infra in hebd. post Ascens.].

AD VESPERAS. ℟ Quoniam rex omnis terrae. ℣ Omnes gentes. *In Magnif.* Iustitia ante eum.

FERIA III.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Veni, Domine, et noli tardare, relaxa facinora plebi tuae: et revoca singulos in terram suam. ℣ Deus virtutum converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus: et revoca. *Ant.* I. Omnes gentes plaudite. ℣ (1) Iubilate Deo in voce. II. Deus manifeste veniet, Deus noster et non tardabit. ℣ (2) Deus deorum Dominus. III. Expectamus nomen tuum. ℣ (3) Deus in nomine tuo. IIII. Ut cognoscamus in terra. ℣ (4) Deus misereatur. V. Veni, Domine, et noli tardare. ℣ (5) Deus in adiutorium. VI. Suscipiant Domine. ℣ (6) Deus iuditium tuum. VII. Notam fac filiis hominum potentiam tuam, Domine. ℣ (7) Voce mea ad Dominum clamavi; vox mea. *Ad lect.* ℟ Obsecro, Domine, mitte quem missurus es, et vide afflictionem populi tui: sicut locutus es, veni, et libera nos. ℣ Deus virtutum converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus: sicut locutus. ℟ II. Ecce Dominus veniet de Syon: et salvabit populum suum. ℣ Orietur stella ab Iacob, et exurget homo ex Israel: et salvabit.

*In Benedictus.* Ecce Dominus sedet super nubem. *In quinquagesimo.* Laetare virgo filia.

*Orat.* Largire, quaesumus, Domine, famulis tuis fidei et securitatis augmentum: ut qui nativitate Filii tui gloriantur, et adversa mundi te gubernante non sentiant, et quae temporaliter celebrare desiderant, sine fine percipiant. Per eundem.

*In Laudate.* ⁑ Paratus esto Israel. *Capit.* Quia ipse firmans. ℟ *in bapt.* Paratus esto Israel. ℣ Caeli enarrant. f. 8

*Orat.* Redemptor noster aspice, Deus, et veni ad liberandum nos de profundo iniquitatis; et dona ecclesiae tuae perpetuam tranquillitatem et pacem. Per Christum.

*Ant.* Nam qui expectant. ℣ (8) Noli aemulari.

22. nubem: nubem levem. S. — 24. Largire: *in* M *al. or.:* Concede q. o. D.: ut qui sub peccati, *ut supra Dom. V.* — 30. Redemptor: *in* M *al. or.:* Praesta, q. o. D., ut redemptionis, *ut sup. Dom. VI, in nota.*

(1) Psalm. ipse 46. (2) Psalm. 49. (3) Psalm. 53. (4) Psalm. 66. (5) Psalm. 69. (6) Psalm. 71. (7) Psalm. 76. (8) Psalm. 36.

*Orat.* Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuae visitatione consolemur. Per eundem.

Ad vesperas. ℟ Exiet virga. ℣ Et qui exurget. *In Magnif.* Excita potentiam.

FERIA IIII.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ecce Dominus dominator. ℣ Venite exultemus in Domino, iubilemus Deo salutari nostro: et regnum. *Ant.* i. Ostende faciem. ℣ (1) Qui regis Israel. ii. Videbitur Deus deorum in Syon. ℣ (2) Quam amabilia sunt. iii. Ostende nobis, Domine. ℣ (3) Benedixisti.

1. Preces: *in* M. *al. or.:* Festina, q. D. ne tardaveris, *ut sup. Dom. I.* — 3. M. *add. Ordinem Litaniar. hoc modo:* « *Fer. III, or. require in secundo die de Letaniis, ad S. Fidelem:* Dom. Deus, qui timore sentiris. *Ant.* I. Convertamur unusquisque. II. Quem deprecemur. III. In te speraverunt. IIII. Media vita. V. Anima mea cessa. VI. Peccavimus Dne., petimus. VII. Dne, si inquiras cordis nostri. VIII. Aufer iram tuam a nobis. VIIII. Peccavimus peccavimus. *Sequitur.* Kyr. Kyr. Kyr

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Maria | S. Kalimere | S. Eusebi | S. Vigili |
| S. Michael | S. Mona | S. Geronti | S. Matroniane |
| S. Gabriel | S. Materne | S. Benigne | S. Zeno |
| S. Raphael | S. Mirocles | S. Senator | S. Hyeronime |
| S. Iohannes | S. Dati | S. Magne | S. Bassiane |
| S. Petre | S. Protasi | S. Ampelli | S. Iuli |
| S. Paule | S. Eustorgi | S. Antonine | S. Severe |
| S. Andrea | S. Dionisi | S. Syre | S. Silvester |
| S. Stephane | S. Simpliciane | S. Gaudenti | S. Gregori |
| S. Nazari | S. Veneri | S. Habundi | S. Satyre |
| S. Celse | S. Martiniane | S, Ylari | S. Tegla |
| S. Protasi | S. Auxane | S. Martine | S. Pelagia |
| S. Gervasi | S. Arsati | S. Eusebi | S. Galdine |
| S. Anatalon | S. Marole | S. Augustine | S. Ambrosi |
| S. Gai | S. Cliceri | S. Eugeni | Omnes Sancti. |
| S. Castritiane | S. Lazare | S. Aureli | |

*Orat. require in secundo die de Letaniis ad S. Kalimerum:* Deus, qui sola nos miseratione reservas. *Seq. ant.* I. In te Dne speramus. II. Dne, non sumus digni. III. Dne, si iratus fueris. IIII. Muro tuo inexpugnabili. V. Exaudi Dne vocem. VI. Peccavimus, Dne, peccavimus. VII. Erigat nos. VIII. Dne inclina aurem. *Seq.* Kyr. *ter.* — *Deinde.* Agnus Dei qui tollis. *Ad Missam cant.* In convertendo. — *Ad Vesp. Lucer.* Deus illuminatio, etc. » (ut supra) — 5. M. *add. rubr.: Orat. require in supradicto Matutino.* — 9. regnum: *corr. ex* nomen; cfr. ℟ *p. hym. Dom. V. adv.* — *Ant.:* supp. in hac ed.

(1) Psalm. 79. (2) Psalm. 83. (3) Psalm. 84.

v. Notam fecisti in populis virtutem tuam, Domine. ℣ [1] Voce mea: vox mea. *Ad lect.* ℟ Intuemini quantus. ℣ Tollite portas. ℟ Gaudete, filiae Syon. ℣ Rorate caeli desuper.

*In Benedictus.* Gaude et laetare. *In quinquagesimo.* Gaudete filiae Syon, ecce rex.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut magnae festivitatis ventura solemnia prospero celebremus effectu; pariterque reddamur et intenti caelestibus disciplinis, et de nostris temporibus laetiores. Per.

*In Laudate.* Ecce mitto angelum. *Capit.* Laudate Dominum de caelis quem expectamus. ℟ *in bapt.* De radice Iesse. ℣ Et dominabitur. *Int.* Ostende faciem. ℣ [2] Qui regis.

1. v. Notam, etc.: M., *om. his ant. et psalm., statim subdit quatuor ant. cum psalm. infra positis pro fer.* v., *usque* Mitte verbum *exclus.* — 6. Concede, etc.: *in* M *al. or.:* Indignos nos, q. D., *vide sup. in Laud. Dom. VI.* — 13. M. *post* ℟ *add. or.*: Preces populi t., q. D., etc. *ut sup. in Laud. Dom. VI.* — *itemq. or. ult.* Redemptor noster aspice Deus, *ut Dom. II adv.* — 14. M. *add. ordinem Litaniar. hui. diei:* « *Fer. IIII, or. ad letan. require in tertio die letaniarum ad S. Quiricum:* Preces populi tui Dne. *Ant.* I. Dei genitrix. II. Sicut promisisti. III. Illuxisti Dne. IIII. Exaudi Dne vocem. V. Videns vidi. VI. Propitiare peccatis. VII. Genitum populi tui. VIII. Peccavimus Deus, malum coram te. *Sequitur.* Kyr. *ter.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Maria | S. Gervasi | S. Eufimia | S. Fides |
| S. Michael | S. Tegla | S. Iustina | S. Savina |
| S. Gabriel | S. Pellagia | S. Daria | S. Mustiola |
| S. Raphael | S. Felicitas | S. Iuliana | S. Candida |
| S. Iohannes | S. Cecilia | S. Radecunda | S. Veronica |
| S. Petre | S. Lucia | S. Margarita | S. Anastasia |
| S. Paule | S. Eugenia | S. Scolastica | S. Febronia |
| S. Andrea | S. Agatha | S. Brigida | S. Eularia (*sic*) |
| S. Stephane | S. Perpetua | S. Columba | S. Valeria |
| S. Nazari | S. Marcelina | S. Matrona | S. Petronilla |
| S. Celse | S. Agnes | S. Grata | S. Ambrosi |
| S. Protasi | S. Christina | S. Affra | Omnes Sancti. |

*Oratio require in tertio die letaniarum ad S. Mariam Bertrade.* Miserere iam, q. Dom. intercedente. *Ant.* I. Nunc exequimur. II. Desiderium pauperum. III. Nisi acceleraveris. IIII. Non expandimus. V. Inclina Dom. VI. Respice in servos. VII. Exurge libera. VIII. Ascendant ad te. VIIII. Christe, tuis famulis. X. Miserere nobis Dne. XI. Non est aliud. XII. Ne obliviscaris. XIII. Deus qui conteris. XIIII. Liberati serviamus. *Iter.* Kyr. Kyr. Kyr. *Sequitur.* Agnus Dei qui tollis, etc. *postea* Kyr. Kyr. Kyr. *communiter. Tunc subiungat presbyter:* Benedicat et exaudiat nos Deus. *Tunc Diac:* Procedamus cum pace. ℟ In nomine Christi. *Subdiac.* Benedicamus Domino. ℟ Deo gratias. — *Ad Missam cantic.* De profundis, *vel* Laudate Dominum omnes.

(1) Psalm. 76. (2) Psalm. 79.

Ad vesperas. ℟ Non auferetur. ℣ Ecce adveniet. *In Magnif.* Omnes gentes plaudite.

## FERIA V.

Ad matut. ℟ *post. hymn.* Ecce Dominus iuditium retribuet. ℣ Venite exultemus in Domino. ⁏ *Ant.* i. Psallam et intelligam. ℣ (1) Misericordiam et iuditium. ii. Annuntietur in Syon. ℣ (2) Domine, exaudi orationem meam et clamor. iii. Invocate nomen Domini. ℣ (3) Confitemini Domino: et invocate. iiii. Visita nos Domine in salutari tuo. ℣ (4) Confitemini Domino: quis loquetur. v. Mitte verbum tuum et sana nos, Domine. ℣ (5) Confitemini Domino: dicant qui redempti. *Ad lect.* ℟ Protector noster veniet. ℣ Redde vicinis nostris. ℟ ii. Ecce veniet Dominus protector. ℣ Ex Syon species.

f. 86'.

*In Benedictus.* Parati estote. *In quinquagesimo.* Gaudete in Domino, iterum.

*Orat.* Prope esto, Domine, omnibus expectantibus te in veritate: ut in adventu filii tui Domini nostri placitis tibi actibus praesentemur. Per eundem.

*In Laudate.* Canticum novum. *Capit.* Laudatio eius. ℟ *in bapt.* Vere veniet Christus, quem Iohannes praedicabat agnum esse venturum. ℣ Et in manu eius pietas et misericordia: quem Iohannes. *Ant.* Veni, Domine, et noli tardare. ℣ (6) Deus in adiutorium.

Ad vesperas. ℟ Ecce apparebit Dominus. ℣ Dominus cum virtute. *Ant. in psalm.* Non demus somnum oculis aut requiem temporibus, donec inveniamus locum Domino. ℣ (1) Memento, Domine David. ii. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena. ℣ (2) Super flumina. *In*

3. M., *om. quinque Ant. cum suis Psalm., ponit rubric. seq.:* « Antiph. cum psalmis require in supradictis diebus de Exceptato ». — 22. M. *add. or. post* ℟. Praesta, q. o. D., ut redemptionis (v. sup.). — 23. M. *add. or. ult.:* Exc'ta, Dom. q. potentiam (v. sup. Fer. II). — 27. cantabimus *corr. ex.* cantavimus. — 28. et seq. M *add. or. I:* Praeveniat nos. q. o. D. (v. *Dom. IV*); *or. II,* Largire q. D. famulis. (v. *Dom. I*); *or. III.* Respice in nos miser. Deus, et clementer (v. *Dom IV*) *et or. IV:* Praesta, q. o. D. ut Filii tui (v. *sup. Fer. II*).

(1) Psalm. 100. (2) Psalm. 101. (3) Psalm. 104. (4) Psalm. 105. (5) Psalm. 106. (6) Psalm. 69.

(1) Psalm. 131, *psalm. I in Vesp. Fer. V com.* (2) Psalm. 136, *psalm. V eiusd. Fer.*

*Magnificat.* Qui regis Israel intende. ℟ *in bapt.* Gaudete filiae Syon. ℣ Rorate caeli desuper. *Ant.* Intende, Domine, prospera. ℣ (3) Eructavit.

## FERIA VI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Veni, Domine, et noli tardare. ℣ Deus virtutum. *Ant.* i. Non derelinques. ℣ (1) Confitebor tibi: narrabo. ii. Ego autem cum iustitia. ℣ (2) Exaudi Domine iustitiam. iii. Iuxta est Dominus. ℣ (3) Benedicam Dominum. iiii. Nam qui expectant. ℣ (4) Noli aemulari. v. Ut cognoscamus. ℣ (5) Deus misereatur. vi. Veni Domine et. ℣ (6) Deus in adiutorium. vii. Suscipiant Domine. ℣ (7) Deus iuditium. *Ad lect.* ℟ Gaudete in Domino semper. ℣ Sed in omni oratione. ℟ Ecce Dominus dominator. ℣ Hic est salvator.

*In Benedictus.* Gaude et laetare. *In quinquagesimo.* In Israel orietur princeps.

*Orat.* Mentes nostras, quaesumus, Domine, lumine tuae visitationis illustra: ut esse, te largiente, mereamur, et inter prospera humiles, et inter adversa securi. Per.

*In Laudate.* Laudemus nomen. ℟ *in bapt.* Qui venturus est. ℣ Deus manifeste. ✠ *Ant.* Universi Domine. ℣ (8) Ad f. 87.
te Domine levavi.

Ad vesperas. ℟. Per Gabrielis angeli. ℣ Spiritus sanctus in te ingreditur. *In Magnif.* Beata es Maria. ℟ *in bapt.* Ecce Dominus veniet de Syon. ℣ Orietur stella. *Ant.* Mitte manum tuam de alto et libera nos, Deus noster. ℣ (1) Benedictus Dominus Deus meus, qui docet.

6. *Ant.* i., etc.: *omit.* M. (cf. *rubr. in notis ad Fer. V praeced.*). — 17. Mentes, etc.: *in* M. *al. or.:* Concede q. o. D. ut magnae festivitatis, etc. (v. *sup. Fer. IIII*). — 20. et seq. M *add.: Capit.* Cantemus Dno; *or. II.* Deus qui b. Mariae (v. *supra in Vigil. ante Dom. VI adv.*); *et orat. III.* Conscientias nostras (*ut sup. in Laud. Dom. VI*). — 24. et seq.: M. *add. or. I.* Preces populi tui (v. *Dom. V Adv.*); *or. II.* Concede q. o. D. ut qui sub peccati (v. *Dom. V Adv.*) *or. III et ult. ut ad Laud. hu. diei.*

(3) Psalm. 44.

(1) Psalm. 9. (2) Psalm. 16. (3) Psalm. 33. (4) Psalm. 36. (5) Psalm. 66. (6) Psalm. 69. (7) Psalm. 71. (8) Psalm. 24.

(1) Psalm. 143.

## DIE SABBATI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu salvabit. ℣ Multae tribulationes iustorum, et de omnibus his liberavit eos Dominus: et humiles. *In Cantemus.* Parati estote. *Ad lect.* ℟ i. Ecce Dominus egredietur de loco suo, et veniet, et salvabit populum suum: ut eripiat eum de manibus inimicorum suorum. ℣ A solis ortu usque ad occasum ex Syon species decoris eius. Deus noster manifeste veniet: ut eripiat. ℟ ii. Obsecro, Domine, mitte quem missurus es, et vide afflictionem populi tui: sicut locutus es, veni, et libera nos. ℣ Deus virtutum converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus: sicut locutus.

*In Benedictus.* Iam surgit oriens, iam adventus Domini inluminat mundum. *In quinquagesimo.* Ecce iam veniet dies quo procedat Dominus de utero Virginis. *In Laudate.* Sanctificamini, et estote parati in mane: iam enim ascendit Dominus in montem Syon. ℟ *in bapt.* Vere veniet Christus. ℣ Et in manu eius. *Ant.* Veni, Domine, et noli tardare. ℣ (1) Deus in adiutorium.

## IN VIGILIIS NATALIS DOMINI.

Ad vesperas. *Luc.* Paravi lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione: super ipsum autem florebit sanctificatio mea. ℣ Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis eius: super ipsum.

*Hymnus.* Intende qui regis Israel: super Cherubim qui sedes: appare Ephrem coram excita: potentiam tuam et veni.

1. DIE SABBATI: M. *In vigiliis Nativitatis D. N. I. C.* — 4. liberavit: liberabit. S. T. V. — 5. *in codd. lacuna fere unius lineae.* — 7. suum: *corr. ex* tuum. — 15. *In quinquagesimo:* S. In Confitemini; M. *in quinquages. vel Confitemini* — 16. et seq. M. *add. or. I:* Mentes nostras (v. *s. Fer. VI*). *Capit.* Venite exultemus. *or. II.* Deus qui hunc diem sacratissimum per incarnationem Verbi tui et partum Mariae Virg. consecrasti; da populis tuis in hac celebritate consortium: ut qui tua gratia sunt redempti, tua sint protectione securi. Per eund. *or. III.* Deus, qui humanae substantiae dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti; da nobis Ihesu Christi filii tui divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae dignatus est fieri particeps. Qui tecum. — 20. M. *inserit hoc loco rubricam quinque foll., quam editam vide in meo opere:* Beroldus, pp. 74-78, *collatis var. in notis add. ex eod. cod.* M.

(1) Psalm. 69.

Veni redemptor gentium: ostende partum Virginis: miretur omne saeculum: talis decet partus Deum.

Non ex virili semine: sed mystico spiramine: Verbum Dei factum est caro: fructusque ventris floruit.

⁝ Alvus tumescit Virginis: claustrum pudoris permanet: f. 87v
vexilla virtutum micant: versatur in templo Deus.

Procedens e thalamo suo: pudoris aula regia: geminae gigans substantiae: alacris occurat viam.

Egressus eius a Patre: regressus eius ad Patrem: excursus usque ad inferos: recursus ad sedem Dei.

Aequalis aeterno Patri: carnis tropheo cingere: infirma nostri corporis: virtute firmans perpeti.

Praesepe iam fulget tuum: lumenque nox spirat novum: quod nulla nox interpolet: fideque iugi luceat.

℟ *diac.* Praesepe iam fulget tuum, lumenque nox spirat novum: veni redemptor gentium, ostende partum Virginis. ℣ Non ex virili semine, sed divino spiramine: veni redemptor gentium.

*Psalmell:* Tui sunt caeli, et tua est terra, orbem terrarum, et plenitudinem eius tu fundasti. ℣ Misericordias tuas, Domine, in aeternum cantabo; in generatione et progenie pronuntiabo veritatem tuam in ore meo.

*Orat.* Adesto, Domine, supplicationibus nostris: ut populus tuus, qui te factore conditus teque est reparatus auctore, te etiam iugiter operante salvetur. Per.

*Psalmell.* II. Nascetur nobis parvulus, et vocabitur Deus: ipse sedebit super thronum David et imperavit. ℣ Magnus Dominus et laudabilis nimis in civitate Dei nostri: ipse sedebit.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui in Filii tui Domini nostri nativitate tribuisti totius religionis initium perfectionemque constare: da nobis, quaesumus, in eius portionem censeri, in quo totius salutis humanae summa consistit. Per.

2. Deum: *corr. ex* Deo. — 14. *M. add.* Gloria tibi Dne. — 15. *diac:* M. *2 ma.* Archidiac. — 18. M. *ante psalmell. add.: Minimus lector legit: lectio libri regum.* Adiecit Dominus loquere ad Achaz dicens. — 22. Adesto, etc.: M., *om. hac or., tres seq. eodem ordine, nempe I post psalm. I, II post II, III post III pouit: orat. ante Missam vacat: Item ante Psalmell. II add.:* « *Secundus lector. Lectio libri Iudicum:* Erat vir quidam de Serra ». — 26. Deus: Deus fortis. S. T. U. M. — 27. imperabit S. V. Z. M. — 29. Deus: *seq. ras.* — 29-30. in.... nostri: *corr. ex:* Filium tuum Dni nri.

88. *Psalmell.* III. Salvator noster descendit * de caelo per Mariae Virginis uterum; ab angelis conlaudatur: et vocatur admirabilis Deus. ℣ Regnum teneo virginitatis, et regem genui: et vocatur.

*Orat.* Deus, qui populo tuo plenae praestitisti redemptionis effectum; ut non solum Unigeniti tui nativitate corporea, sed etiam crucis eius et patibulo salvaretur, huius quaesumus fidei famulis tuis tribue firmitatem, et usque ad promissum gloriae tuae praemium, ipso quoque gubernante, perveniat. Per.

*Psalmell.* IIII. Obsecro, Domine Deus, ut, angelum, quem misisti, veniat iterum, et doceat nos quod operemur in puerum: qui nasciturus est nobis. ℣ Tollite portas principis vestri, et elevamini portae aeternales, ut introeat rex gloriae: qui nasciturus.

*Orat.* Exaudi nos, Domine, redemptor noster, beata tempora celebrantes, quibus tua caelestis aeternitas humanis infusa pectoribus assumpsit hominem liberandum. Per.

*(Ad Missam). Cant.* Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Ioseph.

*(Post Missam). Ant.* Veniet ex Syon qui eripiat et avertat impietatem ab Iacob. ℣ (1) Benedixisti Domine

*Orat.* Tribue nobis, quaesumus, omnipotens Deus, ut qui Unigenitum tuum manentem in tua gloria Deum in carne nostri corporis natum per sacrosanctam Mariam Virginem confitentur, nulla possint adversa schismaticorum opinione perverti. Per eundem.

1. M. *ante psalm. III add.:* « *Tertius lector. Lectio libri Genesis.* In diebus illis factus est. » — 2. vocatur: vocabitur. *V. Z.* — 4. genui: *corr. ex* genuit. — 6. corporea: *corr. ex* corpora. — 7. et: *om. M.* — salvaretur: *corr. ex* salventur. — 8. et: ut. Z. — 9. perveniat: *corr. ex* perveniant. — 10. M. *ante psalm. IV add.:* « *Quartus lector. Lectio libri Regum.* Tristis erat Anna ». — 11. quod: quid. S. U. Z. — 15. *Recte* M *om. orat., cum statim subseq. Missa.* — 17. (*Ad Missam*): suppl. in hac ed. — M. *add.* (*ante Cant.*). *Epistola ad Romanos.* Qui venturus est. (*post Cant.*). *Secundum Matthaeum.* Christi generatio sic erat. — 20 (*Post Missam*) suppl. in hac ed. — 21. Domine: M *cum* U. V. *add.:* usque ad Ostende nobis Dom. misericordiam tuam. — 22. qui: *al. ma. sup. lin.* — 24. Mariam Virginem: Virg. Mar. W. M.

(1) Psalm. 84.

*Ant.* Veni Redemptor gentium, ostende partum Virginis. ℣ (2) Ostende nobis Domine.

*Orat.* Deus, qui salutem generis humani in Verbi tui incarnatione fundasti, da populis tuis ⁝ misericordiam quam f. 8 v. deposcunt: ut sciant omnes nationes non esse aliud sanctum quam nomen Unigeniti tui sub caelo, quod debeant invocare. Qui tecum.

*In Magnif.* Hodie scietis, quia veniet Dominus, et mane videbitis gloriam Dei.

*Orat.* Deus, qui nos redemptionis nostrae annua expectatione laetificas; praesta, ut Unigenitum tuum, quem redemptorem laeti suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus. Per.

## [IN NATIVITATE DOMINI NOSTRI].

Ad matut. ℟ *post hymn.* Lux lucis Verbum Patris lucet in Virgine. Qui ante saecula cum Patre fecit omnia: ipse hodie nobis natus est. ℣ i. Venite exultemus in Domino, iubilemus Deo salutari nostro: ipse hodie. ℣ ii. Praeveniamus faciem eius in confessione, et in psalmis iubilemus illi: ipse. ℣ iii. Quoniam Deus magnus est Dominus....

*Ant. in psalm.* i. A summo caelo egressio Domini, et occursus eius usque ad summum eius. ℣ (1) Caeli enarrant. ii. Tunc dixi: ecce venio, in capite libri scriptum est de me. ℣ (2) Expectans expectavi. iii. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. ℣ (3) Quare fremuerunt. iiii. Notum fecit Dominus salutare suum. ℣ (4) Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia. v. *dupl.* Laetare nunc sterilis quae sitiebat, et exultet deserta. ℣ Et gaudete solitudines Iordanis, quia Dominus noster venit, et redemit nos. ℣ (5) Omnes gentes. vi. Descendit sicut pluvia

3-4. salutem.... incarnatione: ad salutem.... incarnationem. W. — 10. nos: *om.* W. — 14. [IN NATIV., etc.]: suppl. in hac ed. ex cod. M. — 20. Quoniam.... Dominus: *al. ma. sup. lin.:* Quoniam.... Dom., et rex magnus super omnes deos; ipse hodie etc. S. T. U. V. M. — M. add. rubr.: *Minimus lector indicat primam turmam; secundus secundam turmam; tertius tertiam turmam.*

(2) Reliq. psalm. 84.

(1) Psalm. 18, usq. ad v. *Testimonium* (v. infr. Noct. II).
(2) Psalm. 39. (3) Psalm. 2. (4) Psalm. 97. (5) Psalm. 46.

in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram. ℣ (6) Deus iudicium tuum. VII. Tu es via, tu es veritas, tu es vita mundi, Domine. ℣ (7) De nocte vigilat. *Ad lect.* ℟ In principio Deus, antequam terram faceret, priusquam abyssos constitueret, priusquam produceret fontes aquarum, ante quam montes collocarentur, ante omnes colles: generavit me Dominus. ℣ In principio virtutis tuae splendoribus sanctorum tuorum ex utero ante luciferum: generavit me Dominus. ℟ *cum fant.* Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, quia dum essem famula placui Altissimo: et per mea viscera genui Deum et hominem. ℣ Clausa parentis viscera caelestis intrat gratia; venter puellae baiulat
89. secreta quae non noverat: ⁑ et per mea.

Ant. in II turma. Ipse tamquam sponsus procedens e thalamo suo. ℣ (1) Testimonium Domini. II. Redemptionem misit Dominus populo suo. ℣ (2) Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, in consilio. III. Ego primogenitum ponam te altissimum super reges terrae. ℣ (3) Misericordias tuas Domine, (totum). IIII *dubl.* Spiritus Domini super me, propter quod unxit me evangelizare pauperibus. ℣ Misit me sanare contritos corde, praedicare adventum Domini, quoniam venit. ℣ (4) Unxit te Deus, Deus tuus. V. Ego sum Dominus, qui loquor iustitiam, annuntio veritatem. ℣ (5) Domine Dominus noster. VI. Annuntiaverunt caeli iustitias Domini, et viderunt omnes populi gloriam Dei. ℣ (6) Dominus regnavit, exultet. VII. Non est sanctus quomodo Dominus, et non est iustus quomodo Deus noster. ℣ (7) Confirmatum est. *Ad lect.* ℟ Beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium; et beata ubera, quae lactaverunt Christum Dominum: qui hodie pro salute mundi ex Virgine nasci dignatus est. ℣ Dedit illi Dominus sedem David patris sui; et regnavit in domo

6. quam: *om.* S. — 7-8. tuae.... tuorum: suae.... suorum. S. T. U. V. — 13. noverat: M add. rubr.: *Mellod. propr.* — 32. regnavit: regnabit. S.

(6) Psalm. 71, usque ad ℣ *Parcet pauperi* (v. infra Noct III). (7) Cant. Isaiae.

(1) Reliq. psalm. 18, ℣ 8, et seq. (2) Psalm. 110. (3) Psalm. 88. (4) Ex psalm. 44, ℣ 8 et seqq. (5) Psalm. 8. (6) Psalm. 96. (7) Cant. Annae.

Iacob in aeternum: qui hodie. ℟ *cum fant.* Contremuerunt omnia membra mea, dum nuntiaretur mihi partus; et ingrediente in me Spiritu Dei refloruit caro mêa: quia germinavi germen iustitiae, salvatorem mundi. ℣ Ecce enim ex hoc beatam me dicunt omnes generationes: quia germinavi.

ANT. IX III TURMA. Ex utero ante luciferum genui te. ℣ (1) Dixit Dominus Domino. II. Caeli et terra, mare et omnia quae in eis sunt, date gloriam Deo. ℣ (2) Salva me Deus, quoniam introierunt aquae usque ad animam meam. *Ant.* III *dubl.* Quis est iste qui venit ex Edom; rubor vestimentorum eius ex Bosor. ℣ Et sic speciosus in stola splendida; quare rubicunda sunt vestimenta sua. ℣ (3) Dominus fortis et potens. IIII. Veritas de terra orta est, et iustitia de caelo prospexit. ℣ (4) Benedixisti, Domine, terram tuam. V *dubla.* Hic est Salvator, quem prophetae dixerunt; et hic est Agnus quem dixit Esaias. ℣ Hoc annuntiavit Gabrihel Virgini, ipsum adoremus, * et ei serviamus. ℣ (5) Venite exultemus. f. 89' VI. Adorabunt eum omnes reges terrae; omnes gentes servient ei. ℣ (6) Parcet pauperi. VII. Operuit caelos maiestas Domini, et laude eius plena est terra. ℣ (7) Domine audivi. *Ad lect.* ℟ Virginitas regalem nobis hodie partum divina virtute operata est, qua sola puerpera aeternae puritatis gloria fulget: Agnum Dei Christum protulit protectorem. ℣ Vere gratia plena es, et gloriosa permanes; quia ex te nobis natus est Christus, per quem facta sunt omnia: Agnum Dei. ℟ IIII *clericor.* Tu rex gloriae, Christe; tu Patris sempiternus es Filius: tu ad liberandum hominem non orruisti Virginis uterum. ℣ Tibi omnes angeli, tibi et archangeli, tibi caeli et universae potestates hymnum canentes dicunt: tu ad liberandum.

3-4. germinavi: *ras. lit.* t *final.;* germinavit S. T. U. V. Z. — M. *add. rubr.:* « iustitiae *Melod. de Domine Deus, Secundae de lilia* Salvatorem ». — 5. dicunt: *corr. 2 ma. in* dicent: dicent. Z. — 9. M. *add.:* totum. — 11. splendida: candida. V. Z. M. — 12. sua: tua. S. T. U. V. Z. M. — 22. qua: quae. T. — 23. protulit: mundi protulit. S. T. U. V. — 24. nobis: nobis hodie. S. T. U. V. Z. M. — 27-28. tu.... uterum: *om.* S. — 30. S. 1 ma. in marg. add.: « *Ant. psall. ad Crucem.* Hodie in Bethleem puer natus est ».

(1) Psalm. 109. (2) Psalm. 68. (3) Ex psalm. 23, ℣ 8 et seqq. (4) Psalm. 84. (5) Psalm. 94. (6) Reliq. psalm. 71, ℣ 13 et seqq. (7) Cant Habacuc.

*Ant. in cant. mai.* Attende caelum et loquar: date magnitudinem Deo nostro; iustus et sanctus Dominus: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus. ℣ (1) Et audiat terra. *Ad Crucem.* Hodie nobis caelorum rex per Virginem natus advenit, ut hominem perditum ad regna caelestia revocaret: gaudet exercitus angelorum, quia salus aeterna humano generi advenit. Alleluia.

*Oratio secreta.* Praesta, misericors Deus: ut natus hodie Salvator mundi, sicut divinae nobis generationis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum.

*In Cantemus.* Hic Deus meus, et honorificabo eum; Deus Patris mei, et exaltabo eum; quia factus est nobis in salutem.

*Oratio secreta.* Insonuit, Domine, benedictio Trinitatis de camino ignis, psallentes de nativitate tua: et ideo petimus misericordiam tuam: ut sicut illos eripuisti de camino ignis ardentis, ita et nos eripias ab incendio peccatorum. Per.

*In Benedicite.* Angeli Domini et filii hominum hymnum dicite: Gloria in excelsis Deo, quia natus est hodie Christus
90. Dominus Deus noster. ⁑

*Orat.* Deus, cui caeli et terra non sufficiunt, Virginis viscera ingressus templum tibi habitationis dedicare dignatus es; oramus supplices pietatem tuam: ut huius sacramenti mysterio, populum tuum pervigili protectione custodias. Per.

*In Laudate.* Hodie in Bethleem puer natus est, et nomen eius sanctum et terribile. *Capit.* Cuius initium factum est super humerum eius; et vocabitur nomen eius magni consilii Angelus. ℟ *ad cornu altaris.* Ex utero ante luciferum genui te. ℣ Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis: genui te. *Psalm. directus.* Dominus regnavit. *Ant. in bapt.* (2) Iuravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis: visitavit nos benedictus Dominus. ℟ *cum infant.* Ecce annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus hodie Salvator mundi. All, ℣ Facta

14. ignis: ignis ardentis. V. W. — psallentes: psallent. T. — 16. Per: Qui cum Deo Patre vivit. M. — 18. hodie: nobis hodie. S. T. U. V. Z. M. — 23. Per: Qui. M. — 26. super: in. T: principatus super. U. V. Z. M. — 33. natus: natus est. S. T. U. V. Z. M.

(1) Cant. Deuteron. (2) Intellige psallendam *de eccl. in bapt.*

est multitudo angelorum laudantium Deum, et dicentium, Gloria in altissimis Deo, et in terra pax: quia natus.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut Unigeniti tui nativitatis diem puro corde et mentibus celebremus illesis. Qui tecum.

*Ant.* Ecce ipse est qui venturus est; cuius virga floruit de radice Iesse. ℣ (3) Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit.

*Orat.* Te deprecamur, omnipotens Deus: ut cuius nativitatem hodie celebramus in terris, ipsius misericordia conservemur in caelis. Qui tecum.

*De bapt. in aliud.* Per viscera misericordiae suae visitavit nos Dominus in domo David pueri sui. ℣ (4) Ad faciendam.

*Orat.* Respice nos, misericors Deus: et mentibus nostris clementer humanis, nato Christo, summae veritatis lumen ostende. Per eundem.

Ad missam. *Ingressa.* Lux fulgebit hodie super nos, quia natus est nobis Dominus, et vocabitur, admirabilis Deus, princeps pacis, pater futuri saeculi, cuius regni non erit finis. *Psalmell.* Tecum principium in die virtutis tuae, splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum * genui te. ℣ Dixit Dominus Domino meo; Sede a dextris meis, donec ponam f. 90
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. ℣ *in Alleluia.* Hodie in Bethleem puer natus est, et nomen eius sanctum et terribile. *Ant. ante Evang.* Gloria in excelsis Deo, et in

5. Qui tecum: Per eundem. M. — 6. ipse est: *suppl. al. ma. sup. lin.* — 8. M. add.: *Compl.* Dominus in caelo. — 13. M. add.: *Compl.* Sit splendor. — 14. nos: in nos. Z. M. — 15. nato: nascente. Z. M. — 17. Ad missam: S add. cant. seq.: « In nocte sancta. *Ingress.* Hodie nobis caelorum rex. *Lect. Esaiae proph.* Populus qui ambulabat. *Psalmell.* Salvator noster descendit. ℣ Regnum teneo. *Epistola ad Galatas.* Post quam venit plenitudo. ℣ *in All.* Puer natus est. *Evang. secundum Iohannem.* Erat lux vera. *Offert.* Hodierni diei. *Confract.* Per viscera. *Transit.* Gaudeamus omnes. Mane ad missam, etc. » in al. Manualib. nihil de hac missa. — 19. cuius: *supplet. al. ma. sup. lin.* — M add. *Lect. Esaiae Proph.* Primo tempore alleviata est. — 23. M *add.: Epist. ad Hebreos.* Multifarie multisque.

(3) ℣℣ 4 cant. Zachariae. (4) Reliq. cant. Zach.

terra pax. All. All. All. *Ant. post Evang.* Ecce annuntio vobis gaudium magnum, quod erit in universa terra: hodie natus est nobis Salvator mundi; in civitate David regnavit, et regni eius non erit finis. *Offertor.* Ecce apertum est templum tabernaculi testimonii, et Hyerusalem nova descendit de caelo, in qua est sedes Dei et Agni; et servi eius offerunt ei munera dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus, Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est. ℣ Et ecce sedet in medio eius super thronum maiestatis suae Agnus, et vox sonat ante eum dicens: vicit leo de tribu Iuda, radix David; et quatuor animalia requiem non habent dicentia sedenti super thronum: Sanctus, Sanctus. *Confractor.* Magnum et salutare mysterium Dei nostri: quae peperit et mater et virgo est; quem peperit homo et Deus est; ipse est creator omnium, filius Virginis, Dominus genitricis. *Transitor.* Gaude et laetare exultatio angelorum. Gaude Domini Virgo, prophetarum gaudium. Gaudeas benedicta, Dominus tecum est. Gaude, quae per Angelum gaudium mundi suscepisti. Gaude, quae genuisti factorem et Dominum. Gaudeas, quia digna es esse mater Christi. Mare Dominum vidit, et timuit; Undae obviam veniunt, ut adorarent eum: Hoc videns Petrus clamabat dicens: Miserere mei Deus.

Ad vesperas. *Lucern.* Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laetamini, caeli, simul cum eo, et adorent eum omnes angeli Dei. ℟ Hodie nobis Dominus advenit: venite, populi, collaudemus Filium Dei. ℣ Illuxit nobis lux veritatis parens in mundo Unigeniti: venite. *In Magnif.* Beata es quae credidisti.

*Orat.* Natum nobis, Domine, hodie Filium tuum annua festivitate celebrantes, praesta, quaesumus: ut cuius in terris gaudemus adventu, in sempiterna eius exultemus gloria. Qui tecum.

f. 91. *De eccl. in bapt.* Ioseph conturbatus est de utero * Virginis: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

1. M. *add.: Evang. secundum Lucam. Archidiac.* (canente). Exiit edictum a Caesare Augusto. — 3. regnavit: regnabit. S. T. V. Z. M. — 9. sedet: *corr. ex* sedes. — 19. quae: *om.* T. — 35. M. *add.: Compl.* Quoniam tu illuminas. *Aliud.* Benedictus es, Domine Deus.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut redemptionis nostrae ventura solemnitas et vitae nobis conferat praesentis auxilia, et remedia sempiterna procuret. Per Christum.

*Alia orat.* Concede nobis, omnipotens Deus: ut salutare tuum nova caelorum luce mirabili, quod ad salutem mundi hodierna festivitate processit, nostris semper innonovandis cordibus oriatur. Per.

## VII KAL. IAN. NATALE SANCTI STEPHANI LEVITAE MARTYRIS.

Ad vesperas. *Lucern.* Exortum est in tenebris. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Domine, sine causa tradiderunt morti animam meam, et miserunt super me lapides.

*Hymnus.* Stephani primi martyris: cantemus novum canticum: quod dulce sit psallentibus: opem ferat credentibus.

Psallamus hoc discipuli: laudem dicamus martyri: qui primus post Redemptorem: Christi secutus est crucem.

Hic enim per apostolum: probatus in laudem Dei: vexilla morte rapuit: ut praeferretur omnibus.

O praeferenda gloria: o beata victoria: ut meruisset Stephanus: ut sequeretur Dominum.

Ipse martyr egregius: amorem Christi praedicans: sancto repletus Spiritu: vultum gerens angelicum.

Ille levatis oculis: vidit Patrem cum Filio: monstrans in caelis vivere: quem plebs quaerebat perdere.

Iudaei magis saeviunt: saxis comprehensis manibus: currebant ut occiderent: sacratum Christi militem.

Ille paratus, vertice: gaudens suscepit lapides: rogans pro eis Dominum: gaudens tradidit spiritum.

℟ *in choro.* ‡ Coronam gloriae ponam super caput eius, f. 91'
dicit Dominus; et induam illum stola candida, quia servavit mandata mea: et propter nomen meum effusus est sanguis eius in terra. ℣ Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium sanctum meum confortavit eum: et propter.

2. ventura: hodierna. M. — 5. Consede, etc.: *in* M. *al. or.:* Te deprecamur omnipotens Deus (req. sup. ad Laud.). — 18. laudem: laude V. W. M. — 22. amorem: amore U. V. Z. M. — 27. sacratum Christi: Christi sacratum. M. — 29. M. *add.:* Gloria tibi, Domine. — 34. meum: eius. Z. M.

*Ant.* Coronavit te Dominus corona iustitiae, et dedit tibi nomen sanctum gloriae. ℣ (1) Dilexi quia audiet.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrum in sancti levitae Stephani sanguine dedicasti, tribue, quaesumus : ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus supplicavit. Per.

*Ant.* II. Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Deus, qui beato levitae Stephano lapidantibus poscere veniam tribuisti, quaesumus: ut bona pro malis reddere tuo possimus auxilio, quod primi martyris docemur exemplo. Per.

*In Magnif.* Coronam gloriae ponam super caput eius. ℣ Magnificat.

*Orat.* Ministrantium tibi, Deus, eruditor et rector, qui ecclesiae tuae primordia beati levitae Stephani ministerio, et precioso martyrii sanguine decorasti; da, quaesumus: ut in excessu nostro veniam consequentes, mereamur exemplis eius imbui et intercessionibus adiuvari. Per.

*Psall.* Stephanus est plenus gratia et virtute, faciens signa et prodigia magna in populo.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut ecclesia tua competenter post nativitatem Domini nostri Ihesu Christi sollemnitate beati Stephani gratuletur, quem primum cognovit confessum sui potentiam Salvatoris. Qui tecum.

f. 92. AD VIGILIAS. ℟ Lapidaverunt Stephanum * invocantem et dicentem: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. ℣ Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum; et qui loquuntur mala adversus animam

5. ut : ut ipse. M. — qui : qui tibi. M. — 6. supplicavit. Per : supplicavit Dominum V. M. — 9-10. poscere veniam : veniam poscere. T. U. V. M. — 22. *In* M. *hoc loco or.* Da nobis, *ut infra ad vigil.* — 25. confessum : *corr. ex* confessus. — 26. Stephanum : *corr. ex* Stephanus; Steph. sanctum. S. T. U. V. Z. M.

(1) Psalm. 114. (2) Psalm. 115.

meam; sed tu, Domine, fac mecum misericordiam: quia nesciunt. *Ant. dupla.* Levita de tribu sacra, minister altaris Dei. ℣ Qui suum sanguinem martyrio consecravit, et pervenit ad palmam victoriae. ℣ (1) Dilexi, quia audiet.

*Orat.* Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati protomartyris tui Stephani post nativitatem Domini nostri Ihesu Christi sollemnia recensentes, et meritis ipsius protegamur, et precibus adiuvemur. Per.

℟ Coronam gloriae ponam super. ℣ Manus enim mea. *Ant.* Calicem salutaris. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Da nobis, Domine, quaesumus, imitari quod colimus: ut discamus inimicos diligere; quia eius natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare. Per.

℟ Coronavit te Dominus corona. ℣ Certamen bonum. *Ant.* Coronavit te Dominus. ℣ (3) Beatus vir.

*Psallenda.* Benedices coronam. ℟ Beatus vir. ℣ In mandatis eius. *Psall.* Tu principatum tenes. *post Kyr. cum Gloria.* Ecce video caelos

Ad matut. ℟ *post hymn.* Beata et venerabilis Virgo, quae sine tactu pudoris mater inventa est Salvatoris: iacebat in praesepio et fulgebat in caelo. ℣ Caeli terraeque maris inferni creator, auctor perpetuus, Dominus immensae maiestatis: iacebat. *Ant.* I. Gloria et honore coronasti sanctum tuum, Domine. ℣ (1) Domine Dominus noster. II. Testimonia tua, Domine, credibilia facta sunt nimis. ℣ (2) Dominus regnavit, decorem. III. Qui coronat te in misericordia et miseratione. ℣ (3) Benedic, anima mea, Dominum, et omnia interiora. IIII. Posuisti in capite eius coronam, Do-

1. Domine: Domine, Domine: S. T. U. V. Z. M. — 3. consecravit: *corr. ex* consecrasti. — 5. Da, etc.: Praesta, etc. U. — *In* M. *hoc loco or.* Praesta, *ut supra ad vesp.* — 7. recensentes: *corr. ex.* recensemus' — 11. *In* M. *hoc loco orat.* Da quaes., *ut supra.* — Domine, quaesumus quaes. Dom. V. Z. W. M. — 12. inimicos: et inimicos. Z: omnes inimicos. W. — 23. *Ant.: in* M. *rubr.* « *Quartus lector indicat ant.* ». — 24. II: *in* M. *rubr.* « *Haec ant. non dicitur cum psalmo in festo, quia fit inde Psalmus directus: sed in octava dicitur in loco suo* ».

(1) Psalm. 114. (2) Psalm. 115. (3) Psalm. 111.

(1) Psalm. 8. (2) Psalm. 92 (rubr. cod. M. satis recens.). (3) Psalm. 102.

mine, de lapide pretioso. ℣ (4) Domine in virtute. V. Coronavit te. ℣ (5) Beatus vir qui timet. VI. Calicem salutaris. ℣ (6) Credidi propter. VII. Testis in caelo fidelis. ℣ (7) Misericordias tuas. ✠ *Ad lect.* ℟ Lapidaverunt Stephanum. ℣ Hoc opus eorum. ℟ II. Coronam gloriae ponam super. ℣ Manus enim mea.

92.'

*In Benedictus.* Ecce video caelos. *Ad Crucem.* Hodierni diei sollemnitas celebratur: virginalibus membris recipitur Deus: natus est ex ingenito Patre; ut caelestem germinet florem, transit maiestas per intacti corporis viam. Alleluia. *In Cantemus.* Hic Deus meus. *In Benedicite.* Domus Levi, benedicite Domino; qui timetis Dominum, benedicite Domino. *Orat. require retro:* Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati protomartyris Stephani. *In Laudate.* Levita de tribu sacra, minister altaris Dei. *Capit.* Qui suum sanguinem martyrio consecravit, et pervenit ad palmam victoriae.

*Psallenda.* Lapides torrentis illi dulces fuerunt: ipsum sequuntur omnes homines iusti. ℟ *in bapt.* Venite, et videte magnum mysterium Dei: Deus venit per Virginem, ut redimeret mundum. ℣ Hic est salvator, quem prophetae dixerunt, et hic est agnus quem dixit Esaias: Deus venit per Virginem. *De bapt. in aliud.* Hyerusalem, Hyerusalem, quae occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt.

MANE PSALLENTIUM. *Ant.* I. Benedices coronam anni benignitatis tuae, et campi tui replebuntur ubertate. ℣ (1) Te

8. recipitur: excipitur. Z: accipitur. M. — 18. ℟ *in bapt.*: ℟ *notarii.* M. — 22. M. add.: *Compl.* Dom. in caelo. — 23. M. add.: *Compl.* Sit splendor Dom. *In ecclesia maiori* (hyemali), AD MISSAM. *Ingressa.* Lux fulgebit hodie. *Sciendum est quia in feriis Natalis Domini non canitur in ecclesia hyemali: Gloria in excelsis ad missam maiorem, excepto in Natali Innocentum, aut cum Archiepiscopus canit ibi Missam. Lect. Esayae Proph.* In diebus illis dixit Esayas. *Allelluia* de Domine refugium. I *ad Timoth.* Omnium me servum feci. [*corrige cum* S: *Lect. Esayae Proph.* Gaudens gaudebo in Dom. *Psalmelt.* Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. ℣ Postula a me et dabo tibi gentes haereditatem tuam et possessionem. *Epist. ad Cor.* I. Omnium me fervum feci. ℣ *in All.* Domine Deus meus magnif.] *Evang. sec. Lucam.* Pastores loquebantur (1). — 24. PSALL.: *ad S. Stephanum.* M.

(1) Cf. BEROLDUS, ed. 1894, pag. 80 et 117.

(4) Psalm. 20. (5) Psalm. 111. (6) Psalm. 115. (7) Psalm. 88. (1) Psalm. 64.

decet hymnus, Deus. II. Desiderabiliora sunt Deus. III. Tu principatum tenes in choro sanctorum, similem angelis; et pro lapidantibus te Deum precaris; dux militiae caelestis, beate Stephane, apud Deum potens es: intercede pro nobis. IIII. Venite et videte tollerantiam Stephani primi martyris, quomodo lapidatus orabat pro inimicis suis, et vidit gloriam Dei, Ihesum tenentem coronam magni certaminis. V. Corona decoris in manu Dei. VI. *foris muros.* Splendida facta est facies eius dum loqueretur cum eo Deus: videntes seniores claritatem vultus eius pavescentes timuerunt valde. VII. Facta est multitudo angelorum laudantium Deum: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax. All. All. VIII. Stephanum protomartyrem Christi Domini nostri omnes gentes et populi laudemus, honoremus, ut mitiget ⁑ precibus suis pro f. 93. nobis iracundiam Dei. VIIII. Lapides torrentis. X. Hyerusalem, Hyerusalem. XI. Super te Hyerusalem orietur Dominus, et gloria eius in te videbitur. XII. Stephanus est plenus gratia. *Post Kyrie cum Gloria.* Ecce video caelos apertos et Filium hominis stantem a dextris Dei.

AD MISSAM. *Ingressa.* Video caelos apertos et Ihesum stantem a dextris virtutis Dei: Domine Ihesu, accipe spiritum meum, et ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. *Psalmell.* Stephanus plenus gratia Spiritus sancti faciebat mirabilia magna in populo. ℣ Positis autem genibus orabat dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. ℣ *in All.* Puer natus est nobis, et Filius datus est nobis, et vocabitur nomen eius, magni consilii Angelus. *Ant. post Evang.* Posuerunt, Domine, adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea; ego autem semper orabam. *Offertor.* Ecce apertum est templum. ℣ Et ecce sedet. *Confract.* Magnum et salutare. *Transit.* Magnum haereditatis mysterium: templum Dei factus est uterus nescientis virum; non est pollutus ex ea carnem assumens: omnes gentes venient dicentes, Gloria tibi, Domine.

8-9. facta est : *suppl. sup. lin.* — 10. pavescentes : *corr. ex* pascentes : tabescentes. M. — 23. M. add.: *Lect. Actuum apost.* Stephanus plenus. — 25-26. quia.... faciunt : *om.* S. V : quia oratio mea munda est. T. — M. *add. Epist. : Ad Timoth.* II. Omnis scriptura divinitus. — 28. M. *add. Evang.: Sec. Lucam.* Cum venisset Dom. Ihesus Capharnaum. — 33. factus : factum. S. T. U.

## VI. KAL. IAN. NATALE SCI IOHANNIS EVANG.

AD VESPERAS. *Lucern.* Exortum est in tenebris. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, All., et Deus erat Verbum, All.; hoc erat in principio apud Deum. Alleluia.

*Hymnus.* Amore Christi nobilis: et Filius tonitrui: archana Iohannes Dei: fatu revelavit sacro.

Captis solebat piscibus: patris senectam pascere: turbante dum natat salo: immobilis fide stetit.

Hamum profundo merserat: piscatus est Verbum Dei: iactavit undis retia: vitam levavit hominum.

Piscis bonus pia est fides: mundi supernatans salum: subnixa Christi pectore: sancto locuta Spiritu:

93'. * In principio erat Verbum: et Verbum erat apud Deum: et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum.

Omnia per ipsum facta sunt: sed laude ipse resonet: et laureatus Spiritu: scriptis coronetur suis.

Commune multis passio: cruorque delictum lavans: hoc morte praestat martyrum: quod fecit esse martyres.

Victus tamen ab impiis: calente olivo ducitur: tersisse mundi pulverem: stetisse victor aemuli.

Gloria tibi, Domine.

℟ *in choro.* Hic est discipulus, qui dignus fuit esse inter secreta Dei; ipse solus meruit divina inspiratione dicere, In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum: et Deus erat Verbum. ℣ Misit Deus Verbum suum; Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia: et Deus.

*Ant.* Hic est discipulus, qui dignus fuit esse inter secreta Dei. ℣ (1) Dilexi quia audiet.

*Orat.* Deus, qui per os beati Apostoli tui Iohannis evangelistae Verbi tui nobis archana reserasti; praesta, quaesu-

11. hominum: W. *1 ma.* omnium. — 13. sancto: *corr. ex* sancta. — 33. os: *corr. ex* hos. — beati: *om.* V. W.

(1) Psalm. 114.

mus: ut quod ille nostris auribus excellenter infudit, intellegentiae competentis eruditione capiamus. Per eundem.

*Ant.* Principium verborum tuorum veritas. ℣ (2) Vide humilitatem.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut excellentiam Verbi tui quam evangelista Iohannes asseruit, et convenienter intellegere valeamus, et veraciter profiteri. Per eundem.

*In Magnif.* Sic eum volo manere donec veniam.

*Orat.* Ecclesiam tuam, quaesumus, Domine, benignus illustra: ⁑ ut Apostoli tui Iohannis evangelistae illuminata f. 94.
doctrinis, ad dona perveniat, quae de tua sempiterna fidelibus retributione promisit. Per.

*Psall.* Non moriar, sed vivam, et enarrabo opera Domini.

*Orat.* Adsit Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, beatus evangelista Iohannes: ut cuius perpetuus doctor exstitit, semper esse non desinat suffragator. Per.

*Alia orat.* Beati evangelistae Iohannis, Domine, precibus adiuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per.

Ad vigilias. ℟ Ecce vir splendidus amictus est lumine habens in capite suo coronam iustitiae, et: cinctus est zonam castitatis. ℣ Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, sed: cinctus. *Ant. dubla.* Iste est Iohannes qui supra pectus Domini recubuit. ℣ Dilectus discipulus, cui revelata sunt secreta caelestia. *Psalm.* (1) Dilexi, quia audiet.

℟ ii. In conspectu potentium admirabilis factus es: facies principum mirabantur te; ideo accepisti claritatem et honorem a Domino. ℣ Certamen bonum certasti, cursum con-

9. veniam: venio. S. U. M. — 10. quaesumus, Domine: Domine V. Domine quaesumus. M. — 12. quae de tua sempiterna: sempiterna quae de tua. Z. — 18. *Al. or.* Beati, etc.: deest in M. — 22. zonam: zona. T. Ú. V. M. — 24. sed: et. T.

(2) Ex psalm. 118, ℣℣ 8. (1) Psalm. 114.

sumasti, reposita est tibi corona iustitiae: ideo accepisti. *Ant. dubla.* Dicit Dominus Simoni Petro, Tu vero me sequere. ℣ Sic eum volo manere donec venio. *Psalm.* (2) Credidi propter.

℟ III. Regnum Dei praeparatum est tibi, electe Dei: deprecare pro nobis Filium Dei. ℣ Regnum tuum, Domine, 4'. regnum omnium saeculorum, et domina-‡-tio tua in omni generatione et progenie: deprecare. *Ant. dubla.* Hic est discipulus, quem in cruce Dominus constitutus, ℣ Virginis filium subrogavit. *Psalm.* (3) Beatus vir qui timet.

*Psallenda.* In principio erat Verbum, et Verbum. ℟ Beatus vir qui timet Dominum. ℣ In mandatis eius. *Alia psall.* Dilectus discipulus. *Post Kyrie cum Gloria.* Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut Verbum caro factum, quod beatus Iohannes evangelista praedicavit, per hoc sui mysterium habitet semper in nobis. Per.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Ecce vir splendidus. ℣ Beatus vir qui non abiit. *Ant.* I. Principium verborum tuorum veritas. ℣ (1) Vide humilitatem. II. In Deo Verbum, et in Domino laudabo sermonem. ℣ (2) Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo. III. Vox tonitrui tui, Domine, in rota. ℣ (3) Voce mea ad Dominum clamavi: vox mea. IIII. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus. ℣ (4) Eructavit cor meum. V. Dominus dabit verbum evangelizantibus virtutes multas. ℣ (5) Exurgat Deus et dissipentur. VI. Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me. ℣ (6) Confitemini Domino: dicant nunc. *Ad lection.* ℟ In conspectu potentium. ℣ Certamen bonum certasti. ℟ Regnum Dei. ℣ Regnum tuum.

9 Virginis: Virgini. T. — 11. *In* M *psall.* I: Dilectus discipulus; *et post* ℟ *psall.* In principio. — 15. *Orat.: haec orat. in* M. *ponitur post* Benedicite. — 16. Iohannes evangelista: evang. Ioh. M. — 19. *Ant.: Quintus lector indicat ant. in psalm.* M. — 20. Verbum: laudabo Verbum. S. T. U. V. Z. M. (cf. *infra Ant. VI ad Psallentium*).

(2) Psalm. 115. (3) Psalm. 111.

(1) Ex psalm. 118, ℣℣ 8. (2) Psalm. 55. (3) Psalm. 76. (4) Psalm. 44. (5) Psalm. 67. (6) Psalm. 117.

*In Benedictus.* Quam speciosi pedes. *Ad crucem.* Magnificatum est cor Virginis, quando divinum mysterium angelo narrante cognovit: tunc spetiosum forma prae filiis hominum castis concepit visceribus, et benedicta in aeternum Deum nobis protulit et hominem. *In Cantemus.* Hic Deus meus. *In Benedicite.* Sic eum volo manere donec venio. *Orat. require retro:* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut Verbum caro. *In Laudate.* Hic est discipulus. *Capit.* Ipse solus meruit divina inspiratione dicere, In princi-*-pio f. 95. erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum. *Psall.* Bene evangelizavi iustitiam tuam, Domine, in ecclesia magna. *Alia psall.* Iste est Iohannes, qui supra pectus.

MANE PSALLENTIUM AD SCM. IOHANNEM. *Ant.* I. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. I. Speciosus forma prae filiis hominum; diffusa est gratia in labiis tuis. III. Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me. IIII. Principium verborum. V. Hic est discipulus, qui dignus fuit esse inter secreta Dei; ipse solus meruit divina inspiratione dicere: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. VI. In Deo laudabo Verbum. VII. Dilectus discipulus Domini, cui Matrem commendat, dicens: Apostole, ecce Mater tua; Maria, en Filius tuus. VIII. Bene evangelizavi iustitiam tuam, Domine. VIIII. Dominus dabit verbum evangelizantibus virtutes multas. X. Hic est discipulus, quem in cruce Dominus. XI. Dicit Dominus Symoni Petro. *Post Kyr. cum Gloria.* Quam speciosi pedes.

[AD MISSAM]. *Ingressa.* In excelso throno vidi sedere virum, quem adorant multitudo Angelorum psallentes in unum; et ecce cuius imperium non aestimabitur. *Psalmell.* Specio-

3. spetiosum: *corr. ex* spetiosus: *omnes codd., excepto* V, speciosus. — 12. S. T. *add.:* « ℟ *nol.* (*in bapt.*). Beatus vir qui timet Dominum. ℣ In mandatis eius. *De bapt. in al.* Iste, etc. » *ut in cod. nostro;* M. *vero, om.* ℟, *add.: Compl.* Dominus in caelo. *De bapt. in al.* Iste est. *Compl.* Sit splendor Domini. — 13. M. ante psallentium addit propria Missae: « *In ecclesia maiore: Ingressa:* Lux fulgebit hodie. *Epistola de eadem festivitate.* ℣ *in Alleluia.* Domine Deus meus magnificatus. » S. *add.* « *Evang. sec. Iohannem.* In principio erat Verbum ». — 24. commendat, dicens: commendans dixit. S. — 32. M. *add.: Lectio Epist. beati Iohannis Apostoli.* Quod fuit ab initio.

sus forma prae filiis hominum; diffusa est gratia in labiis tuis. ℣ Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣ *in All.* Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. *Post Evang.* In Deo sperabo, non timebo quid faciat mihi homo: in me sunt Deus vota quae reddam laudes tibi, quia liberasti animam meam de morte. *Offert.* Stetit Angelus super aram Dei habens thuribulum aureum, et datae sunt ei supplicationes multae, 95'. ut daret de orationibus sanctorum ad altare ⁑ Dei, quod est ante thronum; et ascendit fumus supplicationum de manu Angeli: in conspectu Dei. All. All. All. ℣ Vidi librum in dextera Dei sedentis super thronum, scriptum intus et foris, signatum signis septem; et audivi Angelum fortem praedicantem voce magna: Quis dignus est aperire librum et solvere signa eius? Nec quisquam poterat, neque in caelo, neque in terra, neque sub terra aperire librum, aut prospicere illum: et ego flebam multum, quod nemo dignus inventus esset aperire librum, aut prospicere illum. Dicit ad me unus de senioribus: Ne fleveris; ecce vicit leo de tribu Iuda radix David, aperire librum, et solvere signa eius: in conspectu. *Confract.* Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur; et non dixit Ihesus: Non moritur, sed: Sic eum volo manere, donec venio. *Transit.* Iste est Iohannes, qui supra pectus.

## V. KL. IAN. NATALE INNOCENTORUM.

AD VESPERAS. *Lucern.* Timete Dominum. ℣ Benedicam Dominum. *Ant. in choro.* Innocentes et recti adhaeserunt mihi, quoniam sustinui te, Domine. ℟ Mittens Herodes rex ad perdendum Puerum; et non invenerunt eum, quia nuntius Domini apparuit Ioseph dicens: Vade in Aegyptum. ℣ Ex Aegypto vocavi Filium meum; defuncti sunt enim qui quaerebant animam Pueri: et non invenerunt eum.

*Ant.* Innocentes et recti adhaeserunt mihi, quia sustinui te, Domine. ℣ (1) Ad te, Domine, levavi animam meam.

3. M. *add. Epist.: Ad Galatas.* Hoc est Verbum fidei quod praedicamus. — 4. M. *add.: Evang. sec. Iohannem.* Dicebat Dominus Ihesus Symoni Petro: sequere me. — 18. Dicit: Dixit. T. — 23. venio: veniam. T.

(1) Psalm. 24.

*Orat.* Deus, qui donis tuis Infantum quoque tui nescia sacramenti corda praecedis; tribue, quaesumus: ut quod nostrae conscientiae fiduciam non habemus, indulgentia ‡ f. 96. semper copiosa praeveniat. Per.

*Ant.* Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum. ℣ (2) Exaudi, Deus, vocem.

*Orat.* Annue, quaesumus, omnipotens Deus: ut, sicut eos, quorum natalitia recensemus, per tuam gratiam beneplacitos acta fecerunt innoxia; sic nos tuae pietati Salvatoris humilitas praestet acceptos. Per.

*In Magnificat.* Maria autem conservabat omnia verba haec conferens in corde suo.

*Orat.* Deus, cuius hodierna die praeconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt; omnia in nobis vitiorum mala mortifica: ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

*Psall.* Vox in Rama audita est fletus et ululatus. Rachel plorans filios suos noluit consolari, quia non sunt.

*Orat.* Laetetur, quaesumus, Domine, Ecclesia tua de tuorum celebritate Infantum; et misericordiae tuae iugiter experiatur effectum: quo et fragilitas humana subsistat, et divina supplicantibus redemptio non negetur. Per.

*Psall.* Nesciens Mater Virgo.

*Orat.* Tribue, quaesumus, omnipotens Deus: ut innocentium sinceritatem possimus imitari; quorum tibi dicatam veneramur infantiam. Per.

Ad matutinum. ℟ *post hymn.* Ab initio, Domine, tu es cum Patre, et in fine mundi assumpsisti carnem de Virgine, sine semine Maria Matre. ℣ Iusiurandum ‡ quod iuravit f. 97. ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis: de Vir-

2. quod: qui. T. — 4. semper: tua semper nos. M. — 9. tuae.... humilitas: tuae pietatis. U. — 12. haec: *corr. 2 ma. ex* et; S. *om.* — 24. M. *om. hac or., ponit:* « *orat.* Te deprecamur, omnipotens Deus, ut cuius nativitatem » cf. *supra in Laud. Nativ. Dom.*

(2) Psalm. 63.

gine. *Ant.* I. Testimonia tua, Domine, credibilia facta sunt nimis. ℣ (1) Dominus regnavit, decorem. II. Testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis. ℣ (2) Caeli enarrant. III. Innocentes et recti. ℣ (3) Ad te, Domine, levavi. IIII. Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine. ℣ (4) Iudica me, Domine, quoniam. V. Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum. ℣ (5) Exaudi Deus vocem meam. VI. Ex ore infantium et lactantium, Domine, perfecisti laudem. ℣ (6) Domine, Dominus noster quam. VII. Declaratio sermonum tuorum inluminat, Domine, et intellectum dat parvulis. ℣ (7) Mirabilia testimonia. VIII. Quam magna multitudo dulcedinis tuae; Te laudamus, Domine. ℣ (8) In te, Domine speravi. *Ad lect.* ℟ In circuitu tuo, Domine, splendor magnus est: ubi sunt lucidissimae mansiones, ubi requiescunt sanctorum animae. ℣ Dilatans exultationes universae terrae, mons Syon, latera aquilonis, civitas regis magni: ubi sunt. ℟ II. Caelum, Domine, fulget, et terra purpurata resplendet a sanguine sanctorum tuorum. ℣ Effuderunt sanguinem eorum, sicut aqua in circuitu Yerusalem, et non erat qui sepeliret: sanguinem.

*In Bened.* Gaudete sancti. *Ad crucem.* Vide, Domine, quoniam tribulor; venter meus turbatus est a fletu meo; cor meum conturbatum est in me; quia interfecit natos meos gladius: audite, obsecro, quia suspiro ego, et non est qui consoletur me. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Sub throno Dei omnes sancti clamant: Vindica sanguinem nostrum, qui effusus est. *In Laudate.* Filii Israel venient in monte sancto meo; et reddent mihi honorem et laudem. *Capit.* Mirabilis Deus in sanctis suis. *Psalm. directus.* Beati omnes qui timent. *Psall. in bapt.* Sub altare
7. Dei vidi animas interfectorum propter ✝ regnum Dei; et

1. *Ant.: Sextus lector indicat ant. in psalmos.* M. — 10. inluminat: *corr. ex* inlumina. — 11. VIII: In M. seq. rubr., quae desideratur in ceteris codd.: « *Haec antifona non dicitur in hoc festo cum psalmo, sed tantum in* Benedictus. *In octava vero dicitur cum psalmo in loco suo* ». — 21. M. habet: « *Ant. in Benedict. in festo:* Quam magna: *Alia in Octava.* Gaudete ». Haec rubrica est satis recens.

(1) Psalm. 92. (2) Psalm. 18. (3) Psalm. 24. (4) Psalm. 25. (5) Psalm. 63. (6) Psalm. 8. (7) Ex psalm. 118. usq. ad ℣ *Iustus es.* (8) Psalm. 30.

clamabant voce magna dicentes: Quousque, Domine, sanctus ac verax non iudicas, sed vindicas sanguinem nostrum? ℟ Ex Aegypto vocavi Filium meum: defuncti sunt enim, qui quaerebant animam pueri. ℣ Angelus Domini apparuit Ioseph dicens: Surge, tolle Puerum et matrem eius, et vade in terram Israel: defuncti. *De bapt. in aliud.* Sanguis sanctorum martyrum pro Christo effusus est in terra, ideo adepti sunt munera sempiterna.

[Ad missam]. *Ingressa.* Sub altare Dei audivi voces occisorum dicentium: Quare non defendis sanguinem nostrum? et acceperunt divinum responsum: Adhuc requiescite modicum tempus, donec compleatur numerus fratrum vestrorum. *Psalmell.* Vindica, Domine, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣ Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. ℣ *in All.* Iustorum animae. *Post Evang.* Accedit homo ad cor altum, et exaltabitur Deus: sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum; et firmatae sunt in ipsis linguae eorum. *Offert.* Splendet Aegypti campus de candidata turba infantum: pretiosa corpora pro Christo occisa iacebant ab Herode. *Confract.* Vox in Rama audita est fletus et ululatus. Rachel plorans filios suos, noluit consolari, quia non sunt. *Transit.* Sanguis sanctorum martyrum pro Christo.

## DIE XXVIIII MEN. DECEM. NAT. SCI IACOBI.

Ad Vesperas. *Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Iacob puer meus, quem elegi in Israel, electus meus in quo bene placuit anima mea. *Hymn.* Intende qui regis. ℟ Verbum misit in Iacob, et auditum est in Israel: ecce Dominus noster quem expectabamus advenit. ℣ Dicite pusillanimes; confortamini, et iam nolite timere: ecce Dominus. *Ant.* Iacob puer meus, quem elegi; electus meus in quo bene complacui. ℣ (1) Deus noster refugium.

6. M. *hoc loco ponit: or.* Tribue, *quam cod. n. habet ult. in Vesp. praec.* — 8. *In* M. *pro hac psall. al. or.:* « Praesta, quaes., om. Deus: ut et sci Martyres tui pro nobis interveniant, quorum clara prior est confessio quam loquela. Per. » — 9. [Ad missam] suppl. in hac ed. — 12. M. *add.:* « *Lectio Ieremiae prophetae.* Vox in Rama audita est. » — 16. M. add. Epist.: « *Ad Romanos.* Quicumque Spiritu Dei aguntur. » et Evang. « *Sec. Matheum.* Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens ». — 24. NAT. etc.: In ordinatione sci Iac. apli. M. — 26. in: ex S. U. V. Z. M. — 2º. ℟: ℟ *in ch. a subd.* M. — 30. confortamini: consolamini. M.

(1) Psalm. 45.

*Orat.* Deus, qui huius diei venerandam sanctamque lae-
97'. titiam beati Apostoli tui Iacobi festivitate ⁑ tribuisti: da Ecclesiae tuae, et amare quod credidit, et praedicare quod docuit. Per.

*Ant.* Elegit nos Dominus haereditatem suam, species Iacob quam dilexit. ℣ [2] Omnes gentes plaudite.

*Orat.* Praesta nobis, Domine, quaesumus, Apostoli tui Iacobi doctrinis et precibus adiuvari: ut quod praesentibus celebramus officiis, perpetuae salvationis gaudiis assequamur. Per.

*In Magnificat.* Fecit mihi magna Dominus.

*Orat.* Tribue, quaesumus, Domine, Ecclesiae tuae sub tantis gaudere principibus: ut intellectu capere valeat, quod devotione sectamur. Per.

*Psallenda.* Protegat te nomen Dei Iacob, mittat tibi auxilium de sancto.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut cuius doctrina populus tuus ad confessionem deitatis tuae est institutus, eius suffragantibus meritis, divinae serviat unitati. Per.

*Psallenda.* Gaudeamus, omnes fideles.

Ad matutinum. ℟ *post hymn.* Claruit magnitudo Dei, et virtus apparuit per Virginem; quoniam sic voluit nasci excelsus, humilis: ut in ipsa humilitate ostenderet maiestatem. ℣ Altissimi Filius Dei venit per Virginem; numquid non erat? sed nasci voluit: ut in ipsa. *Ant.* i. Laetetur Iacob, et exultet Israel. ℣ [1] Dixit insipiens. ii. Elegit nos Dominus. ℣ [2] Omnes gentes. iii. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. ℣ [3] Deus noster refugium. iiii. Tu es ipse rex meus et Deus meus, qui mandas salutem Iacob. ℣ [4] Deus auribus nostris. v. Haec est generatio quaerentium Dominum, quaerentium faciem Dei Iacob. ℣ [5] Domini est terra et plenitudo. vi. Protegat te

10. Fecit, etc.: *in* M., *loco hu.*, *ant.:* Beata es quae credidisti. — 11. Tribue: Praesta. T. U. V. Z. W. M. — 13. sectamur: sectatur. T. U. V. Z. W. M. — 16. Praesta: Tribue. T. U. V. Z. W. M. — 24. *Ant.:* « *Septimus lector indicat ant. in psalm* ». M. — 31. vi: M. add.: « haec ant. non dicitur cum psalmo in hoc festo, sed tantum in *Benedictus:* in octava vero dicitur cum psalmo in suo loco ».

(2) Psalm. 46. — (1) Psalm. 13. (2) Psalm. 46. (3) Psalm. 45. (4) Psalm. 43. (5) Psalm. 23.

⁝ nomen Dei. ℣ (6) Exaudiat te Dominus. VII. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. ℣ (7) Sumite psalmum. VIII. Impulsus versatus sum ut caderem, et Dominus suscepit me. ℣ (8) Confitemini Domino: dicat nunc domus Israel. *Ad lection.* ℟ I. Beata et venerabilis Virgo, quibus te laudibus praeferam, nescio: quem caeli non capiunt tuis gremiis continetur. ℣ Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui, qui est Christus Dominus: quem caeli. ℟ II. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui: qui est Christus Dominus. ℣ Et beata quae credidisti; perficientur in te, quae dicta sunt tibi a Domino: qui est Christus Dominus. f. 98

*In Benedictus.* Ecce ipse est. *Ad crucem.* Salvator mundi, intemerata sui conservans viscera templi inlesum vacuavit iter: pro Virgine testis partus adest, clausa ingrediens, et clausa relinquens. *In Cantemus.* Hic Deus meus et honorificabo. *In Benedicite.* Domus Iacob, benedicite Domino; qui timetis Dominum, benedicite Domino. *In Laudate.* Iacob puer meus. *Capit.* Posuisti in capite eius. *Psalm. direct.* Beatus vir qui timet. *Hymnus.* Intende. *Psall.* In saecula gaudebo. *Alia psall.* Posuit coronam capiti.

[AD MISSAM]. *Ingressa.* Puer natus est nobis, et Filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius; et vocabitur nomen eius, Magni consilii angelus. *Psalmell.* Viderunt omnes fines terrae salutare Dei nostri: iubilate Deo omnis terra. ℣ Notum fecit Dominus salutare suum; ante conspectum gentium revelavit iustitiam suam. ℣ *in All.* Posuisti in capite eius. *Post Evang.* Audi me, Iacob serve meus: ex Israel, quem elegi, effundam Spiritum meum in te, benedictionem super populum istum: et ego primus, et ego novissimus, et praeter me non est Deus. *Offert.* Desiderium animae eius. *Confract.* Tolle puerum et matrem

13. *In Benedictus:* M. *ponit duas ant.: I in festo:* Protegat te. *Al. in octava.* Ecce ipse, etc. — 21. gaudebo: T. *add.* « ℟ *in bapt.* Posuisti Dom. ℣ Vitam petiit a te. » M. *add. tantum: Compl.* Dominus in caelo. — capiti: M. *add. Compl.* Sit splendor Domini. — 24. M. add.: « *Lect. Esaye proph.* Consurge, consurge, induere ». — 27. M. add.: « *Ad Galatas.* Notum facio vobis ». — 28. M. *add. evang.:* « *Sec. Math.* Accessit ad Dominum Ihesum mater filiorum Zebedei ». — 29. ex: et. T. U. V.

(6) Psalm. 19. (7) Psalm. ipse 80. (8) Psalm. 117.

98.' eius, et vade in terram Israel: defuncti sunt enim ⁑ qui quaerebant animam pueri. *Confract.* Iacob puer meus (1). *Transit.* Magna est gloria eius.

Ad vesperas. *Lucern.* Quoniam tu inluminas. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laetamini caeli simul. ℟ Hodie nobis. ℣ Illuxit nobis. *In Magnif.* Beata es quae. *Psall.* Ioseph conturbatus est. *Alia psall.* Virgo hodie fidelis. *Item orat. require retro in Vigil. Nativ. Domini.* Adesto Domine supplicationibus nostris.

## FERIA VI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Beata et venerabilis. ℣ Caeli terraeque maris. *Ant. et psalm. require de prima turma de Nativ. Domini. Ad lect.* ℟ i. In principio Deus. ℣ In principio virtutis. ℟ ii. Congratulamini mihi. ℣ Clausa parentis. *In Benedictus.* Ecce ipse est qui venturus. *In Benedicite.* Angeli Domini et filii hominum.

*Orat.* Deus, qui Unigenitum tuum per uterum Virginis Mariae intactum in hunc mundum manifestare dignatus es: non desit famulis tuis pietatis tuae invictissima salus. Per.

*In Laudate.* Hodie in Bethleem. *Capit.* Cuius initium. *Psall.* Iuravit ad Abraham.

Ad missam. *Officium de Nativitate Domini.*

Ad vesperas. *Lucern.* Quoniam tu inluminas. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laetamini caeli. ℟ Hodie nobis. ℣ Inluxit nobis. *In Magnif.* Maria autem.

*Orat.* Deus, qui restaurationem conditionis humanae mi-

2. *Confract: Transit.* M. — 6. quae: M. *add. orat.* Deus qui restaurationem, *ut infra.* — 7. M., *om. al. psall., ponit orat.:* Deus, q. humanum genus principaliter, etc. *ut infra.* — 10. FERIA VI: Altera die. T; in M. vero legitur: « in natali sci eugenii confess. *Or.* Omnium bonorum auctor et conditor Deus, familiam t. propitius respice: et per b. pont. atque conf. tuum Eugenium ab omni adversitate tuere. Per. *Alia.* Populum tuum intende misericors Deus: et sancti sac. et conf. tui Eugenii solemnitatem celebrantes perpetua pietate custodi. Per. *Alia orat.* Laetetur populus tuus, q. o. Deus, de sancti pont. et conf. Eugenii sollemnitate: et eius intercessione aeternae beatitudinis consors efficiatur. Per. » — 17. M. *hoc loco non indicat hanc or.* — uterum Virg.: Virg. uter., M. — 21. M. *add,: Compl.* Dominus in caelo. — 26. M., *ceteris omissis, indicat tant.: psall.* Ioseph, etc.

(1) *Hoc Confr. fortasse legebatur loco praeced. in eccl. ubi erat Festum S. Iacobi.*

rabiliter operaris, tribue, quaesumus: ut simul perficiatur in nobis quod Verbi tui creavit dignatio, et quod eius hominis facti gloriosa nativitas reformavit. Per eundem.

*Psall.* Ioseph conturbatus est. *Alia psall.* Nesciens Mater Virgo virum. *Orat. require de Nativ. Domini.*

## FERIA VII.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Beata et venerabilis. ℣ Caeli terrae. *Ant. et psalm. req. in secunda turma. Ad lect.* ℟ Beata viscera. ℣ Dedit illi Dominus. ℟ Virginitas regalis. ℣ Vere gratia.

*In Benedict.* Ecce ipse est. *In Benedicite.* Angeli Domini.

*Orat.* Deus, qui humanum genus principaliter ⁑ saucia- f. 99.
tum Christi tui nativitate salvare dignatus es; praesta, quaesumus: ut non haereamus perditionis auctori, sed ad Redemptoris nostri consortia transferamur. Per eundem.

*In Laudate.* Hodie in Bethleem. *Cap.* Cuius initium. *Psall.* Per viscera misericordiae.

## PRID. KAL. IAN. TRANS. S. SILVESTRI PAPAE.

*Ad Vesp. vel ad Vigilias et ad Matut. officium de Confess.*

*Orat. ad Vesp.* Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati Silvestri confessoris atque pontificis veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem. Per.

*Alia orat.* Misericordiam tuam, Domine, nobis, quaesumus, interveniente beato confessore tuo Silvestro atque pon-

6. FERIA VII: ALTERA DIE. T.; M., *om. quae infra sub rubr.:* PRID. KAL etc., lin. 18 et seq., *haec ponit:* « IN NAT. SCI SILVESTRI. *Orat.* O. s. D., q. gentilium populorum iudeorumq. nequitiam ad Unigeniti tui fidem b. Silvestri monitis perducere es dignatus, tribue, q., ut omnes qui eiusd. conf. festivitatem magna devotione celebramus, aeternae vitae et gloriae facias esse consortes. Per. *Alia.* Deus, in cuius virtute b. Silvester perfidum devicit draconem; eius nunc te precibus petimus: ut ab illius draconis insidiis, caelesti gloriae tuae potentia liberamur. Per. *Alia.* Deus, q. ad agnitionem Unigeniti t. multitudinem gentium et iudeorum per b. Silvestrum perducere dignatus es; tribue, quaes.: ut omnes, qui hanc celebritatem magna cum devotione recolimus, aeternae vitae gaudia capiamus. Per. *Alia.* Concede nobis, o. D.: ut b. Silvestri conf. t. atq. pont. honoranda solemnitas tibi placitum tribuat famulatum. Per Chr. *Ad Matut.* ℟ *post hym.* Ab initio Domine. ℣ Iusiurandum quod.» *reliq. ut in cod. nostro*, lin. 8 et seq. — 14. M. *non indicat hoc loco hanc or.* — 17. M. *add.: Compl.* Sit splendor. — 21. confessoris: conf. tui. U. Z.

tifice, clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragiis. Per.

*Alia orat.* Omnipotens sempiterne Deus, cui cuncta famulantur elementa, intercedente pro nobis beato confessore tuo Silvestro, exaudi propitius orationem nostram; et tribue nobis misericordiam tuam: ut quaecumque praecipis ut agamus, ipse adiuva ut implere possimus. Per.

## DIE SABBATI POST NATIV. DOMINI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Priusquam fierent montes, aut firmaretur orbis terrae: tu es Deus; libera nos de annis in quibus vidimus mala; respice in servos tuos, et in opera manuum tuarum. ℣ Domine, refugium factus es nobis a generatione et progenie: tu es Deus.

*Ant. et psalm. et ℟ require de tertia turma de Nativ. Dom.*

## DOMINICA POST NATIV. DOMINI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Venite, procidamus, et adoremus Dominum: quia ipse est Deus noster, ℣ Venite, exultemus in Domino, iubilemus Deo salutari nostro, quia ipse
99'. est Deus noster. *Ant. in Cant.* Tu es via. ℣ (1) De nocte ✠ II. Non est sanctus. ℣ (2) Confirmatum est. III. Operuit caelos. ℣ (3) Domine audivi. *Ad lect.* ℟ Quando firmos ponebat montes sub caelo, cum Patre eram componens; gratulabar autem, orbe perfecto: ego sum cui Pater congaudebat cottidie. All. all. ℣ Ante secula fundavit me; priusquam montes fierent, ante omnes colles genuit me: ego sum. ℟ II. Placuit Deo castitas et immaculata virginitas; propterea in utero inventa est tanta pietas: de quo sumpsit carnem, et ostendit rem mirabilem, genuisse Virginem Deum et hominem. ℣ In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tamquam sponsus procedens e thalamo suo: de quo:

*In Benedictus.* In flore Mater, in partu Virgo: gaude et laetare Virgo, Mater Domini. *Ad Crucem.* Adveniens Dominus abstulit omnem caliginem noctis: et ubi non erat lumen, facta est claritas, et apparuit dies. *In Cantemus.* Beata progenies, unde Christus natus est; quam gloriosa

4-5. beato....Silvestro: beato Silv. conf. tuo. Z. — 14. *Ant. etc.:* om. M. — 25. ego sum: All. V. Z.

(1) Cant. Isai. (2) Cant. Annae. (3) Cant. Habac.

est Virgo, quae caeli regem genuit. *In Benedicite.* Dignus es, Domine, Deus noster, accipere gloriam et honorem.

*Orat.* Respice, Domine, quaesumus, populum supplicantem misericordiam tuam, ac dispone praesidiis: ut te in omnibus rectore gratuletur, quia non habet nisi in tua tantum pietate fiduciam. Per.

*In Laudate.* Laudabilis Virgo, quae meruisti portare in tuo utero Salvatorem mundi. *Capit.* Cantate Domino. *Psalm. directus.* Dominus regnavit. *Hymnus.* Splendor.

*De eccl. in bapt.* Nobiscum Deus, scitote gentes: scitote gentes, et admiramini. ℟ Misericordia tua, Domine, subsequatur me omnibus diebus vitae meae. ℣ Nam etsi ambulem in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es, Domine omnibus diebus.

*Orat.* Pateant aures misericordiae tuae, Domine, precibus ⁎ supplicantum: et ut petentibus desiderata concedas, fac f. 100
tibi eos, quaesumus, placita postulare. Per Christum.

*Ant.* Melior est, Domine. ℣ (1) Deus Deus meus ad te.

*De bapt. in aliud.* Suscepimus, Deus, misericordiam tuam: in medio plebis tuae, secundum nomen tuum.

[AD MISSAM]. *Ingressa.* In Patre manet aeternitas, quia non peribit de matre virginitas: invisibilis non dedignatus est carnem assumere: natus non reliquit imperium. *Psalmell.* Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, et inluxit nobis. ℣ Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in saeculum misericordia eius. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Laudate Dominum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius: laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stellae et lumen. *Offertor.* Visi

3. quaesumus: *om.* U. — 4. misericordiam tuam: M. *om.* — 11. ℟: ℟ *in bapt. a Notar.* M. — 14. omnibus diebus: diebus. U. M. — 17. quaesumus: *om.* T.; quae sunt. V. Z. — 18. M. *add.: orat.* Adesto, Dom., supplicationibus nostris: *ut sup.* fol. 54. — 20. M. *add.: orat.* Deus, qui Unigenitum tuum per Virginis uterum Mariae, etc. *ut sup.* p. 77. — 21. [AD MISSAM]: suppl. in hac ed. — 23. M. *add.:* « *Lect. Esaye proph.* Nobiscum Deus scitote. » — 24. Dominus: meus. M. — 26. M. *add. epist.:* « *Ad Rom.* Deus mittens Filium suum in similitudinem carnis. » — 27. M. *add. evang.:* « *Sec. Luc.* Regressus Dominus in virtute spiritus in Galileam: et fama exiit. »

(1) Psalm. 62.

sunt gressus tui, Domine, gressus Dei mei regis, qui est in sancto: praevenerunt principes coniuncti psallentibus. ℣ Montem Dei. montem uberem. Mons caseatus, mons uber: ut quid suspicamini montem, montem in quo beneplacuit Deo habitare in eo: praevenerunt. *Confract.* Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me evangelizare pauperibus: misit me praedicare captivis remissionem. *Transit.* Maria Virgo, semper laetare, quae tantam gratiam meruisti caeli et terrae creatorem de tuo utero generare.

AD VESPERAS. *Lucern.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Deus misereatur. ℟ Pacem tuam da nobis. ℣ Domine Deus noster. *Ant.* Facta est Iudea sanctificatio eius, Israel potestas eius. ℣ [1] In exitu Israel. *In Magnif.* Beatam me dicent generationes; quia ancillam humilem respexit Deus. *Psall. in bapt.* Deus autem rex noster operatus es ✠ salutem in medio terrae. *De bapt. in al.* Virgo Verbum concepit.

oo'.

## KAL. IAN. OCTAVA DOMINI ET CIRCUMCISIO DNI SECUNDUM CARNEM.

AD VESPERAS. *Lucern.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laetamini caeli simul. ℟ Domine, libera nos in manu tua, et adiuva non habentes auxilium: praeter te, Deus Israel. ℣ Quoniam non adoravimus Deum alienum: praeter te Deus Israel. *Ant.* Omnes dii gentium daemonia: Deus autem noster caelos fecit. ℣ [1] Cantate Domino canticum novum: cantate.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui tuae mensae participes a diabolico iubes abstinere convivio; da, quaesumus, plebi tuae: ut gustu mortiferae profanitatis abiecto, puris mentibus ad epulas aeternae salutis accedat. Per.

*Ant.* II. Confundantur omnes qui adorant idola, qui gloriantur in simulacris suis. ℣ [2] Dominus regnavit, exultet.

*Orat.* Deus, qui nobis nati Salvatoris diem celebrare con-

2. coniuncti: coniunctis. T. M. — 4. susp. montem: *corr. 1 ma. ex* montes; montes. U. V. — 5. habitare in eo: *om.* T. — 14. generationes: omnes generationes. V. — 19. ET CIRCUMCISIO, etc.: *om.* T. U. V. M. — 33. celebrare: *om.* M.

(1) Psalm. 113. (1) Psalm. 95. (2) Psalm. 96.

cedis octavum; fac nos, quaesumus, eius perpetua divinitate muniri, cuius sumus carnali commercio reparati. Qui tecum.

*In Magnif.* Domine, in civitate tua imagines ipsorum ad nihilum rediges.

*Orat.* Deus, qui salutis aeternae beatae Mariae virginitate fecunda humano generi premia praestitisti; tribue, quaesumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere. Qui tecum,

*Psall.* Tua est potentia, tuum regnum, Domine; tu es super omnes deos: libera nos in manu tua.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui in Unigenito tuo novam creaturam nos tibi esse fecisti, custodi opera misericordiae tuae, et ab omnibus nos maculis vetustatis emunda: ut, per auxilium gratiae tuae, in ⁑ illius inveniamur forma, f. 1 in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum.

*Alia psall.* Virgo hodie fidelis.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Adoremus Dominum Deum nostrum: in cuius manu sunt omnes fines terrae. ℣ Venite, exultemus in Domino; iubilemus Deo salutari nostro: in cuius. *Ant.* Omnes dii gentium demonia. ℣ (1) De nocte. II. Confundantur omnes. ℣ (2) Dominus regnavit, exultet. III. Domine, in civitate. ℣ (3) Quam bonus Deus. IIII. Simulacra gentium argentum et aurum, opera manum hominum. ℣ (4) Confirmatum est. V. Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. ℣ (5) Laudate nomen Domini VI. Non adorabis deum alienum: Ego enim sum Dominus Deus tuus. ℣ (6) Exultate Deo. *In cant.* VII. Quis Deus, praeter Dominum; aut quis Deus, praeter Deum nostrum. ℣ (7) Domine, audivi. *Ad lect.* ℟ I. Tua est potentia, tuum regnum, Domine; tu es super omnes Deus: da pacem, Domine, in diebus nostris. ℣ Confitebimur

1. fac nos, quaes. eius: fac quaes. nos eius. T.; fac nos eius quaesumus. M. — 16. M. *add.* « *orat. req.* » *absq. ulla indicatione;* T. *vero habet integram:* « *or.* Te deprecamur. o. Deus: ut cuius octavum (sic) hodie celebramus in terris, ipsius misericordia conservemur in caelis. Per. » — 31. Deus: deos. T. U. V. Z. M.

(1) Cant. Isai. (2) Psalm. 96. (3) Psalm. 72. (4) Cant. Annae. (5) Psalm. 134. (6) Psalm. 80. (7) Cant. Habac,

tibi, Deus, confitebimur tibi, et invocabimus nomen tuum: da pacem. ℟ II. Domine, miserere nobis. ℣ Qui regis Israel.

*Ant. in cant. mai.* Videte, videte, quoniam ego sum, et non est aliud deus praeter me. ℣ Ego occidam et videre faciam; percutiam, et ego sanabo *Cant.* Attende, caelum. *Ad crucem.* Venite, et videte in Bethleem regem procedentem; quem caeli non capiunt Virgo in utero habuit. Venite, populi, conlaudemus, qui natus est propter genus hominum Salvator. Gloria tibi. All. *In Cantemus.* Non est similis tibi in diis, Domine; et non est secundum opera tua. *In Benedicite.* Sciant gentes, quia nomen tibi, Domine. *In Laudate.* Tu solus Altissimus in omni terra Dominus. *Capit.* Cantate Domino canticum. *Psalm.* (1) *directus.* Dominus regnavit.

*De eccl. in bapt.* Si expandimus manus nostras ad Deum alienum, nonne Deus requiret ista? ipse enim novit occulta cordis. ℟ *canet debet cantor.* Canite in initio mensis tuba; in die insignis sollemnitatis vestrae. ℣ Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob: in die insignis. ℣ Sumite psalmum, et date tympanum, psalterium cum cythara: in die in-
101'. signis solemnitatis vestrae. *Ant.* ⁜ Ecce ipse est qui venturus. ℣ (2) Benedictus. *De bapt. in aliud.* Tua est potentia, tuum.

[Ad missam]. *Ingr.* In conspectu gentium nolite metuere: vos enim in corde vestro adorate, et timete Dominum; Angelus enim eius vobiscum est. *Psalmell.* Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu solus Altissimus: super omnem terram. ℣ Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui te oderunt, extollerunt caput: super. ℣ *in All.* Iubilate Deo omnis terra. *Post Evang.* Hic est Deus noster, vivens in saecula; et regni eius non aestimabitur; et potestas eius

4. aliud: alius. T. U. V. M. — videre: vivere. T. U. V. M. — 11. Domine: Dominus T. U. V. Z. M. — 12. Dominus: *corr. ex* Domino. — 16. ℟ etc.: *corr. cum* T. V. M.: « ℟ *quod canere debet magister cantorum* » idest scholarum. — 17. vestrae: M. *add.*: « *Iterum.* Cani te in initio, etc. » — 23. [Ad missam]: suppl. in hac ed. — 25. M. *add.*: « *Lect. Ierem. proph.* Haec dicit Dom. Propter peccata vestra. » — 28. extollerunt: extulerunt. T. U. V. Z. M. — M. *add. epist.*: « *Ad Philipp.* Gaudete in Dno semper eadem vobis scribere quidem mihi. » — 29. terra: terra, servite Dno in laetitia. T.; terra, psalmum dicite nomini eius. V. M. — M. *add. evang.*: « *Sec. Lucam.* Post quam consumati sunt dies octo ut circumcideretur puer. »

(1) Psalm. 92. (2) Cant. Zach.

in aeternum erit. *Offert.* Ubi sunt nunc dii eorum, in quibus confidebatis in eis; quorum adipe sacrificiorum edebatis, et bibebatis vinum libationum eorum? Surgant nunc et adiuvent vos, et fiant vobis protectores. *Confract.* Nunc dimittis, Domine, servum tuum secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. *Transit.* Puer crescebat, et confortabatur usque ad ostensionem suam Israel.

Ad vesperas. *Lucern.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laetamini caeli. ℟ Domine, libera nos. ℣ Quoniam non adoravimus. *Ant.* Omnes dii gentium. ℣ (1) Cantate Domino canticum. *Orat require retro:* Omnipotens sempiterne Deus, qui tuae. *Ant.* Confundantur. ℣ (2) Dominus regnavit, exultet. *Orat.* Deus, qui nobis nati. *Ant.* (3) Domine, in civitate. *Orat.* Deus, qui salutis aeternae. *Psall.* Tua est potentia. *Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui in Unigenito. *Psall. alia.* Virgo hodie.

## DIE VI IAN. EPHIPANIA DOMINI.

Ad vesperas. *Lucern.* Apud te, Domine, fons est vitae; in lumine tuo videbimus lumen: praetende misericordiam tuam scentibus te. ℣ Non veniat mihi pes superbiae, et manus peccatoris non moveat me:

*Hymnus.* Inluminans altissimus: micantium astrorum globos: pax, vita, lumen, veritas: Ihesu fave precantibus. ✠ f. 10

Seu mystico baptismate: fluenta Iordanis retro: conversa condam tertio: praesenti sacraris die:

Seu stella partum Virginis: caelo micans signaveris: et hoc adoratum die: praesepe Magos duxeris.

Vel hydriis plenis aqua: vini saporem infuderis: hausit minister conscius: quod ipse non impleverat.

Aquas colorari videns: inebriari flumina: mutata elementa stupent: transire in usus alteros.

Sic quinque millibus viris: dum quinque panes dividunt: edentium sub dentibus: in ore crescebat cibus.

Multiplicabatur magis: dispendio panis suo: quis haec videns mirabitur: iuges meatus fontium.

2. adipe: adipem. U. V. M. — 7. M. *add.* « *Aliud.* Venite et videte ». — 9. ℟: ℟ *subd.* M. — 12. *Ant.* Confundantur. ℣ Dominus regnavit: *om.* M. — 25. condam: quondam. U. V. Z. W. — 26. signaveris: signaverit. V. — 27. duxeris: duxerit. V. — 28. infuderis: infuderit. M.

(1) Psalm. 95. (2) Psalm. 96. (3) Ant. in Magnif.

Inter manus frangentium: panis rigatur profluus: intacta quae non frangerat: fragmenta subrepunt viri.

Gloria tibi Domini.

℟ *Archidiaconi.* Interrogabat Magos Erodes. Quod signum vidistis super natum regem? Stellam magnam fulgentem cognovimus, et venimus adorare eum. All. ℣ Magi venerunt ab Oriente Yerosolimam, dicentes, Ubi est, qui natus est rex Iudeorum? Stellam.

*Psalmellus.* Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus: et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum. ℣ Deus, iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis: et benedictum.

*Orat.* Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus, stella duce, revelasti; concede propitius: ut qui iam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur. Per eumdem.

f. 102'. *Psalmell.* II. O regem caeli, ⁑ cui talia famulantur obsequia; in stabulo ponitur, qui continet mundum: iacet in praesepio, et in nubibus tonat. ℣ Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Dei nostri: iacet.

*Orat.* Deus, inluminator omnium gentium, da populis tuis perpetua pace gaudere: et illud lumen splendidum infunde cordibus nostris, quod trium Magorum mentibus aspirasti. Per.

*Psalmell.* III. Omnes de Saba venient: aurum et thus

2. frangerat: fregerat. U. Z.; fregerant. V. W. M. — 8. M. *add.:* « *Minimus lector legit Lect. Esaye proph.* Tempore accepto exaudivi te. *Psalmell. Lector.* Benedictus, etc. » — 13. Ordo orationum in his Vigiliis vespertinis apud M. diversus, nempe: *post psalmell.* I « *or.* I. O. s. D., qui Verbi tui incarnationem praeclari testimonio syderis indicasti; quod videntes, Magi oblatis maiestatem tuam muneribus adoraverunt; concede, quaes.: ut semper in mentibus nostris tuae appareat stella iustitiae; et nostra in tua sit confessione thesaurus. Per. » *post psalmell.* II, *or.* II « Adesto, Dne, supplicationibus nostris: et populo tuo, quam tibi ex omnibus gentibus elegisti, veritatis tuae lumen ostende. Per. » *post psalmell.* III, *or.* III « Deus illuminator omnium, etc. » *ut in cod. nostro post psalmellus* II. — 14. iam te: te iam. M. — 16. perducamur: perducantur. Z. — M. *add.:* « *Secundus lector: Lectio Libri* Regum. Factum est cum levare vellet Dominus Elyam. *Psalmell. pueri.* ». — 24. aspirasti: aspersisti. T. V. Z. W. M. — M. *add.:* « *Tertius lector Lectio libri Numer.* Dixit Balaam. *Psalmell. pueri.*

deferentes, et laudem Domino annuntiantes. ℣ Omnes isti congregati sunt, de longe venient: aurum.

*Orat.* Deus, inluminatio et vita credentium, cuius munerum ineffabilis magnitudo hodiernae sollemnitatis testimonio celebratur; respice propitius ad devotionem nostram, et pacem tuam nostris concede temporibus. Per.

*Psalmell.* IV. Vidimus gloriam Dei, gloriam Unigeniti; quia Verbum caro factum est: et habitavit in nobis. ℣ Et nos omnes de plenitudine eius accepimus gratiam: et hab.

[AD MISSAM] *Cantus.* Super flumina Babilonis sedimus et flevimus, dum recordaremur tui Syon.

[POST MISSAM]. *Ant. in psalm.* Inluminatio mea et salus mea Dominus; quem timebo? ℣ (1) Dominus protector.

*Orat.* Annue nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut sicut scrutantibus Magis hodie *latenter* est cognitus Dominus Ihesus Christus, et adoratus a cunctis gentibus: ita et nostris sensibus manifestatus adveniat, et omni homini innotescat. Qui tecum.

*Ant.* II. Apud te, Domine, fons est vitae, et in lumine tuo videbimus lumen. ℣ (2) Domine in caelo misericordia tua.

*Orat.* Deus, qui hunc diem electionis gentium ⁑ pri- f. 10
mitiis consecrasti, et per luminis tui stellam manifestum te nobis ostendisti, tribue, quaesumus: ut nova caelorum mirabilis claritas in nostris semper cordibus oriatur. Per eundem.

*In Magnif.* Orietur stella ab Iacob, et exurget homo ex Israel: ℣ Magnificat anima.

1. Domino: Domini. M. — 3-4. munerum: *om.* Z. — ineffabilis: *corr. ex* ineffabile. — 6. M. *add.:* « *Quartus lector. Lectio libri Regum.* Dixerunt filii prophetarum ad Eliseum. *Psalmell. pueri.* » — 7. Unigeniti: Unigeniti a Patre. Z. — 10. [AD MISSAM]: suppl, in hac ed. — M. *add.:* « *Ad Cor.* I. Eramus et nos aliquando. *Cantus pueri.* Super, etc. *Sec. Math*, Venit Dom. Ihesus a Galilea ad Yordanem ad Iohannem ut baptizaretur ab eo ». — 12. [POST MISSAM]: suppl. in hac ed. — 14. nobis: *om.* Z. 15. *latenter: corr. 2 ma.:* patanter. M. — Dominus: Dom. noster. U. V. Z. W. M. — 21. *In* M. *al. or. hoc loco:* « Deus, qui hodierna die, etc. » ut supra. — 23-24. mirabilis: *om.* M. — in nostris semper: nostris semper innovandis. Z.

(1) Psalm. ipse. 26. (2) Ex psalm. 35.

*Orat.* Tribue, quaesumus, omnipotens Deus: ut sicut omnes nationes veniunt gaudentes adorare Christum regem Dominum natum; ita et haec praeclara lux habitet semper in nobis. Per eundem.

*Alia orat.* Inlumina, quaesumus, Domine, populum tuum: et splendore gratiae tuae cor eorum semper accende: ut Salvatoris mundi, stella famulante, manifestata nativitas, mentibus nostris reveletur semper et crescat. Per.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus; et benedictum nomen maiestatis eius: in aeternum et in saeculum saeculi. ℣ i. Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis: in aeternum. ℣ ii. Iudicare populum tuum in tua iustitia, et pauperes tuos in iudicio: in aeternum. ℣ iii. Adorabunt eum omnes reges terrae; omnes gentes servient ei: in aeternum.

[In i turma]. *Ant.* i. Quia lux est, Domine, praecepta tua. ℣ (1) De nocte vigilat. ii. Fluminis impetus laetificat civitatem Dei, et in medio eius Dominus non commovebitur. ℣ (2) Deus noster refugium. iii. Multa fecisti tu, Domine Deus, mirabilia solus. ℣ (3) Expectans expectavi. iiii. *dubl.* Laetare nunc sterilis. ℣ Et gaudete. ℣ (4) Omnes gentes. v. Ponam in mari manum eius; et in fluminibus dexteram eius. ℣ (5) Ipse invocabit me vi *dubla.* Spiritus sanctus venit in columba: vox Patris audita est. ℣ Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui. *Psalm.* (6) Dominus dixit ad me. vii. ✠ Vox Domini super aquas, Deus
f. 103'. maiestatis intonuit; Dominus super aquas multas. ℣ (7) Afferte Domino filii. *Ad lect.* ℟ Ecce Dominus faciens nova, quae nunc orietur: et cognoscetis quia fecit Dominus in

1. *In* M. *post Magnif. unica orat:* « Praesta. q. o. D. ut Salvatoris, etc. » *ut infra ad Laud.* — 3. haec praeclara lux: lux praeclara. V. — 5. quaesumus Dom.: Dom. quaes. W. — 6. gratiae tuae: tuae gratiae. V. — semper: *om.* M. — 7. famulante: duce. M. — 16. M. *add. rubr.:* « *Nonus lector indicat primam turmam. Decimus secundam turmam. Summus terminarius tertiam turmam.* » — 24. dexteram: dextera. S. U. — 29. ℟: ℟ *subd.* M. — 30. orietur: orientur. T. V.

(1) Cant. Isa. (2) Psalm. 45. (3) Psalm. 39. (4) Psalm. 46. (5) Ex psalm. 88. (6) Ex psalm. 2. (7) Psalm. 28.

deserto viam, et flumina: ubi non erat aqua. ℣ Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquae, et torrentes inundaverunt: ubi non erat. ℟ *cum fant.* Magi venerunt ab Oriente inquirentes faciem Domini; ut offerant ei munera sua; aurum, thus et myrram. ℣ Reges Tharsis et insulae munera offerunt, reges Arabum et Saba dona adducunt: aurum. *Medol. Dom. I et II.*

In ii turma. *Ant.* i. Inluminans, Domine, tu mirabiliter a montibus aeternis. ℣ (1) Notus Iudea *Ant. dubla.* ii. Magi stellam videntes dixerunt ad invicem, Hoc signum magni regis est. ℣ Venite, adoremus eum, et offeramus illi munera, aurum, thus et myrram. *Psalm.* (2) Reges Tharsis et insulae. iii. Ipse super maria fundavit eum, et super flumina praeparavit eum. (*Psalm.*) (3) Domini est terra. iiii. *dubla.* Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae, et timuerunt; turbatae sunt abyssi. ℣ A multitudine sonitus aquarum vocem dederunt nubes Altissimo. ℣ (4) Voce mea ad Dominum clamavi: vox mea. v. Notam fecisti in populis virtutem tuam, Domine. ℣ (5) Deus in sancto via. vi. Hodie in caelo stella magna apparuit, quam Magi adoraverunt; et obtulerunt Domino aurum, thus et myrram. ℣ (6) Magnus Dominus. vii. Non est sanctus. ℣ (7) Confirmatum est. *Ad lect.* ℟ Tria sunt numera pretiosa, quae obtulerunt Magi Domino Deo nostro; et habet in se divina mysteria: in auro vide regis potentiam, in thure sacerdotem magnum, considerans in mirra dominicam sepulturam. ℣ Reges Tharsis et insulae munera offerunt; reges Arabum et Saba dona adducunt: in thure. ℟ *cum fant.* Gaudebunt campi et omnia quae in eis sunt: ante faciem Domini, quoniam venit. Alleluia. ℣ Adorate Dominum omnes angeli eius; audivit et laetata est Syon: ante. *Tractus propr. All. medol. de Lilia.*

23. ℟ : ℟ *nol.* M. — 24. habet : habent. S. U. V. Z. M. — 26. considerans : considera. S. U. V. Z. M. — 27. offerunt : offerent. Z. — 28. adducunt : adducent. Z. = 31. *Tractus, etc.*: « *Mellodiae de solemnitate prime. Secunde vero de lilia.* » M.

(1) Psalm. 75. (2) Ex psalm. 71. (3) Psalm. 23. (4) Psalm. 76 usq.: *Deus in sancto.* (5) Reliq. psalm. 76. (6) Psalm. 47 usque: *Sicut audivimus,* v. infra Noct. III. (7) Cant. Annae.

In III turma. Annunciaverunt caeli iustitias Domini, et viderunt omnes populi gloriam Dei. ℣ [1] Dominus regnavit exultet. II *dubl.* Magi interrogaverunt, Ubi est qui natus est? stellam eius vidimus, et adorare venimus. ℣ Venite et videte positum in praesepio, et adorate eum hymnis spiritalibus. ℣ [2] Sicut audivimus. III. Notum fecit Dominus salutare suum. ℣ [3] Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia. IV. Caeli et terra, mare et omnia, quae in eis sunt, date gloriam Deo. ℣ [4] Salva me, Deus, quoniam introierunt. V. *dubl.* Venite, omnis creatura; adoremus Dominum, qui inluxit nobis: quem praedicaverunt prophetae a Moise usque ad Iohannem Baptistam. ℣ Hodie apparuit Christus, Deus de Deo, Lumen de Lumine. ℣ [5] Venite, exultemus. VI. Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei. ℣ [6] Deus iudicium tuum. VII. Splendor eius sicut lumen erit, cornua in manibus ipsius sunt. ℣ [7] Domine audivi. *Ad lect.* ℟ In praesepio iumentorum plaustra mirabantur in pannis: quem in excelsis subditi venerantur Angeli. ℣ Caeli enarrant gloriam Dei; et opera manuum eius annuntiant firmamentum: quem in excelsis. ℟ *clericor.* IIII. Pastores vigilantes super gregem suum viderunt mirabilia: choros Angelorum psallentes, Gloria in excelsis Deo, quia natus est nobis Salvator, et Redemptor mundi. ℣ Herodes, quid formidas? Rex regum est, quem
104'. times; fulgentem vidi stellam; lux lucis ‡ et rex regum vere quia natus est: choros.

*In cant. mai.* In excelsis omnis creatura, omnis spiritus de terra, date gloriam Deo, quia lux nobis inluxit. ℣ [1] Attende caelum. *Ad crucem.* Videntes stellam gavisi sunt gaudio magno magi; intrantes in domum invenerunt Puerum cum Maria matre eius; et aperientes thesauros suos

3. est: est rex. S. U. V. Z. M. — 15. Deus iud. tuum: M. *add. rubr.* «*usque* Reges Tharsis.» (cf. *psalm.* II, noct. II praeced.). — 18. subditi: *om:* Z. — 20. annuntiant: annuntiat. S. U.; annuntians. T. — ℟, etc.: ℟ *cum quatuor pueris.* M. — 24. regum: *om.* T. — est: *om.* M. — 25. times: queris vel times (sic) Z. — 27. *In cant. mai.:* in omnib. codd., paucis exceptis, haec ant. ponitur canenda «*eundo ante crucem*» (M); *ant. in cant. mai.* est: «Attende caelum et loquar» cf. *in Nativit. Dom.* ad Laud. — 28. terra: caelo.

(1) Psalm. 96. (2) Reliq. psalm. 47. (3) Psalm. 97. (4) Psalm. 68. (5) Psalm. 94. (6) Psalm. 71. (7) Cant. Habac. — (1) Cant. Deut.

optulerunt ei munera, aurum, thus et myrram. *Orat. require retro: secreta.* Deus inluminator omnium gentium. *In Cantemus.* Omnis prophetia impleta est hodie. Creatura exultat, Christus natus est; venite adoremus. *Orat. require retro: secr.* Inlumina, quaesumus, Domine, populum tuum. *In Benedicite.* Maria, flumina, et fontes, hymnum dicite Domino. *Item orat. req. retro, super populum (sic).* Deus inluminatio et vita credentium. *In Laudate.* Laudate Dominum, omnes Angeli eius; laudate eum, omnes virtutes eius, cui Magi ab Oriente munera offerunt. *Capit.* Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes. ℟ *ad cornu altaris.* Deus Dominus: et inluxit nobis. ℣ Constituite sollemnitatem in confrequentationibus usque ad cornu altaris : et inluxit nobis. *Psalm. direct.* Dominus regnavit. *Hymn.* Inluminans altissimus.

*De eccl. in bapt.* Oriens ex alto inluminare eos, qui in tenebris et in umbra mortis sedent. ℟ *cum fant.* Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae, et timuerunt; multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes. All. All. ℣ Inluxerunt fulgura tua orbi terrae, vidit et commota est terra : vocem dederunt nubes. All.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut Salvatoris mundi, stella duce, manifestata nativitas mentibus nostris reveletur semper et crescat. Per eundem.

*Ant.* Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. ℣ (1) Et fecit redemptionem.

*Al. orat. require retro.* Deus, qui hunc diem electionis.

*De bapt. in al.* Inluminare, inluminare, Yerusalem; venit enim lux tua, et maiestas ⁑ Domini in te exorta est. f. 1

*Alia orat.* Tribue, quaesumus, omnipotens Deus, ut sicut.

2. *retro, etc.:* in M. lacuna fere unius lineae. — 4. *Orat, etc.: om.* M. — 8. Deus, etc.: M. *ponit orat.:* « Deus, qui hunc diem electionis gentium, etc. » *ut supra,* ad Vesp. — 22. Praesta, etc.: *in* M. « Adesto, Dom. supplicationibus nostris ». (v. *in notis ad Vesp. Epiph.*). — 23. duce: famulante. V. — 26. redemptionem : M. *add. rubr.:* « *alternatibus choris antiphonam* ». — 27. Deus qui h. d. elect. : *in* M. « Illumina, quaes. Dom. pop., etc. » *ut sup. ad Vesp.* — 29. exorta est: M. *ponit reliq. cant. Zach., incip. a* « ℣ Ad dandam scientiam salutis » ; *sed corrige cum* V.: ℣ Ad faciendam misericordiam (cf. sup. *In Nativ. Dom., hoc loco*).

(1) Cant. Zach.

[Ad missam]. *Ingressa.* Civitas non eget sole neque luna, ut luceant ei; quoniam claritas Dei inluminat eam: et ambulabunt gentes in lumine eius, et reges terrae offerunt claritatem suam in ea. *Psalmell.* Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus in saecula. ℣ Suscipiant montes pacem populo tuo. ℣. ii. Humiliabit calumniatorem. ℣ *in Allel.* Magi venerunt ab Oriente Yerosolymam, dicentes: Ubi est, qui natus est rex Iudeorum. *Ant. ante Evang.* In Bethleem Iudae Salvator natus est: Herodes turbatus est; totus mundus gaudet; Iohannes testificans super flumen Iordanis: Qui post me venit, ante me factus est. *Post Evang.* Cum Ihesus natus esset in Bethleem Iudae, ecce Magi ab Oriente venerunt Yerosolymam dicentes: Ubi est, qui natus est, rex Iudeorum; vidimus enim stellam eius, et venimus adorare eum. *Offertor.* Orietur in diebus eius iustitia: et habundantia pacis donec extollatur luna. ℣ Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos terrae: et habundantia. *Confract.* Hoc fecit initium signorum Ihesus in Chana Galileae, et manifestavit gloriam suam discipulis suis. *Transit.* Hodie caelesti sponso iuncta est Ecclesia; quoniam in Iordane lavit eius crimina: currunt cum munere Magi ad regales nuptias; et ex aqua facto vino laetantur convivia: baptizat miles regem, servus dominum suum, Iohannes Salvatorem: aqua Iordanis stupuit, columba protestatur, paterna vox audita est: Filius meus hic est, in quo bene complacui; ipsum audite.

Ad vesperas. *Lucern.* Quoniam tu inluminas. ℣ Quoniam in te eripiar. *Ant. in choro.* Omnes patriarchae praeconati sunt te; et omnes prophetae annuntiaverunt te: pastoribus angeli ostenderunt te; caeli per stellam declarave-
105'. runt te: ‡ et omnes iusti cum gaudio susceperunt te. ℟ *cum*

4. M. *add.:* «*Lect. Esayae prophetae.* In diebus illis dixit Esayas. Surge, illuminare Hyerusalem». — 5. mirabilia: mirabilia magna. S. T. U. V. Z. — 7. calumniatorem: calumniatorem, et permanebit cum sole, et ante luna generationis generationum, et descendit sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram. U, M. — M. *add.:* «*Epist. ad Titum.* Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus». — 8. *Ant. ante Ev.: ant.... cum quatuor pueris.* M. — 10. testificans: testificat. V. — 11. M. *add.:* «*Evang. sec. Math. Archidiac.* Cum natus esset Dominus in Betlheem Iudae. *Hic post lectum Evangelium debet diaconus adnuntiare pascha.* Noverit charitas vestra, fratres charissimi, annuente Dei et Dni. nri Ihu Christi misericordia.... Pascha Dni celebremus (sic)».

*fant.* Ecce completa sunt omnia quae praedicta sunt Mariae virgini ab Angelo Domini; natus est puer, in praesepio positus, a pastoribus demonstratus, et in caelis a Patre clamatus: Hic est Filius meus in quo bene complacui. ℣ Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius, praedicans praeceptum Domini. Dominus dixit ad me: Hic est. *Ant.* Apparuit gratia Salvatoris nostri, et vidimus gloriam Dei. ℣ (1) Benedixisti Domine. *Item orat. require retro. In Magnif.* Ecce completa sunt quae dicta sunt ab Angelo Virgini Mariae.

*De eccl. in baptist.* Apparuit in mundo, cuius principium nescitur in caelo: de Virgine nasci dignatus est, qui omnia creavit. ℟ Vidimus stellam eius in Oriente, cuius splendor inluminat mundum: et nos cum muneribus venimus adorare eum. ℣ Magi venerunt ab Oriente Yerosolimam, dicentes, Ubi est qui natus est rex Iudeorum: et nos. *Ant.* Benedictus. ℣ (2). Et fecit redemptionem.

*De bapt. in aliud.* Videntes stellam magi gavisi sunt gaudio magno: et intrantes domum optulerunt Domino aurum, thus, et myrram.

## SABBATO POST EPIPHANIAM.

Ad matutinum. ℟ *post hymn.* A generatione et progenie: Domine, refugium factus es nobis. ℣ Priusquam montes fierent, aut firmaretur orbis terrae a saeculo et in saeculum: Domine.

## DOMINICA I POST EPIPHANIAM.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Dominator Domine. ℣ Domine, exaudi orationem. *Ant.* De nocte spiritus meus. II. Confirmatum est. III. Auditum tuum. *Ad lect.* ℟ Dum tempus habemus operemur bonum: ut et bonum facientes non deficiamus. ℣ Si esurierit inimicus tuus ciba illum, et si

7. In marg., ut in M., rubr. «*Medol. I et II de Praeveniamus.*» — 9. *orat., etc.: Or.* Deus, q. hunc diem electionis. M. — 10. M. *add.:* «*or.* Tribue, quaes. o. Deus.» — 13. ℟: ℟ *not.* M. — 16. M. *add.:* «*Orat.* Illumina, quaes. Dom. populum tuum». — 17. M. *add.:* «*Orat.* Deus illuminator omnium gentium». — 20. M. *add.:* «*Orat.* Adesto, Dom., supplicationibus nostris». — 29. Confirmatum est: Confirmatum est, qui gloriatur. M.

(1) Psalm. 84. (2) Cant. Zach.

106. sitierit potum da illi : ut et bonum. ℟ II. Nihil intulimus ✠ in mundum, veruntamen effere quid possumus ? thesaurizate vobis fructum bonum in vitam aeternam. ℣ Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis : thesaurizate.

*In Benedictus.* Deus Israel libera nos. *Ad crucem.* Apparuit gratia Salvatoris nostri , et vidimus gloriam eius : et de plenitudine eius accepimus gratiam. All. *In Cantemus.* Cantemus Domino gloriose. *In Benedicite.* Opera Domini Domino. *Orat. require in domin. cotidianis.* Deus lux. *In Laudate.* Laudemus Patrem de caelis. *Capit.* Cantate Domino canticum. *Psalm. directus.* Dominus regnavit. *Hymnus.* Splendor.

*De eccl. in bapt.* Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis ; et dona fortitudinem plebi tuae. ℟ Tabescere me fecit zelus domus tuae, Domine: quia obliti sunt verba tua inimici mei. ℣ Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud : quia. *Ant.* Domine Deus meus. ℣ (1) Benedic anima. *De bapt. in aliud.* Reges terrae convenerunt in unum; ipsi videntes ita admirati sunt: Sicut audivimus, ita et vidimus. All. All.

[Ad missam]. *Ingressa.* Dum medium silentium tenerent omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, de caelis a regalibus sedibus venit. *Psalmell.* Benedicite , gentes , Deum nostrum , et obaudite voci laudis eius : qui posuit animam meam ad vitam. ℣ Iubilate Deo, omnis terra ; psallite autem nomini eius : qui posuit. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Ant. post Evang.* Domine Deus noster, pacem da nobis. *Offert.* Domine, convertere. ℣ Miserere mihi, Domine. *Confract.* Dominus Ihesus, dum esset annorum duodecim, proficiebat sapientia, aetate et gratia apud Deum et homines. *Transit.* Magnificamus te, Dei Genitrix, quia ex te natus est Christus salvans omnes qui te glorificant : sancta domina Dei
106'. Genitrix, sanctificationes ✠ tuas transmitte nobis.

2. efferre : auferre. T. *2 ma.*, U. V. Z. M. — 7. gloriose : glor. quia factus est. M. — 22. medium : *corr. ex* medio. — 23. M. *add.* : « *Lect. Esaye prophetae.* Spiritus Domini super me, eo quod unxit me ». — 26. M. *add. epist.* : « *ad Romanos.* Renovamini spiritu mentis vestrae » et *evang.* « *sec. Lucam.* Cum factus esset Dom. Iesus annorum duodecim ».

(1) Psalm. 103.

AD VESPERAS. *Lucern.* Quoniam tu inluminas. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laudans invocabo Dominum. ℟ Domine Deus miserator. ℣ Quoniam magnus es tu. *In Magnificat.* Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem : Dei Genitrix, intercede pro nobis.

*De eccl. in bapt.* Splendor tuus inluminavit nos, quia venisti, Domine, in salute populi tui. ℟ Custodite vos a murmuratione et detractione; parcite lignae : quia os quod mentitur occidit animam. ℣ Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum : quia os. *Ant.* Ad te de luce vigilo, Deus, ut videam virtutem tuam. ℣ (1) Sitivit in te. *De bapt. in aliud.* Oportet solem praevenire ad benedictionem tuam, et ab oriente lucis adorare te ibi.

## DOMINICA II POST EPIPHANIAM.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Oremus Dominum. ℣ A solis ortu. *Ant.* I. Spiritus meus ad te. II. Confirma Deus cor nostrum in timore. III. Auditionem tuam. *Ad lect.* ℟ Quod est in corde hominis oculi tui vident, Domine, et in libro tuo omnia scribuntur : homo videt in facie, Deus autem in corde. ℣ Maledictus homo, qui in corde suo fabricat malum, et de labiis suis loquitur benigne : homo. ℟ II. Verbum iniquum et dolosum longe fac a me, Domine; divitias et paupertates ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessarium. ℣ Nec dum satiatus fuero divitiis, aut paupertate, compulsus dicam, Quis es, Domine : sed tantum.

*In Benedictus.* Memorare, Domine, testamenti. *Ad crucem.* In voluntate tua. *In Cantemus.* Equum et ascensorem. *In Benedicite.* Tres in camino ignis. *In Laudate.* De caelis Dominum. *De eccl. in bapt.* Magnus Dominus et laudabilis. *De bapt. in aliud.* Regnum tuum, Domine, regnum.

[AD MISSAM]. *Ingressa.* Exaudi, Domine, vocem meam. *Psalmel.* Si ambulem in medio. ℣ Virga tua. ℣ *in Allel.* Venite exultemus. *Post Evang.* Nos populus tuus. *Offert.*

7. illuminavit : illuminabit. T. U. V. Z. M. — 8. salute : salutem. U. V. M. — 14. tuam : *om.* Z. — 25. Nec : Ne. U. V. Z. M. — 32. M. *add.*: « *Lect. libri Numeri.* Convenerunt filii Israel ad Moysen ». — 33. M. *add. Epist.*: « *ad Rom.* Scimus quod omnis creatura ingemiscit ». — 34. Venite, etc.: « Praeveniamus. *Sec. Iohan.* Nuptiae factae sunt in Chana Galileae ». M.

(1) Psalm. 62.

107. Ego autem diyi. *Confract.* Voce mea. ⁑ *Transit.* Mysterium magnum factum est in Babilonia, ut caminus extingueretur, tribus pueris exultantibus, dicentibus: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Ad vesperum. ℟ Ostende in me, Domine. ℣ Quoniam te laudat omnis. *In Magnif.* Humilitatem meam. *Psall. in bapt.* Salva nos, Domine Deus noster. *De bapt. in aliud.* Nec observavimus.

## DOMINICA III POST EPIPHANIAM.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Dominator Domine. ℣ Domine, exaudi. *Ant.* i. Iustitiam discite. ii. Laetor ego. iii. Consideravi, Domine. *Ad lect.* ℟ i. Vis non timere potestatem: bonum fac, et habebis ex eo laudem. ℣ Tu vero permane in his quae didicisti, et credita sunt tibi: bonum. ℟ ii. Sum in tribulatione positus; ne derelinquas me, Deus: ut omnes, qui in te credunt, exaltentur in te, Domine. ℣ Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas: ut omnes.

*In Benedictus.* Sine timore. *Ad cruc.* Repleatur os meum. *In Cant.* Gelavit mare. *In Benedicite.* Tres ex uno ore. *In Laudate.* Laudate Dominum. *Psall. in bapt.* Domine Deus salutis. *De bapt. in al.* Si memor fui tui, Deus.

[Ad missam]. *Ingr.* Respice in me. *Psalmel.* Oculi mei. ℣ Respice in me. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Obsecramus, Domine. *Offert.* Dominus regnavit. *Confr.* Inlumina faciem. *Transit.* Laetamini iusti, caeli exultate, iocundate montes, Christo genito: Virgo sedebat, Cherubim imitans, in gremio portat Dei Verbum incarnatum; pastores stellam mirantur, magi Domino munera offerunt: Angeli Salvatorem adorantes clamant: Incomprehensibilis, Domine, gloria tibi.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Ego ad Dominum clamavi. ℟ Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur; hic venit ad Ihesum dicens, Domine, veni, salva filium meum:

3. exultantibus: expectantibus. U. — 13. eo: ea. V. M. — 21. Dominum: Dom. caeli caelorum. M. — 23. M. *add.:* « *Lect. Ezech. proph.* Haec dicit Dom. Deus. Ecce ego assumam filios Israel ». — 24. ℣ *in All.* Praev.: M. *habet:* « *ad Rom.* Si vivimus spiritu, spiritu et ambulemus. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Sec. Iohannem.* Venit Dom. Ihesus iterum in Chana Galileae ». — 25. Dominus regnavit: Exaudi Dom. iustitiam. M. — 28. portat: portans. S. U. V. Z. M. — 34. Salva, etc.: filium meum sana. Z.

cui Ihesus dixit, Vade, filius tuus vivit: et salvus factus est ex illa hora. ℣ Occurerunt ei pueri eius dicentes, Quia ✝ heri f. 10 hora septima reliquit eum febris : et salvus. *In Magnif.* Magnificemus, honoremus. *De eccl. in bapt.* Hoc secundum signum fecit Ihesus in Chana Galileae : credidit regulus, et domus eius tota. *De bapt. in al.* Exurge Domine.

## DOMINICA IIII.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Oremus Dominum. ℣ A solis ortu. *Ant.* I. Tollatur impius. II. Non exeat verbum magnum. III. Consideravi opera. *Ad lect.* ℟ I. Media nocte ℣ Portio mea. ℟ II. In toto corde meo. ℣ In corde meo. *In Benedictus.* Deus Israel. *Ad crucem.* Bonum est confidere in Domino. *In Cantemus.* Filii Israel transierunt. *In Benedicite.* Tres in camino ignis. *In Laudate.* Ipse dixit. *Psall. in bapt.* Exaudi, nos Deus. *De bapt. in aliud.* Peccavimus tibi.

[Ad missam]. *Ingr.* Pereant omnes. *Psalmell.* Iacta cogitatum. ℣ Dum clamarem. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post Evang.* Quiescat ira tua. *Offert.* Deus enim firmavit. *Confr.* Introibo ad altare. *Transit.* Te laudamus, Domine, omnipotens, qui sedes super Cherubim et Seraphim: quem benedicunt Angeli, Archangeli; et laudant prophetae et apostoli : te laudamus, Domine, orando, qui venisti peccata solvendo : te deprecamur magnum redemptorem, quem Pater misit ovium pastorem : tu es Christus Dominus salvator, qui de Maria Virgine es natus : hunc sacrosanctum calicem sumentes ab omni culpa libera nos semper.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Laudans invocabo. ℟ Domine Deus miserator. ℣ Quoniam magnus. *In Magnif.* Magnificemus Christum regem. *De eccl. in bapt.* Tibi, Domine, derelictus. *De bapt. in aliud.* Peccata mea, Domine.

2. eius : *om.* U. — 10. ℟ I etc., : *In* M. *al. ordo.* « ℟ *inter lect.* Nocte cum corde meo. ℣ Cogitavi dies. ℟ II. Meditatus sum nocte. ℣ Cogitavi dies. *In Ben.* Memorare Dom. *Ant. ad Cruc.* Dicent inter gentes. *In Cant.* Decidat super eos. *In Ben.* Filii hominum benedicite. *In Laud.* Caeli caelorum laudate fil. ». — 17. M. *add.;* « *Lect. Ieremiae proph.* Haec dicit Dom. Deus. Ecce dies venient. — 18. M. *add. epist.:* « *ad Colossen.* Gratias agimus Deo Patri » et *evang.* « *Sec. Iohannem* Sicenim dilexit Deus mundum ». — 22. Archangeli : et Archangeli. U.

## DOMINICA V.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Dominator Domine. ℣ Domine exaudi. *Ant.* i. Pacem tuam. ii. Arcum potentium.
108. iii. In tribulatione. *Ad lect.* ℟ ⁑ Nocte cum corde. ℣ Cogitavi dies. ℟ Domine clamavi. ℣ Exaltabo te, Domine. *In Benedictus.* Visitavit et fecit. *Ad crucem.* Dicent inter gentes. *In Cantemus.* Deus qui conteris. *In Benedicite.* Tribus pueris. *In Laudate.* Caeli caelorum, sol. *Psall. in bapt.* Magnus Dominus. *De bapt. in aliud.* Solliciti estote.

[Ad missam]. *Ingressa.* Manus tuae Domine. *Psalmel.* Convertere, Domine. ℣ Domine, refugium. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Domine, Domine, Deus omnium. *Offert.* Si oblitus fuero. *Confract.* Vovete et. *Transit.* Convertimini, filii hominum, dum habetis tempus, dicit Dominus ; et ego scribam nomina vestra in libro Patris vestri, qui in caelis est.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Deus misereatur nobis. ℟ Veniant mihi. ℣ Manus tuae. *In Magnif.* Sicut locutus est. *Psall. in bapt.* Populum humilem. *De bapt. in al.* Fratres, sit nobis.

## DIE XX MENSIS IANUARII
## SANCTORUM SEBASTIANI ET SOLUTORIS.

Ad vesperas. *Luc.* Timete Dominum. ℣ Benedicam. *Ant. in choro.* Iusti epulentur. *Hymn.* Aeterna Christi munera. ℟ Veruntamen. ℣ Eripe me. *Ant.* In conspectu sanctorum. ℣ (1) Confitebor tibi, Domine, quia exaudisti.

*Orat.* Multiplica, quaesumus, Domine, benedictionem tuam super populum tuum; et quos in sancti martyris tui Seba-

1. M. *add. rubr.:* « *Haec Dominica semper cantatur in prima dominica quae est iuxta septuagesimam* ». — 4. In tribulatione, etc.: *in* M.: « In turbatione anime. ℟ i. Media nocte. ℣ Portio mea Deus. ℟ ii. In toto corde. ℣ In corde meo abscondi ». — 6. Dicent, etc.: *in* M. *al. ordo:* « Bonum est confidere. *In Cant.* Filii Israel transierunt. *In Ben.* Tres ex uno ore. *In Laud.* Ipse dixit et facta sunt. *De eccl. in bapt.* Exaudi nos Deus. *De bapt. in al.* Si memor fui ». — 10. *In* M., *loco Lect., lacuna.* — 11. ℣ *in All.* Venite : M. « *ad Colossen.* Volo vos scire qualem sollicitudinem. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Sec. Matheum.* Accessit ad Dom. Ihesum homo genibus ». — 13. Si oblitus fuero : M. *Offert.* Super flumina. ℣ Si oblitus fuero. — 16. vestri : mei. S. T. V. Z. M. — 28. in sancti, etc.: sancti martyris t. Seb. frequentibus, etc. T. V. Z. W. : sanctorum martyrum tuorum. M.

(1) Psalm. 137.

stiani et Solutoris frequentibus consolaris officiis, benefitiorum tuorum largitate prosequere: ut, et donis caelestibus erudiri, et competentibus se gaudeant subsidiis adiuvari. Per.

*Ant.* Pretiosa. ℣ (2) Credidi.

*Orat.* Deus, qui beatum Sebastianum.... martyrem tuum virtute constantiae in passione roborasti, ex eius nobis imitatione, tribue, pro amore tuo prospera mundi ⁑ despicere, et nulla eius adversa formidare. Per. f. 1

*In Magnif.* Respexit Dominus.

*Orat.* Concede, quaesumus, Domine Deus noster: ut inter adversa, quae pro delictorum debito sustinemus, quod fiducia nostra non obtinet, beati martyris tui Sebastiani.... intercessio consequatur. Per.

*Psall.* Iusti et sancti.

*Ad Vigilias ant. et respons. omnia de uno Martyre.*

Ad matut. ℟ *post hymn.* Iustorum animae. ℣ Etsi coram. *Ad lect.* ℟ Vidi. ℣ Sub umbra. ℟ Exultabunt sancti in gloria. ℣ Cantate Domino.

*In Benedictus.* Sebastianus martyr. *In Benedicite.* Angelus Domini. *In Laudate.* A voce Angeli. *Psall.* Sebastianus.

Mane. psallentium. *Ant.* i. Iustorum animae. ℣ (1) Gaudete. ii. Clamaverunt. iii. Oculi Domini. iiii. Sanctis qui in terra sunt. v. Facti sunt Domine. vi. Sanctorum memoriam. vii. Sebastianus martyr dixit ad Marcellianum: Discant nunc milites Christi fide armari, non ferro. viii. Angelus Domini venit ad Chromatium dicens: Misit me Dominus curare vulnera tua. viiii. A voce Angeli sanissimus

5. *post* Sebastianum, *ras.; ex contextu patet, hoc loco, et in al. or., nomen S. Solutoris omiss. in textu origin., ut in codd.* T. U. V. Z. W. — 6. nobis: nos. Z. — 10. Concede: Concede nobis. M. — 12. beati, etc.: beatissimorum martyrum tuorum Seb. et Solutoris. M. — *post* Sebastiani, *ras.* — 13. consequatur: subsequatur. W. — 14. *Psall.* Iusti, etc.: *in* M *psall.* Sebastianus dixit, etc. *ut infra.* — 15. *Ad Vigilias*, etc.: M *om. rubr.* — 19. M *suppl. quae de communi, nempe «Ant. ad cruc.* Iustorum animae. *In Cantem.* Gloriosus in sanctis. (*et infra*) *Cap.* Mirabilis Deus in sanctis suis. — 21. M *add. psall.: «al.* Gaudete gaudio». — 25. ad Marcellianum: *corr. ex.* a Marcelliano.

(2) Psalm. 115. (1) Psalm. 32.

factus est Chromatius; coepit pedibus currere, et laudare Dominum. *Post Kyrie cum Gloria.* Sebastianus dixit Marcelliano et Marco: Non vos seducat blandimenta mulierum, sed erigite tropheo gloriosi certaminis vestri.

[Ad missam]. *Ingr.* Stabunt iusti. *Psalmell.* Iusti confitebuntur. ℣ Cognovi. ℣ *in All.* Iustorum animae. *Post Evang.* Sancti tui benedicent te. *Offert.* Gloriabuntur in te. *Confr.* Ego vos. *Trans.* Laudate Dominum in sanctis.

## DIE XXI MEN. IAN. SCAE AGNETIS VIRG.

Ad vesperas. *Luc.* Lucerna pedibus. ℣ Iuravi et statui. *Ant. in choro.* Ornavit me.

*Hymnus.* Agnes beatae virginis: natalis est quo spiritum: caelo refudit debitum: pio sacrata sanguine.

Matura martyrio fuit: matura nondum nuptiis: nutabat in viris fides: cedebat effessus senex.

109. Metu parentes territi: claustrum pudoris auxerant: ⁑ solvit fores custodiae: fides teneri nescia.

Prodire quis nuptum putet: sic laeta vultu ducitur: novas vero ferens opes: dotata censu sanguinis.

Aras nefandi numinis: adolere tedis cogitur: respondit, Haud tales faces: sumpsere Christi virgines.

Hic ignis extinguit fidem: haec flamma lumen eripit: hic hic ferite, ut profluo: cruore restinguam focos.

Percussa quam pompam tulit? nam veste se totam tegens: curam pudoris praestitit: ne quis retectam cerneret.

In morte vivebat pudor: vultumque texerat manu: terram genu flexo petit: lapsu verecundo cadens.

Gloria tibi Domine.

℟ *cum fant.* Amo Christum, pro cuius amore thalamum introibo; cuius Mater virgo est; cuius Pater foeminam nescit; cuius mihi organa modulatis vocibus cantant: quem cum

3. seducat: seducant. T. U. V. Z. M. — 4. tropheo *corr. ex* trotheo; tropheum. T. U. V. Z. M. — 5. [Ad missam] suppl. in hac ed. — *Psalmell.* Iusti, etc.: M. habet «*psalmell.* Sancti tui. ℣ Voluntatem (*et add. init. Epist. et Ev.*) *Ad Cor. II.* Deus qui dixit de tenebris. *Sec. Lucam.* Descendit Dom. Ihesus de monte, et stetit in loco campestri.» — 13. sanguine. *1 ma.* sanguinem, *sed ras.* m *fin.* — 15. effessus: *sic etiam in* T. V. Z. W *1 ma.*: et fessus. U. W *2 ma.*, M. — 18. Prodire: d. *suppl. 2 ma. sup. lin.* — 19. vero: viro. M. — 24. tegens: tegit. U. V. Z. W. M. — 26-27. terram: *corr. ex* terra. — genu flexo petit: flexo petit genu. W. — 29. ℟, etc.: M. *add. rubr.*: *mellod. I et II de fulget.*

amavero, casta sum; cum tetigero, munda sum; cum accepero, virgo sum. ℣ Mel et lac ex huius ore suscepi; et sanguis eius ornavit genus meum: quem cum.

*Ant.* Discede a me pabulum mortis, quia iam ab alio amatore praeventa sum. ℣ (1) Dilexi, quia audiet.

*Orat.* Deus, qui *ut* humanum genus ad confessionem tui nominis provocares, etiam in fragili sexu perfecisti conditionem martyrii; praesta, quaesumus: ut Ecclesia tua hoc exemplo commonita, nec pati pro te metuat, et caelestis premii gloriam concupiscat. Per.

*Ant.* II. Posuit signum in faciem meam, ut nullum praeter eum amatorem admittam. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, mentibus nostris cum exultatione profectum; ut beatae Agnetis virginis tuae, cuius diem passionis annua devotione † recolimus, etiam f. 109
fidei constantiam subsequamur. Per.

*In Magnif.* Mel et lac ex huius ore suscepi, et sanguis eius ornavit genus meum.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, Domine: ut beatae martyris tuae Agnetis confidenter honoremus infantiam; quae in puellari consistens aetate, mortem pro tua confessione calcavit. Per.

*Psall.* Filiae regum. *Al. orat. require de Virgine.*

Ad vigilias. ℟ Pulchra facie. ℣ Audi filia, et vide, et inclina. *Ant. dubla.* Agnes famula Dei nec terrore concutitur, nec blandimentis seducitur. ℣ Ideoque, quia in Christo habet fiduciam. *Psalm.* (1) Dilexi quia audiet.

℟ II. Dexteram meam et collum. ℣ Induit me Dominus. *Ant. dubla.* Benedico te, Pater colende, quia per Filium tuum evasi minas impiorum: Et impolluto calle transivi; ad te venio. ℣ (2) Credidi propter.

℟ III. Regna mundi. ℣ Eructavit. *Ant. dubla.* Rogat sanctas virgines parumper gradum figere; stans suis pa-

3. genus meum: genas meas. Z. — 6. *ut:* supp. in hac ed. — 9. et: ut. V. — 13. omnipotens Deus: Domine. U. — 19-20. ut beatae.... honoremus: beatae.... honorare. U. V. Z. W. M. — quae: quae adhuc. M. — 30. impolluto: in polluto. S. — 33. figere: *corr. ex* fiere: fieret. S. figere. T. U. V. Z. M.

(1) Psalm. 114. (2) Psalm. 115. (1) Psalm. 114. (2) Psalm. 115.

rentibus beata Agnes dixit: ℣ Congaudete mihi et congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi. ℣ (3) Fundamenta eius.

*Psallentium.* Afferentur regi virgines postea adducentur. II. Audi filia. ℟ Sancta Dei martyr. ℣ Deprecare. *Psallent.* Stans a dextris. II. Ingressa Agnes. III. *post Kyr. cum Gloria.* Induit me.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Audi filia. ℣ Quoniam concupivit. *Ad lect.* ℟ I. Pulchra facie. ℣ Audi filia. ℟ II. Circumdedit me. ℣ Virtus mea.

*In Benedictus.* Mel et lac ex huius. *In Benedicite.* Discede a me. *In Laudate.* Posuit. *Capit.* Pulchra facie. *Psalm. directus.* Fundamenta. *Hymn.* Agnes beatae. *Psall.* Agnes famula.

Mane. psallent. *Ant.* I. Afferentur regi. II. Audi filia. III. Dilexisti. IIII. Astitit regina. V. Exultavit spiritus. VI. Concupivit. VII. Pulchra facie. VIII. Ipsi sum sponsata.
110. VIIII. Haec virgo. X. ✠ Discede a me. XI. Posuit signum. XII. Mel et lac ex huius. XIII. Agnes famula Dei nec terrore concutitur, nec. XIIII. Ingressa Agnes turpitudinis locum Angelum Domini praeparatum invenit. XV. Benedico te Pater. XVI. Stans a dextris eius agnus nive candidior, Christus sibi sponsam et martyrem consecravit. XVII. Rogat sanctas virgines. XVIII. Beata Agnes in medio flammarum expansis manibus orabat: Te deprecor, venerande colende, Pater, metuende, quia per sanctum Filium minis evasi sacrilegi tyranni, et carnis spurcitias immaculato calle transivi; et ecce venio ad te, quem amavi, quem quaesivi, quem semper optavi. XVIIII *post Kyr. cum Gloria.* Induit me Angelus indumento misericordiae Dei.

[Ad missam]. *Ingressa.* Tertiodecimo aetatis suae anno mortem perdidit, et vitam invenit; quia vitae solum dilexit

4. postea: *corr.* post eam. — 8-10. Ad matut., etc.: M. *om. quae de communi.* — 15. M. *post ant.* I, *ut de more, indicat psalm.* « Eructavit cor meum ». — 17. Ipsi sum: *corr ex.* Ipsum. — 18. X: *foris muros post Kyr.* M. — 23. Christus: *corr. ex* Xpm. — 24. XVIII. Beata, etc.: *om.* M. — 26. Filium: Filium tuum. S. T. — minis: minas. S. T. — 27. immaculato: *corr ex* immaculati. — 32. solum: *corr. ex* solus: dilexit auctorem solum. *Z.*

(3) Psalm. 86.

auctorem. Infantia computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa. *Psalmel.* Afferentur regi virgines, postea proximae eius afferentur tibi. ℣ Afferentur in laetitia, in exultatione adducentur tibi. ℣ *in Allel.* Posuit signum in faciem meam, ut nullum praeter eum amatorem admittam. *Ant. post Evang.* Ipsi sum sponsata. *Offer.* Afferentur regi. *Confr.* Laetare Virgo. *Trans.* Mittens haec mulier.

DIE XXII MEN. IAN. SCI VINCENTII LEVITAE.

AD VESPERAS. *Lucer.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in ch.* Laetabitur iustus. ℟ *cum fantibus.* Sanctus Vincentius, cuius palma tenetur, vivit in Christo: gemma sacerdotum, dux urbis atque magister, tendit ad caelestia regna. ℣ Levita de tribu sacra, minister altaris Dei : gemma sacerdotum.

*Ant.* Immola Deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota *tua*. ℣ (1) Deus deorum Dominus, *seq. usq.* Invoca me. * f. 11

*Orat.* Da nobis, omnipotens Deus, adversa mundi inconcussa mentis stabilitate transcurrere: qui beatum levitam Vincentium in passione sua, nec minis terreri, nec poenis passus es superari. Per.

*Ant.* Sacrificium laudis honorificavit me Dominus. ℣ (2) Invoca me in die.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus ut : sicut interventu beati levitae et martyris tui Vincentii mundana prosperitate laetamur; ita et devotiores efficiamur caelestibus institutis. Per.

*In Magnif.* Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo.

*Orat.* Adesto, quaesumus, Domine, supplicationibus nostris :

1. sed erat : *om.* U. — 2. postea : post eam. S. V. *om.* U. — 3. Afferentur : Afferentur tibi. Z. —4. in exultatione : et exultatione. S. U. V. Z. M. — M. *add. Epist.* « *Ad Corinth. II.* Volo vos sine sollicitudine esse. (*et infra Evang.*) *Sec. Lucam.* Simile est regnum caelorum decem Virginibus ». — 6. Afferentur : Aff. tibi. Z, — 9. *Lucern.:* M. *add. al. Luc.* Lux orta est. — 13. M. *add. rubr.:* Mellod. de Dom. I et II. — 15. *tua :* suppl. al. ma. sup. lin. — 26. *In Magnif.:* M, *om. ant.* Calicem, etc., *ponit duas seq.* « Gratia Dei sum quod sum. *alia.* Vincentius sanctus ». — 28. quaesumus : *om.* M.

(1) Psalm. 49. (2) Reliqua psalm. 49.

ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati levitae et martyris tui Vincentii intercessione liberemur. Per.

*Psall.* Lex Dei in corde ipsius.

*Orat.* Auxilium, quaesumus, Domine, maiestatis tuae tribue potestatisque subiectis, ut quidquid de actibus nostris non meremur accipere, beati levitae et martyris tui Vincentii precibus assequamur. Per.

AD [VIGILIAS]. ℟. Meruit esse hostia Christi levita Vincentius, qui dum torqueretur non negavit Dominum: et ipse inventus est sacrificium et minister. ℣ Spectaculum pulcherrimum, egena cogit agmina, inopesque monstrans praedicans: hi sunt opes Ecclesiae: et ipse est. *Ant. dubla.* Sanctum Vincentium Caesar torqueri iubet: christiani vero vulnera eius osculabantur. ℣ Alii autem pro salutis remedio sanctum eius sanguinem suis manibus excipiebant. *Psalm.* (1) Dilexi quia audiet.

℟ II. Sanctus Vincentius. ℣ Levita de tribu. *Ant. dubla.* Levita de tribu sacra minister altaris Dei. ℣ Qui suum sanguinem martyrio consecravit, et pervenit ad palmam victoriae. *Psalm.* (2) Credidi propter.

III. ℟ III. Coronavit te Dominus. ℣ Certamen bonum certasti. ⁎ *Ant.* Coronavit te Dominus. ℣ (3) Beatus vir qui timet.

*Psallentium.* Anima mea. ℟ Gloria et honore. ℣ Domine Domine noster. *Psallent.* Posuit Dominus. II. Super salutare. *Post Kyr. cum Gloria.* Vincentius sanctus stramentis.

1. reos nos: nos reos. M. — cognoscimus: cognovimus. V. — 2. intercessione: intercessionibus. U. W., precibus. V. M. — 3. Dei: *supple* eius, *ut in communi.* — M. *add.:* «*al.* Sanctum Vincentium». — 4. maiestatis: maiestati. V. — 5. potestatisque: potestatique. V. — de: *om.* U. V. Z. W. M. — 7. assequamur: consequi mereamur. M. — 8. [VIGILIAS] *suppl. in hac ed.* — praedicans: *ras. lit.* ns; praedicat. U. Z. M. — 16. M. *add.: Oratio.* Deus, cuius fidei veritatem b. Vincentius inter discrimina confessus est passionis, te supplices exoramus: ut sicut eum post victricem patientiam coronasti; ita nobis aeternae beatitudinis premium conferre digneris. Per. — 20. M. *add.: Oratio.* Deus, q. b. levitam et mart. t. Vinc. inter flammarum incendia rore pietatis illustrasti; praesta nobis famulis tuis: ut per eius intercessionem ab incendio huius saeculi liberemur. Per.

(1) Psalm. 114. (2) Psalm. 115. (3) Psalm. 111.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. ℟ *ad lect.* Meruit esse. ℣ Spectaculum. ℟ Sanctus Vincentius. ℣ Levita de tribu.

*In Benedictus.* Vincentius sanctus. *Ad Crucem.* Iustus in perpetuum. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Domus Levi. *In Laudate.* Levita de tribu. *Capit.* Qui suum sanguinem. *Psalm. direct.* (1) Beatus vir qui timet. *Psall.* Sanctum Vincentium.

MANE. PSALLENTIUM. *Ant.* I. Anima mea. ℣ (1) Et exultavit spiritus. II. Posuit Dominus. III. Vitam petiit te. IIII. Super iram inimicorum. V. Desiderabiliora sunt Deus. VI. Super salutare tuum, Domine, exultavit beatus Vincentius, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum: magna est gloria eius in salute tua. VII. Levita de tribu. VIII. Immola Deo. VIIII. Sacrificium laudis. X. Sanctum Vincentium. XI. *post Kyr. cum Gloria.* Vincentius sanctus stramentis mollioribus iam defectus psalmos Domino canit, et hymnis laetus exultat.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Iustus non conturbabitur. *Psalmell.* Probasti Domine. ℣ Igne me examinasti. ℣ *in All.* Sanctus Vincentius, cuius palma tenetur, vivit in Christo, gemma Sacerdotum. *Post Evang.* Beati eritis, cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis:

2. ℟ *lect.*, etc.: in M *post lect. I.* ℟ Sanctis. *post II*, ℟ Meruit. — 11. V. Desiderabiliora: *in* M *al. ordo:* « V. Magna gloria eius. *foris muros. Ant.* I. Desiderabiliora. II. Super salutare, etc. » *rel., ut infra.* — 13. et voluntate, etc.: *om.* S. — 16. XI. *post Kyr.*, etc.: in M. « VI. Vincentius sanctus. *post Kyr. cum Gloria:* Sanctum Vincentium ». — 17. defectus: *corr. ex* defectu; refectus. S. T. — psalmos: psalmum. S. T. — 18. hymnis: *1 ma.* imnus, *diende ras.* u *et corr. in* i; S. *1 ma.* hymnus, *post ras.* s *et corr.* hymnum; hymnum. T. — M. *add.: Oratio.* Deus, mundi creator et rector, q. hunc diem in levitae t. Vincentii martyrio consecrasti; exaudi supplices tuos. et concede: ut omnes q. martyrii eius merita veneramur, intercessionibus eius ab aeternis gehennae incendiis liberemur. Per. — 19. [AD MISSAM]: *suppl. in hac. ed.* — *Ingr.* Iustus, etc.: M. habet: « *Ingr. et psalmel. require in Sco Laurentio:* Dispersit dedit pauperibus. *psalmel.* Probasti, etc. » — 20. M. *add. Epist.:* « *ad Ephes.* Benedictus Deus et pater Dni nri Ihu Xpi, pater misericordiam et Deus totius consolationis ». — 22. M. *add. Evang.:* « *Sec. Luc.* Ellevatis Dom. Ihs. oculis in discipulos suos dicebat ».

(1) Psalm. 114. (1) *Cant. Magnif.*

gaudete et exultate; ecce enim merces vestra multa est in caelis. *Offert.* In virtute tua. *Aliud.* Sanctus Vincentius. ℣ Levita. *Confract.* Qui mihi ministrat. *Transit.* Magna est gloria eius.

## DIE XXIIII MENSIS IANUARII.

## SANCTI BABYLAE ET TRIVM PARVULORUM.

[Ad vesperas]. *Luc.* Timete Dominum. ℣ Benedicam Dominum. *Ant. in ch.* Iusti epulentur. ℟ Traditi sumus regi iniquo et pessimo, qui tribulat pastorem et dominum nostrum: per quem salvati sumus, et coronati a Deo. ℣ Antiochiae vates bonus Babylas erat verbo potens: per quem.

*Ant.* Ex ore infantium et lactantium, Domine, perfecisti
111'. laudem. ℣ (1) Domine Dominus noster: quam. *

*Oratio.* Sanctorum tuorum, quaesumus, Domine, Babylae et trium Parvulorum natalitia nos tueantur: quia tanto fiducialius tuo nomini supplicamus, quanto frequentius martyrum benedictionibus confovemur. Per.

*Ant.* Declaratio sermonum tuorum illuminat, Domine; et intellectum dat parvulis. ℣ (2) Mirabilia *testimonia* tua, ideo.

*Orat.* Martyrum tuorum Babylae et trium Parvulorum nos, quaesumus, Domine, interventio gloriosa commendet: ut quod nostris actibus non meremur, eorum precibus consequamur. Per.

*In Magnif.* Ecce ego et pueri mei, quos mihi dedit Dominus. *Orat. require de plurium....* *Psall.* Babylas dixit Numeriano regi: Ego quidem homo sum Deo humilis; sed complacuit ei ordinare me pastorem populi sui.

*Ad Vigilias. Ant. et* ℟ *require de plurimorum seq.* (sic).

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Gaudete iusti in Domino. ℣ Confitemini Domino. *Ad lect.* ℟ Traditi sumus. ℣ Antiochiae vates. ℟ II. Coronam gloriae. ℣ Induit sanctos.

*In Benedictus.* Ecce ego et pueri. *In Benedicite.* Sacer-

2. In virtute: *om.* M. — 7. [Ad vesperas]: *suppl. in hac ed.* — 9. tribulat: *corr. ex* tribulant. — 14. Sanctorum: Sanctorum martyrum. M. — 19. *testimonia:* suppl. in hac ed. — 22. nostris actibus: actibus nostris. V. — 28. *Ad Vigilias*, etc.: *om.* M. — 33. M. *add.: in Cantemus.* Gloriosus in sanctis.

(1) Psalm. 8. (2) Ex psalm. 118.

dotes Domini benedicite Domino; servi Domini hymnum dicite Deo nostro. *In Laudate.* In sanctis eius. *Capit.* Mirabilis Deus. *Psalm. direct.* (1) Beati omnes qui timent. *Psall.* Babylas dixit.

Mane. psallentium. *Ant.* i. Sacerdotes tui induantur iustitia; et sancti tui, Domine, laetentur. ℣ (2) Memento Domine. ii. Clamaverunt iusti. iii. Oculi Domini. iiii. Sanctis qui in terra sunt. v. Facti sunt, Domine. vi. Quis in nubibus. vii. Ex ore infantium. viii. Declaratio sermonum. viiii. Ecce ego et pueri. x. In consilio iustorum et congregatione, magna opera Domini. xi. Liberasti nos ✠ Deus ex affligentibus nos: et eos qui oderunt *nos* con- f. 1 fudisti, Domine. *Post Kyr. cum Gloria.* Babylas dixit.

[Ad Missam]. *Ingr.* Sacerdotes eius. *Psalmell.* Sacerdotes tui, Domine, induantur iustitia; et sancti tui, Domine, laetentur. ℣ Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis eius. ℣ *in All.* Iustorum animae. *Ant. post Evang.* Sancti, Domine, benedicent. *Offert.* Gloriabuntur in te. *Confract.* Ego vos elegi. *Transit.* Laudate Dominum.

## DIE XXV IAN. CONVERSIO SCI PAULI.

Ad Vesperas. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. ℟ Posuit coronam. ℣ Benedictus Dominus.

*Ant.* Subiecit populos. ℣ (1) Omnes gentes plaudite.

*Orat.* Deus, qui universum mundum beati Pauli apostoli praedicatione docuisti; da nobis, quaesumus: ut qui eius hodie conversionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per.

*Ant.* ii. Nimis honorandi. ℣ (2). Domine probasti me.

*Orat.* Praesta, quaesumus, Domine, populo tuo consolationis auxilium: ut diuturnis calamitatibus laborantes, beati

10. viiii. Ecce, etc.: *om.* M. — 12. *nos*: suppl. 2 ma. sup. lin. — 14. [Ad missam]: *suppl. in hac ed.* — 17. M *add. suis locis epist.*: « *Ad Cor. II.* Fiduciam habuimus ». *Evang.* « *Sec. Math.* Accesserunt discipuli ad Iesum ». — 18. Sancti: *supple*: tui. — 22. ℟ Posuit, etc.: M ℟ *in ch.* Qui operatus est Petro. ℣ Missus sum apostolus.

(1) Psalm. 127. (2) Psalm. 131. (1) Psalm. 46. (2) Psalm. 138.

apostoli tui Pauli intercessione, a cunctis tribulationibus eruamur Per.

*In Magnif.* Per os apostoli. *Psall.* Vos qui secuti estis.

## PRID. KAL. IAN. SCI IULII PRESB.

AD VESPERAS. *Lucer.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. ℟ Dum exissem de terra mea rogavi Dominum, et deduxit me in portum voluntatis suae: gubernavit me peregre, et dedit mihi gratiam in terra aliena. ℣ Dominus regit me, et nihil mihi deerit; in loco pasquae ibi me collocavit: gubernavit.

*Ant.* Laboravit iustus. ℣ (1) Audite haec omnes.

112'. *Oratio.* Deus, qui nos beati Iulii sacerdotis annua ‡ solemnitate laetificas, concede propitius: ut cuius natalitia colimus, per eius apud te exempla gradiamur. Per.

*Ant.* II. In memoria aeterna. ℣ (2) Beatus vir qui timet.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui nos sancti sacerdotis tui Iulii festivitate laetificas, praesta: ut cuius commemoratione gaudemus, eius praesidio muniamur. Per.

*In Magnif.* Euge serve bone. *Alia oratio de Confessore. Psall.* Os iusti meditabitur.

*Ad Vigilias et ad Matutinum omnia de Confessore.*

MANE PSALLENTIUM. *Ant.* Beatus homo. ℣ (1) Deus ultionum. II. Iocundus homo. III. In via peccatorum. IIII. Erit iustus. V. Benedicta confessio. VI. Confessio eius. VII. Qui audit verba. VIII. Similabo eum. *Post Kyr. cum Gloria.* Beatus quem elegisti. *Ad Missam omnia de Confessore.*

3. *In Magnif.* etc.: M habet « *In Magnif.* Per os Apostoli sui Dominus lecutus est. *Oratio:* Deus, q. conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus, concede propitius: ut contra adversa omnia Doctoris gentium protectione muniamur. Per. *Psall.* Ut cognosceres me. *Al. orat. require in unius apost.* (communi). AD MATUT. ℟ *post hymn.* Iustus ut palma. ℣ Bonum est. ℟ *int. lect.* Qui operatus est Petro. ℣ Missus sum apostolus. *Al.* ℟ Regnum Dei. ℣ Regnum tuum. *In Benedictus.* Per os apost. *In Bened.* Subiecit populos. *In Laud.* In hoc cognoscent. *Capit.* Missus sum apost. *Psall.* Ut cognosceres me ». seq. lac. — 17. festivitate: sollemnitate vel festivitate. Z.: annua festivitate. M. — praesta: concede propitius. Z. — 18. eius: *om.* Z., ipsius. M. — 25. in M.: « IX. Beatus quem elegisti. *Post Kyr. cum Gloria.* Euge serve bone ». — 26. M *add. pro Missa:* « *Ev. sec. Math.* Adtendite a falsis prophetis ».

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 111. (1) Psalm. 93.

## KAL. FEBRUARII SCI. SEVERI CONF.

Ad vesperas. *Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur justus. ℟ I. Domine Deus virtutum: beatus homo qui sperat in te. ℣ Domine Deus virtutum, exaudi precem meam; auribus percipe, Deus Jacob; protector noster, aspice, Deus, et respice: beatus homo.

*Ant.* Laboravit. ℣ (1) Audite haec.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, cui cuncta famulantur elementa, intercedente pro nobis beato Severo confessore tuo, exaudi propitius orationem nostram, et tribue nobis misericordiam tuam: et quaecumque praecepis ut agamus, ipse adiuva ut implere possimus. Per.

*Ant.* In memoria. ℣ (2) Beatus.

*Orat.* Misericordiam tuam, Domine, nobis, quaesumus, interveniente beato confessore tuo Severo, clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragiis. Per.

*In Magnificat.* Euge serve bene.

*Orat.* Annue, quaesumus, Domine: ut merita tibi placita sancti confessoris tui Severi pro gregibus, quos sincero ministerio gubernavit, pietatem tuam semper exorent. Per. ⁎ f. 11

*Psallenda.* Os iusti meditabitur. *Alia de Confessore.*

*Ad Vigilias et ad Matutinum omnia de Confessore.*

Psallentium. *Ant.* I. Beatus homo. II. Iocundus homo. III. Erit iustus. IIII. Benedicta. V. Confessor sancte. VI. Sacerdos et. VII. Pastor magne. *Post Kyr. cum Gloria.* Euge serve bone.

*Ad Missam omnia de Confessore.*

9-10. confessore tuo: *om.* M. — 11. et: ut. M. — 14. Dom. nob. quaes. interveniente: nob. quaes. Dom. intercedente. M. — 15. beato conf. t. Sev.: beato Severo conf. t. Z. — 18. *Oratio.* Annue, etc.: *om.* M. — 23. II. Iocundus homo: M. *add.* «℣ (psalm. 93) Deus ultionum. II. Iocundus homo. III. In via peccatorum. IIII. Erit iustus. V. Benedicta, etc.». — 27. M. *add.:* «*Epist. require in sco Stephano:* Omnis scriptura divinitus. (*Ev.*) *Sec. Math.* Omnis quicumqne confessus. — *Orat. sce Brigide virg.* Omnipotens s. Deus, qui prudentium virginum lampadibus oleo bono conscientie ornatis, lumen tue claritatis infun-

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 111.

## IV NON. FEBR. PURIFICATIO S. MARIAE.

AD VESPERAS. *Lucern.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laetamini caeli. *Hymn.* Mysterium. ℟ Suscipiens Iesum in ulnis suis, Symeon exclamavit et dixit, Tu es vere lumen ad revelationem gentium: et gloriam plebis tuae Israel. ℣ Nunc dimittis, Domine, servum tuum secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum: et gloriam. *Ant.* Ave virgo. ℣ (1) Dilexi qui audiet.

*Orat.* Erudi, quaesumus, Domine, plebem tuam: et quae extrinsecus annua tribuis devotione venerari, interius assequi gratiae tuae luce concede. Per.

*In Magnif.* Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum mortem, nisi prius videret Christum Dominum.

*Orat.* Perfice in nobis, quaesumus, Domine, gratiam tuam, qui iusti Symeonis expectationem implesti: ut sicut ille mortem non vidit priusquam Christum Dominum videre mereretur, ita et nos vitam obtineamus aeternam. Per.

*Psall.* Senex puerum portabat, puer autem senem regebat; quem virgo concepit, et post partum virgo permansit, ipsum quem genuit adoravit.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostrae carnis substantia est praesentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus praesentari. Per eundem.

AD VIGILIAS. ℟ I. Adorna thalamum tuum, Syon, et su-

dis, concede propitius: ut b. Brigide virginis tue, cuius natalitia colimus, a fatuarum consortio, eius intercessionibus, liberemur. Per Dom. *Al. Oratio.* Deus, q. sanctarum virginum cordibus flammam tue dilectionis accendis, praesta quaes.: ut b. Brigide virg. t., cuius natalitia colimus, eius (sic) intercessionibus in tui nominis amore inflammemur. Per. »

3. ℟ : ℟ *in ch. Diac.* M. — 5. Tu es vere: *om.* Z. — plebis: plebi. S. — 9. *In* M. *orat. I:* Perfice, *ut infra.* — 13. Dominum: Domini. S. Z. M. — 14. *In* M. *Orat. II:* Erudi, *ut sup.* — 16. Dominum: *om.* Z. — 21. *In* M. *orat. III:* Deus cuius, *ut infra.* — 22. supplices: suppliciter. T. Z. M. — 23. est: in templo est. T. U. V. Z, W. M. — 24. tibi mentibus: mentibus tibi. Z.

(1) Psalm. 114.

scipe regem Christum: quem virgo concepit, virgo peperit; virgo post partum quem genuit adoravit. ℣ Accipiens Symeon puerum in manibus, gratias agens benedixit Dominum: quem. *Ant. dubla.* Ave Maria ✝ gratia. ℣ Ecce ancilla Domini. f. 113 *Psalmus.* (1) Confirmatum est.

*Orat.* Praesta nobis, quaesumus, Domine: ut filius tuus Iesus Christus Dominus noster, qui hodierna die in templo est praesentatus (sic), et quod praesentibus celebramus officiis, perpetuae salvationis gaudiis assequamur. Per.

℟ Senex puerum portabat, puer autem senem regebat: quem virgo concepit, virgo peperit; virgo post partum quem genuit adoravit. ℣ Accipiens Symeon puerum in manibus gratias agens benedixit Dominum: quem. *Ant. dubla.* Beatus ille. ℣ Qui pro salute. *Psalmus.* (2) Pleni panibus.

*Orat.* Deus, cuius hodierna die Unigenitus tuus in nostra carne, quam assumpsit pro nobis, in templo est praesentatus, praesta: ut qui Redemptorem nostrum laeti suscepimus, venientem quoque iudicem securi videamus. Per eundem.

℟ Suscipiens Iesum. ℣ Nunc dimittis *Ant. dubla.* Magnificamus te. ℣ Salvans omnes. *Psalmus.* (3) Dans votum.

*Psallent.* Virgo Dei Genitrix. ℟ Sancta Dei Genitrix. ℣ Deprecare pro nobis. *Psallent.* Virgo Verbum concepit. *Post Kyr. cum Gloria.* Responsum accepit.

Ad matutinum. ℟ *post hymn.* Beata et venerabilis Virgo. ℣ Caeli terraeque maris. *Ad lectiones.* ℟ Adorna thalamum. ℣ Accipiens. ℟ Senex puerum. ℣ Accipiens.

*In Benedictus.* Responsum. *Ad crucem.* Venite et videte. *In Cantemus.* Beata progenies. *In Benedicite* Dignus es Domine. *In Laudate.* Laudabilis Virgo. *Capit.* Cantate Domino. *Psalm. directus.* Dominus regnavit. *Hymnus.* My-

4. Maria: *in* M. *ras.* — 6. *Orat.: om.* M. — 15. *Orat.: in* M *or. hoc loc. vacat.* — tuus: *om.* T. Z. M. — 17. suscepimus: suscipimus. V. Z. — 23. M. add. rubr.: « *In vigilia purificationis sce Mariae Archiepiscopus hoc modo dat cannellas: archipbro IIII* (*et reliq. ut in Beroldo ed. p. 81, lin. 11 — 19, husque ad*) *pro cruce vetulorum V.* ». — 29. M. *post* Benedicite *add.* « *or.* Omnipotens, s. Deus, maiestatem, etc. » *ult. de Vesp. praeced.*

(1) Cant. Annae. (2) Pars cant. Annae. (3) Reliq. cant.

sterium Ecclesiae. *Psall.* Virgo Dei genitrix. *Alia psall.* Senex puerum portabat.

*Mane ad ecclesiam sanctae Mariae, quae dicitur Bertradae.*
*Oratio benedictionis cerei.*

114. ✠ Omnipotens sempiterne Deus, qui hodierna die cum legalibus sacrificiis in templo praesentari, et iusti Symeonis ulnis gestari dignatus es; ✠ benedic, quaesumus, hanc papirum cerea pinguedine superductam: ut ad honorem et gloriam nominis tui populus gestans indeficiens se lumen habere cognoscat. Qui vivis.

MANE. PSALLENTIUM *ad sanctam Mariam* I. Virgo Dei Genitrix. II. Beata progenies. III. Dignus es Domine. IIII. Laudabilis virgo. V. Maria virgo. VI. Virgo Verbum concepit. VII. Beata es Maria. VIII. O Virgo virginum. VIIII. In flore mater. X. Beatam me dicent. XI. Maria autem. XII. Beatus ille venter. XIII. Magnificamus te. XIIII. Nesciens mater. XV. Virgo hodie. XVI. Gaudeamus omnes. XVII. Sub tuam misericordiam. XVIII. Sub tuam protectionem. XVIIII. Responsum accepit. *Post Kyr. cum Gloria.* Senex puerum portabat.

[AD MISSAM]. *Ingressa.* In Patre manet aeternitas. *Psalmell.* Benedictus qui venit. ℣ Confitemini Domino. ℣ *in Alleluja.* Iubilate Deo omnis. *Post Evangel.* Laudate Dominum omnes angeli. *Offer.* Visi sunt gressus. ℣ Montem

2. M. *add. rubr.:* « *Mane facto, et sonito signo, Pontifex cum clero,* etc. *(et reliq. ut in Beroldo ed. pag. 81, lin. 19 et seq. usque ad) Et presbyter illius ecclesiae (S. M. Bertrade) praeparat librum et aquam et incensum cum turribulo, cum quibus cannelas, dicendo hanc orationem, benedicit* ». — 5. Omnipotens s. D.: Dom. Deus omnipotens. V. Z. W. — cum legalibus sacrificiis: legalia sacrificia implens. V. Z. W. — 8. et gloriam: *om.* S. — 9. ut.... gestans: ut populus tuus igne caritatis tuae accensus, ad laudem nominis tui gestans (sic). V. Z. W. — 10. Qui vivis: Qui cum Patre. M. *add. rubr.* « *Hac oratione finita, et benedictis candelis, Archiepiscopus dat cannellas quamplures primicerio decumanorum, quas ille iterum dat sacerdotibus suis. Et omnis clerus accendit cannellas ad psallentium. Archiepiscopus vero incipit psallent. dicendo* Dominus vobiscum. *Et diac. ebdomadarius incipit psallendam I. Et crux vetulorum precedit omnes (et reliqua ut in Beroldo ed. usque ad lin. 7, p. 82).* — 16. XII.: M. *add. hoc loco ant.:* Ave virgo Maria; *reliq. ut supra, usque ad ant.* Gaudeamus, *post quam add. al.:* O admirabile commercium. — 23. M. *suis loc. indicat: Epist.* « *ad Roman.* Deus filium suum. *Evang. sec. Luc.* Post quam impleti sunt dies purgationis beate Marie ».

Dei. *Confr.* Nunc dimittis Domine. *Trans.* Puer crescebat. *Aliud Trans.* Venite et videte.

## NONIS FEBR. SCAE. AGATHAE VIRG.

[Ad vesperas]. *Lucer.* Lucerna pedibus. ℣ Iuravi et statui. *Ant. in choro.* Ornavit me.

(*Hymnus*). Agathae sacrae virginis: diem festum colimus: in quo devicto tyranno: palmam sumit martyrio.

Quintianus tyrannus: consularis Siciliae: audiens famam virginis: fremere coepit invidus.

Vitiorum affectibus: mentem vexabat invidam: ut Deo dicatam virginem: rabido ore perimeret.

⁑ Statim adsunt miseri: eius qui vellent pandere: religio- f. 114
nem sanctissimam: quam tenet ab infantia.

Sisti iubet martyram: suis tribunalibus: et eam sic alloquitur: ut diis cervicem flecteret.

Sed dum nil valet insania : in mamam torquet virginem: et testas acutissimas: igni succensas adhibet.

Cuius medendis artubus: sanctus adest Apostolus: qui verbo curat vulnera: quae tyrannus infixerat.

Dehinc ad sepulchrum veniens: iuvenis splendidissimus: mentem sanctam praedicat: patriaeque salutem plurimam.

Gloria tibi Domine.

℟. *cum fant.* Si feras mihi immittas, audito Christi nomine, mansuescent; si ignem adhibeas, de caelo mihi rorem salvificum Angeli ministrabunt ; si plagas et verbera , habeo intra me Spiritum sanctum: per quem universa tua tormenta despiciam. ℣ Ego autem Christum confiteor labiis, et corde invocare non cesso: per quem.

*Ant.* Ingenua sum et expectabili genere, ut omnis mea parentela testatur. ℣ (1) Dilexi qui audiet.

2. *Aliud Trans.*, etc.: *om.* M., *qui tamen add. cum nonnullis al. codd.* (*ex. gr.* S. T. U. V. Z.) *Vesp. II hoc ord.: « Ad Vesp. luc.* Quoniam tu ill. ℣ Quoniam in te eripiar. ℟ Suscipiens Ihesum. ℣ Nunc dimittis Domine. *In Magnif.* Responsum accepit. *Psall.* Senex puerum portabat ». — 7. martyrio : o *fin. corr. 2 ma.;* martyrii. T. U. — 14. Sisti, etc.: W. *2 ma. corr.:* Sisti iubet *hanc* (?) martyrem : suis *pro* tribunalibus. — martyram : martyrem. M. — 19. infixerat : inflixerat. T. — 22. Gloria, etc.: *om.* T. U. V.

(1) Psalm. 114.

*Orat.* Intercessionibus beatae virginis et martyris tuae Agathae, quaesumus, Domine, fructum clementiae tuae sentiant supplicantes: cuius orationibus in sancta Ecclesia tua etiam eorum devotae efficiantur mentes. Per.

*Ant.* Summa ingenuitas ista est, in qua servitus Christi comprobatur. ℣ (2) Credidi propter quod.

*Orat.* Auxilium, Domine, nomini tuo subdita poscunt corda fidelium: ut, quia sine te nihil possunt implere quod iustum est, intercessione beatae martyris tuae Agathae, et quae
115. recta sunt appre-⁕-hendant, et omnia sibi profutura suscipiant. Per.

*In Magnif.* Ancilla Christi sum, ideo me servilem ostendo habere personam.

*Orat.* Tribue, quaesumus, omnipotens Deus: ut sanctae virginis et martyris tuae Agathae solemnitate laetemur; et tantae fidei et castitatis proficiamus exemplo. Per.

*Psall.* Filiae regum in honore. *Orat. require de Virgine.*

Ad vigilias. ℟ Non eris inter virgines fatuas, dicit Dominus, sed eris inter virgines prudentes adiicientes oleum laetitiae lampadibus suis, obviantes obviam sponso: cum palma virginitatis. ℣ Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, surgite; exite obviam ei: cum palma.

*Ant.* Ingenua sum et expectabili. ℣ (1) Dilexi qui audiet.

℟ II. Quis es tu, qui venisti ad me curare vulnera mea: Ego sum apostolus Christi; nihil in me dubites, filia: ipse me misit ad te, quem dilexisti mente et puro corde. ℣ Ecce senior venit, qui se medicum esse commemorans, his verbis alloquebatur dicens: ipse.

*Ant.* Summa ingenuitas. ℣ (2) Credidi propter.

℟ III. Dum educeretur de carcere beata Agatha, ait ad iudicem, O crudelis, impie, et dire tyranne: non es confusus

1. beatae: beatissimae. U. — 15. et martyris: martyrisque. M. — 17. *Orat., etc.: in M. or. propr.:* « Hunc nobis diem sacratissimum, tribuente Domine (sic), b. virgo et mart. t. Agatha semper illustret: ut et meritis eius fruamur, et gaudiis participemur eternis. Per. » — 27. qui: *om.* T. — commemorans: commemorat. S. V. Z. M. — 31. dire: dei. M. — non es: quare non es. Z.

(2) Psalm. 115. (1) Psalm. 114. (2) Psalm. 115.

hoc amputare in foemina quod in matre suxisti. ℣ Ego habeo mamillas integras intus in anima mea, ex quibus nutrior omnes sensus meos: quare.

*Ant.* Ancilla Christi sum. ℣ (3) Fundamenta ejus. *Psallent.* Afferentur regi. ℟ Sancta Dei martyr. ℣ Deprecare pro nobis. *Psallent.* Nisi diligenter. II. Nolo me verearis. III. Ego autem adiuvata. *Post Kyr. cum Gloria.* Mentem sanctam.

Ad matutinum. ℟ *post hymn.* Quis es tu, qui venisti. ℣ Ecce senior. *Ad lectiones.* ℟ Non eris inter virgines. ℣ Media nocte. ℟ II. Dum educeretur. ℣ Ego habeo.

*Ant. in Benedictus.* Ancilla Christi sum. *Ad Crucem.* Grandis pulchritudo. *In Cantemus.* Gloriosus. *In Benedicite.* Ingenua sum. ⁑ *In Laudate.* Summa ingenuitas. f. 11 *Capit.* Pulchra facie. *Psalm. direc.* Fundamenta. *Hymn.* Agathae sacrae. *Psall.* Nisi diligenter.

Mane psallentium. *Ant.* I. Afferentur regi. ℣ (1) Eructavit. II. Audi filia. III. Dilexisti. IIII. Astitit regina. V. Exultavit spiritus. VI. Concupivit rex. VII. Pulchra facie. VIII. Ipsi sum sponsata. VIIII. Haec virgo. X. Ingenua sum. XI. Summa ingenuitas. XII. Ancilla Christi sum. XIII. Agatha famula Dei. XIIII. Nisi diligenter feceris corpus meum a carnificibus attrectari, non potest anima mea in paradisum Domini cum palma intrare martyrii. XV. Nolo me verearis, filia; nam et ego apostolus eius sum. XVI. Ego autem adiuvata *a* Domino, perseverans in confessione eius qui me salvam fecit. *Post Kyr. cum Gloria.* Mentem sanctam, spontaneam, honorem Dei, et patriae liberationem.

[Ad missam]. *Ingressa.* Laetemur omnes in Domino, diem festum celebrantes ob honorem Agathae martyris, de cuius tropheo gaudent Angeli et collaudant Filium Dei. *Psalmell.* Adiuvavit eam Deus vultu suo: Deus in medio eius non commovebitur. ℣ Fluminis impetus laetificat civitatem Dei; sanctificavit tabernaculum suum: non commovebitur. ℣ *in Alleluja.* Summa ingenuitas ista est, in qua

6-7. II. Nolo, etc. III. Ego, etc.: *om.* M. — 20. X. Ingenua: M. *add.:* « *foris muros post Kyr.* I. Quis es tu qui venisti. II. Ingenua » *et reliq. ut infra, mutatis numeris.* — 25. et ego: *om.* U. — *a*: *suppl. in hac ed.* — 32. vultu suo: *corr. ex* vultum suum. — 35. M. *suis locis add.: Epist.* « *ad Cor. II.* Qui gloriatur in Domino glorietur. (*Evang.*) *Sec. Lucam.* Rogavit Dominum Ihesum de phariseis quidam ».

(3) Psalm. 86. (1) Psalm. 44.

servitus Christi comprobatur. *Post Evang.* Agatha famula Dei laeta et hilaris ingreditur carcerem, et quasi ad epulas invitata, ita gaudens agonem suum precibus commendabat Domino. *Offert.* Lux dum exuberasset in carcere, beata Agatha aperiens os suum, dixit: Gratias tibi, Deus Pater caeli et terrae, qui misisti apostolum tuum, et consolatus es me; et curavit omnia membra mea Dominus. *Confr.* Veniens
116. angelus Domini, posuit tabulam ‡ brevem ex marmore, in qua scriptum erat: Mentem sanctam, spontaneam, honorem Dei, et patriae liberationem. *Trans.* Medicinam carnalem meo corpori nunquam exhibui: habeo Dominum Ihesum Christum, qui sermone solo restaurat universa; qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillam meam meo pectori restituere: ipsum invoco Deum meum.

2. carcerem: carceres. M. — 3. gaudens: gaudet. U. Z. M. — 5. aperiens: aperuit. M. — 6. es: est. S. — 14. M. *add.:* « *In Nat. sci. Vigilii confess. Orat.* Da, quaes., o. D., ut sicut plebs tua gloriosi conf. t. Vigilii gaudet festivitate, sic eius sancta adiuvari mereatur deprecatione. Per. *Al. oratio.* Tribue, quaes., o. D., ut beatiss. conf. t. Vigilii gloriosa celebritas et devotionem nobis tribuat, et in bonis operibus crescere faciat. Per. — [*VII id. Febr.*] *In Nat. sci Mathie Apostoli. Orat.* Deus, qui b. Mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti, concede propitius: ut cuius natalitia colimus per eius ad te exempla gradiamur. Per. *Al. orat.* Tribuat nobis, quaes., Dne, continuum tua gratia praesidium: et b. Mathiae apost. precibus ab omnibus nos tueatur adversis. Per Dom. *Al. orat.* Deus, qui post proditoris tui apostatae ruinam, ne apostolorum tuorum numerus sacratus perfectione careret, b. apost. t. Mathiae electione supplesti, praesta, quaes.: ut eius meritis protegamur, in cuius festivitate annua devotione laetamur. Per. *Al. orat.* Deus, qui es vita indeficiens et salus aeterna, exaudi nos clemens et propitius: ut qui ad beatiss. apost. t. Mathiae inclitam et gloriosam festivitatem convenerunt, eius interventu a morte gladii liberentur quam refugiunt. Per. [*or. seq. pro Missa: sup. obl., et post comm.*]. *Alia.* Sacrificia, quaes., Dne. laudis offerimus: et b. apost. t. Mathiae sollemnia recolentes, in eius sortis collegio, gratia tua opitulante, purificatis mentibus inveniri mereamur. Per. *Alia.* Placeant, quaes., o. D., in conspectu maiestatis tuae sacrificia quae sumpsimus: et sicut b. Mathiam apost. t. in duodenario electorum tuorum numero sorte numerasti, ita nos mente et corpore emundatos eius consortio sotiari digneris. P. — [*VIII kl. mart.*]. *In Cathedra sci Petri.* AD VESP. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in ch.* Laetabitur iustus. *Hymn.* Apostolorum passio. ℟ Tu es pastor ovium. ℣ Beatus vir qui non abiit. *Ant.* Tu es pastor ovium. ℣ (*Psalm. 46*). Omnes gentes plaudite. *Oratio.* Deus, qui b. apost. t. Petro collatis clavibus regni caelestis, animas ligandi atq. solvendi pontificium tradidisti, concede, quaes.: ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur Per. *Ant.* Petre, amas me. ℣ (*Psalm. 138*). Domine, probasti me. *Orat.*

## DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Oremus Dominum. ℣ A solis ortu. *Ant.* Praeter te Domine. II. Non exeat verbum. III. Consideravi opera tua Deus. *Ad lect.* ℟ Misericordia tua, Domine, adiuvabit me. ℣ Et factus est mihi. ℟ Domine clamavi. ℣ Exaltabo te Domine.

*In Benedictus.* Deus Israel libera. *Ad crucem.* In voluntate tua, Domine. *In Cantemus.* Deus conterens bella. *In Benedicite.* Tribus pueris. *Orat., de cotid. domin.* Deux lux vera. *In Laudate.* Caeli caelorum, sol et luna. *Capit.* Cantate Domino. *Psalmus directus.* Dominus regnavit. *Psall. in bapt.* Domine, Deus salutis. *Alia in eccl.* Soliciti estote.

[Ad missam] *Ingressa.* Dicit Dominus: ego cogito. *Psalmell.* Domine refugium. ℣ Priusquam. ℣ *in Allel.* Venite exultemus. *Post Evang.* Custodi Deus portionem.

Deus, qui hodierna die b. apost. t. Petri pontificium tradidisti (sic); da ecclesiae tuae toto orbe diffusae, eius semper magisterio gubernari, per quem sumpsit religionis exordium. Per. *In Magn.* Simon Iohannis. *Orat.* Deus, qui ecclesiam tuam b. Petri apost. t. fide et nomine consecrasti, concede: ut omnes qui ad eius sollemnitatem convenerunt, spiritali remuneratione ditentur. Per. *Psall.* Ego pro te rogavi, Petre. *Orat.* Deus*, qui confitentium tibi redemptor es animarum, quarum piscator b. Petrus apost. atque ovium pastor tua praeceptione cognoscitur, annue, misericors, precibus nostris: et populo tuo pietatis tuae dona concede. Qui cum Patre. Ad Matut. ℟ *post hymn.* Tu es pastor ovium. ℣ Beatus vir, qui non. ℟ *int. lect.* Principatum et potestatem. ℣ Et ecce posui te. ℟ Si diligis me Symon. ℣ Etsi oportuerit. *In Benedictus.* Tu es pastor ovium. *In Benedicite.* Petre amas me. *In Laud.* Cui regni claves. *Capit.* Missus sum apost. *Psall.* Beatus es Symon bariona. Mane (*psallentium*). *Ant.* Missus sum apost. a Dno. ℣ (*Psalm. 18*). Caeli enarrant. II. Protexit me. III. A finibus terrae. IIII. Te laudant montes. V. Per os apostoli. VI. In via peccatorum. VII. Beatus es Symon. VIII. Ego pro te rogavi, Petre. VIIII. Symon Iohannis. X. Cui regni claves. XI. Tu es pastor ovium. XII. Tu es Christus. *Post Kyr. cum Gloria.* Tu es Petrus et super. [Ad Missam]. *Ingr.* Dicit Dominus Petro. *Psalmell.* Gloria et honore. ℣ Dne, Dnus noster. ℣ *in All.* Tu es Petrus, et super. (*Evang.*) *sec. Math.* Iussit Dom. Ihesus. *Post Evang.* Subiecit populos. *Off.* Tu es Petrus et super hanc. *Confract.* Symon Iohannis. *Transit.* Priusquam te vocarem de mari».

☞ Proprium Sanctor. mens. Martii req. infra, post Sabb. Pentec.

2. *In* M. ℟: Dominator Dne. ℣ Dne exaudi. — 4-5. *In* M., *post lect.* I ℟ Dne clamavi; *post lect.* II ℟ Misericordia. — 14-15. M. *suis loc. add. init.:* « *Lect. Malachie prophete.* Revertimini ad me. (*Epist.*) *ad Cor. II.* Nescitis quod hi qui in stadio currunt. (*et Evang.*) *sec. Math.* Simile est regnum caelorum homini patri familias, qui exiit ».

*Offert.* Portio mea. *Confract.* Domine Deus meus, in te speravi. *Transitor.* Convertimini, omnes simul, ad Deum, mundo corde et animo, in oratione, ieiuniis et vigiliis multis: fundite preces vestras cum lacrimis, ut deleatis chyrographa peccatorum vestrorum: priusquam vobis repentinus superveniat interitus; antequam vos profundum mortis absorbeat: et cum creator noster advenerit, paratos nos inveniat.

AD VESPERAS. *Ant. in choro.* In multitudine magnitudinis. ℟ Erravi sicut ovis. ℣ Declinate a me. *In Magnif.* Habraham et semen eius. *Psall. in bapt.* Fac nobiscum
116'. Domine. ✠ *De bapt. in aliud.* Pax in caelo.

## DOMINICA IN SEXAGESIMA.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo: et in nomine tuo levabo manus mea. ℣ Sitivit in te anima mea; quam multipliciter tibi et caro mea: et in nomine. *Ant.* I. Tollatur impius. II. Arcum potentium III. Ego autem in Domino. *Ad lect.* ℟ Convertimini ad me. ℣ Attendite populus meus. ℟ II. Haec dicit Dominus. ℣ Si custodierint.

*In Benedictus.* Vestri autem beati oculi, quia vident, et aures vestrae quia audiunt. *Ad crucem.* In medio crepidinis altaris plorabunt sacerdotes, dicentes: Parce, parce, Domine, populo tuo. *In Cantemus.* Domine, qui regnas semper, in aeternum, et usque adhuc; miserere nobis. *In Benedicite.* Tres pueri iussu regis in fornace missi sunt; non timentes flammam ignis dicebant, Benedictus Dominus. *In Laudate.* Reges terrae, et omnes populi, date gloriam Deo.

*Psall. in bapt.* Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic in pace hereditatem tuam. ℟ Disrumpam vincula populi mei, dicit Dominus; et disperdam omnia mala, quae induxi super eos: ut auferam universum dolorem a facie terrae, et a plebe ista. ℣ Israel, si me audieris, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum: ut auferam.

1. *Offert.: in* M. *al. off.*: In te speravi. ℣ Portio mea. — 4. vestras: *corr. ex* nostras. — 10. Habraham, etc.: *in* M. *al. ant.* Voca operarios, et redde illis mercedem suam, dicit Dominus. (*in* S *utraq. ant.*). — 17. ℟: M. *add. rubr.* « ℟ *inter lect.* require in primo die letaniarum, ad S. Simplicianum ». — 18. ℟ II: M *add. rubr.:* « req. in tertio die letaniar. ad S. Eustorgium ». — 25. fornace: *sic in omn. codd.* — 27. M. *add.: Cap.* Cantate. — 29. ℟: ℟ *in bapt.* M. — 31. eos: eum. T. Z. — 32. plebe: civitate. S. T. U. V.

*Ant.* Melior est, Domine. ℣ (1) Deus Deus meus, ad te. *De bapt. in aliud.* Audite me, qui sectamini iustitiam, et quaeritis Dominum: aspicite et videte, quia ego sum, et non est alius Deus praeter me.

[Ad missam]. *Ingressa.* Quis loquetur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes eius? memor fuit in saeculum verbi, quod mandavit in mille generationes: statuet illud Iacob in praeceptum, et Israel in testamentum aeternum Dominus. *Psalmell.* Peccavimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus: miserere nobis, Domine. ℣ Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia eius. ℣ *in All.* Praeveniamus faciem. *Post Evang.* ⁏ Oremus ad Deum mundo corde et animo cupienti, f. 11
dum ad usque donet pacem, et exaudiat preces nostras, et reconciliet se nobis, in tempore augustiae, ne nos derelinquat. *Offert.* Iubilate Domino Deo, universa terra; iubilate Domino Deo, universa terra (sic); psalmum dicite nomini eius. Venite, et audite, et enarrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animae meae. *Confract.* Qui meditabitur in lege. *Trans.* Domine, ne dissipes testamentum, quod fecit dextera tua; sed ostende nobis misericordiam tuam. Quia peccavimus, precamur te, Domine: miserere nobis.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Salus vultus tui. ℟ In quacumque die. ℣ Ne avertas faciem. *In Magnif.* Vestri autem.

*Psall. in bapt.* Exurge, Domine, adiuva nos, et libera nos, Deus noster. ℟ Domine, ne obliviscaris pauperum in finem: quia tibi derelicti sunt egeni; et pupillo tu eris adiutor. ℣ Desiderium pauperum exaudivit Dominus; praeparationes cordis eorum exaudivit auris tua: quia tibi. *Ant.* Domine Deus meus. ℣ (1) Benedic anima mea. *De bapt. in aliud.* Erudimini omnes, qui iudicatis terram; servite Domino in timore.

1. Domine: Dom. misericordia tua super vitas. M. — 8. et Israel: *om.* U. — 9. M. *add.:* « *Lect. Ioel. prophete.* Haec dicit Dom. Deus: Convertimini ad me in toto ». — 12. M. *suis loc. add. Epist.* « *Ad Cor. I.* Quis militat suis stipendiis unquam. *In All.* Dominus regnavit. (*Evang.*) *sec. Math.* Ecce exiit qui seminat seminare ». — 15. ne: non. S. U. V. Z. M. — 16-17. iubilate.... terra: *om.* Z. — 18. et enarrabo: enarrabo. S. narrabo. U. — 24. ℟: M. *add. rubr.:* « ℟ *in ch. subd. req. in prima dominica de Adventu* ». — 28. ℟: ℟ *in bapt. diac.* M.

(1) Psalm. 62. (1) Psalm. 103.

## DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

Ad matutinum. ℟ *post hymn.* Quoniam magnus. ℣ Venite, exultemus. *Ant.* Domine in tribulatione. II. Dominus pauperes et divites. III. Domine Deus virtus. *Ad lect.* ℟ Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine: super mel et favum ori meo, Domine. ℣ Quomodo dilexi legem tuam, Domine; tota die meditatio mea est: super. ℟ II. Tu es patientia mea, Domine, et spes mea a iuventute mea; in te decantatio mea.... semper: tu es meus protector. ℣ Deus, ne elonges a me; Deus meus, in auxilium meum respice: tu es meus.

*In Bened.* Messis vero, consumatio seculi est; messores autem, angeli Dei. *Ad crucem.* Misereris omnium. *In Cantemus.* Populum, quem adquisisti, guberna et libera, Domine. *In Benedicite.* Tres pueri haebrei facti sunt filii Dei;
117'. missi sunt in fornace ✠ et benedicebant Deum Patrem. *In Laudate.* Dominum de caelis. *Psall in bapt.* Servite Domino in timore, ne pereatis de via iusta, iudices terrae. ℟ Audi, populus meus, et loquar: Deus, Deus tuus ego sum, invoca me: in die tribulationis eripiam te, et magnificabis me. ℣ Intellegite haec, qui obliti estis Deum, ne quando rapiat, et non sit qui eripiat: in die. *Ant.* Melior est, Domine. ℣ (1) Deus Deus meus, ad te. *De bapt. in aliud.* Domine, ambulantem me in peccatis liberet dextera tua; quia solus redemisti mundum.

[Ad Missam]. *Ingressa.* Iocunda est praesens vita, et transit; terribile est, Christe, iuditium tuum, et permanet: quapropter incertum amorem relinquamus, et de infinito timore cogitemus clamantes: Christe, miserere nobis. *Psalmell.* Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam. ℣ Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam; et secundum multitudinem miseratio-

6. Domine. *om.* V. Z. — 9. *post* mea, *ras.* — 13. *Ad crucem:* M. *add. rubr.:* « *Req. in primo die letaniar. in antiphonis eundo ad S. Protasium in campo.* » — 16. fornace: *sic in omn. codd.* — 22. *Ant., etc.:* in M.: « *Ant.* Dne Deus meus. ℣ (ps. 103) Benedic, anima mea ». — 29. M. *add.:* « *Lect. Zacharie proph.* Hec dicit Dominus. Loquere ad omnem populum ».

(1) Psalm. 62.

nem tuarum dele iniquitatem meam. ℣ *in Allel.* Venite. *Post Evang.* Oratio nostra ad te, Domine: tempus beneplaciti Deo: in multitudine misericordiae tuae exaudi nos, in veritate salutis tuae. *Offert.* Labia mea aperies, Domine, et os meum annuntiavit laudem tuam. *Confract.* Domine, ne proitias me a facie tua: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. All. All. *Transit.* Venite, convertimini ad me, dicit Dominus: venite, flentes fundamus lacrymas ad Deum, quia nos neglexímus, et propter nos terra patitur; nos iniquitatem fecimus, et propter nos fundamenta commota sunt: festinemus anteire ante iram Dei, flentes, et dicentes: Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Ad vesperum. ⁑ ℟ Quam f. 1 dultia faucibus meis eloquia tua, Domine: super mel et favum ori meo. ℣ Quomodo dilexi legem tuam, Domine; tota die meditatio mea est: super mel. *In Magnif.* Messis vero. *Psall. in bapt.* Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris mei: dicit Dominus. ℟ Domine, ne avertas a me faciem tuam; ne declines in ira a servo tuo. ℣ Exaudi, Domine, vocem meam qua clamavi ad te; miserere mei, et exaudi me: servum tuum. *Ant.* Et clamor meus. ℣ (1) Domine, exaudi. *De bapt. in aliud.* Audite haec, omnes gentes; auribus percipite, qui habitatis orbem, simul in unum dives et pauper.

## DOMINICA IN CAPITE QUADRAGESIMAE.

Ad matutinum. ℟ *post hymn.* Laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quamdiu ero. ℣ Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus: psallam Deo. *Ant.* Spiritus meus ad te. II. Confirma Deus cor. III. Auditionem tuam. *Ad lect.* ℟ Angelis suis mandavit de te Dominus, ut custodiant te in omnibus viis tuis; in manibus portabunt te: ne unquam of-

1. ℣ *in All.* Venite: *in M.*: « *Ad Cor. II.* Nolite iugum ducere cum infidelibus. ℣ *in All.* Preveniamus. *Sec. Math.* Simile est regnum (sic) homini qui seminavit». — 4. Domine: *om.* M. — 5. annuntiavit: annuntiabit. S. T. U. V. Z. M. — 13. ℟: ℟ *subd.* M. — 24. M. *add.*: « *In Sabbato de carnelevali. Ad Matut.* ℟ *inter lect. require in Sabbato ante primam dominicam de Adventu:* Da mihi Dne. ℣ Qui timent te. ℟ Viam veritatis. ℣ Adhesi testimoniis. *Ad Vesp.* ℟ *in ch. et ant. in Magnif. require in supradicto die:* ℟ Revela oculos. ℣ Beati, qui scrutantur. *In Magnif.* Suscepit Israel». — 31. Dominus: *om.* U.

(1) Psalm. 101.

fendas ad lapidem pedem tuum. ℣ Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem: ne unquam. ℟ II. Emutemur habitu, in cinere et cilicio ieiunemus, et ploremus ante Dominum: quia multum misericors est dimittere peccata nostra. ℣ Convertimini ad me, dicit Dominus, et convertar ad vos; agite poenitentiam: quia multum.

*In Benedictus.* All. All. All. All. *Ant. ad crucem.* Alleluia. Claude et signa sermonem, All., et requiescat in inferioribus vestris, All., usque ad tempus constitutum: et cum gaudio magno dicetis die illa, qua venerit, All. All.
18'. All. *In Cantemus.* Cantemus Domino. All. All. All. ‡ *In Benedicite.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino. All. All. *In Laudate.* Laudate Dominum de caelis. All. All.

*De eccl. in bapt.* Magnus Dominus. ℟ *cantorum.* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. [*iterum*]. ℣ Ecce nunc tempus. ℣ I. Commendemus nosmetipsos in multa patientia in ieiuniis multis. All. All. *Ant.* Tempus acceptabile, dies poenitentiae; cum abstinentia serviamus Domino. ℣ (1) Deus in adiutorium. *De bapt. in aliud.* Regnum tuum, Domine.

[Ad missam]. *Ingres.* Invocabit me, et ego exaudiam eum; eripiam eum, et glorificabo eum; longitudine dierum adimplebo eum. All. *Psalmell.* Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. ℣ Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione Dei caeli commorabitur. ℣ *in All.* Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Post Evang. ant.* Ecce nunc [tempus] acceptabile, ecce nunc dies salutis; commendemus

5. est: es. U. M. — 9. requiescat: 1 *ma.* requiescant, *post ras.* n. — 10. inferioribus; interioribus, S. T. U. V. Z. M. — 15. ℟ *cantorum:* ℟ *magistri scholarum* M. — 18. multis: *ante* All. S add. rubr.: « *incip. tract. cum infant.* ». — 23. longitudine: longitudinem. S. U. V. M. — 24. M. add. « *Lect. Esaye proph.* Non est gaudere impiis ». — 26. commorabitur: M. *1 ma.* firmabitur. — 27. M. add.: « *ad Cor. II.* Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. *Quatuor pueri canunt.* All. *in pulpito bis ante versum, et chorus similiter. Seq.* ℣ *in All.* Non in solo.... Dei. *Completo versu, lectores dicant All. II de Sanctorum. Postea quatuor infantes cantant melodias de Sanctorum, in gradu: et in choro Alleluia francigena. Evang. sec. Math.* Ductus est Dominus Jhesus in desertum a Spiritu ». — 29. [tempus]: *suppl. in hac ed.*

(1) Psalm. 69.

nosmetipsos in multa patientia, in ieiuniis multis, per arma iustitiae virtutis Dei. All. *Offert.* Scapulis suis obumbravit tibi Dominus, et sub pennis eius sperabis: scuto circumdabit te veritas eius. ℣ Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem, quoniam in me sperabit, liberabo eum: scuto. *Confract.* Dicet Domino: Susceptor meus es, Deus meus, sperabo in eum. All. All. *Transit.* Qui cognoscis omnium occulta, a delicto meo munda me: tempus mihi concede, ut poenitens clamem: Peccavi, miserere mei, Deus.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. All. All. ℟ Convertere, Domine, aliquantulum, et deprecare super servos tuos: All. All. ℣ Repleti sumus mane misericordia tua, et exultavimus, et delectati sumus: All. *Ant.* In exitu Israel ex Aegypto domus Iacob de populo barbaro. All. All. All. (1) *In Magnif.* Recedente diabolo, ecce Angeli Dei ✝ accesserunt, et f. 119
ministrabant ei.

*Psall. in bapt.* Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. ℟ Israel, si me audieris, All., dabo tibi terram fluentem lac et mel. All. ℣ Si custodieris mandata mea, quae ego praecipio tibi: dabo tibi.

*Ant.* Tempus acceptabile. ℣ (2) Deus in adiutorium.

*De bapt. in al.* Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. ℟ *cum fant.* Quadraginta dies et noctes aperti sunt caeli; et omnes animae habentes spiritum vitae: ingressae sunt in arca, et clausa est. All. ℣ Patres nostri annunciaverunt caeli opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis: ingressae sunt in arca. *Complet.* Quoniam tu illuminas. *Alind.* Benedictus es.

Prima ebdomada, *post cantatum psalmum quinquagesimum ad Matutinum, dicit Presbyter:* Dominus vobiscum,

2. obumbravit: obumbrabit. S. T. U. V. Z. M. — 11. M. add. rubr.: « *Eodem die ad Vesp. Archiepiscopus induit se cum ceteris ordinibus sicut legitur in Pascha Resurrectionis, et agitur ad Vesperum. Luc.* Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te». — 23. M. add.: « *Compl.* Regnum tuum, Domine. *Al.* Benedictus es». — 25. ℟, etc.: M. add. rubr.: « *ad scum Iohannem ad fontes* ». — 28. caeli: *om.* S. T. U. V. Z. M. — 29. es: est. S. T. M. — 30. arca: M. add.: « *Mellod. de Praeveniamus* I. *et* II. ».

(1) Psalm. 113, incip. a ℣ *Facta est Judaea,* etc. (2) Psalm. 69.

Et cum spiritu tuo. *Item dicat Diaconus leni voce:* Procedant competentes, *simplum; in alia ebdomada duplum. Item Ostiarius ad regiam:* Ne quis catechuminus. *Ad Vesperas similiter.*

Dominica de samaritana *post Evangelium lectum, dicit Diaconus:* Qui vult nomina sua dare, iam offerat.

Sabbato ii, *post scrutinium, dicit* (1) *Diaconus, excelsa voce, ad cornu altaris:* Superius vos, fideles. Orate competentes. Cervicem flectite. *Tunc infantes admoniti ab acolytho ut caput inclinent; rursus dicit Diaconus excelsa voce:* Eri-

5. *In codd. V, loco hu. rubr., quam dant* S. T. M., *habetur integer Ordo pro scrutiniis a Dominica de Samaritana usque ad Sabb. in traditione Symboli. Hunc Ordinem, licet iam a Muratorio editum* (A. M. Æ., IV. 841), *hoc loco ponimus, conferendum etiam cum notis seqq. ex cod.* M. *et Beroldo* (ed. Magistretti) pag. 92 et seqq.

« Ordo quadragesimalis sicut fit in Ecclesia maiore. In Dominica prima de XL (*intellige Dominicam de Samaritana*), lecto Evangelio, dicat Diaconus: Qui vult nomina sua dare jam offerat. — In secundo Sabbato de XL, finita majore Missa, Presbyter qui Missam canit vadit ubi cinis est cilicio aspersus, et benedicit cinerem. Benedicto cinere, vadunt duo Subdiaconi cum Diacono ebdomadario ad ostium ecclesiae, ubi pueri stant: et Subdiaconi de foris, Diaconus autem de intus. Tunc Diaconus interrogat Subdiaconum: Quid petunt? ℟ Subdiac. Fidem. Diaconus interrogat: Abrenuntiant Diabolo et operibus eius? ℟ Subdiaconus: Abrenuntiant. Et dicit Diaconus: Memores estote sermonum vestrorum, ut a vobis nunquam abscedant. ℟ Subdiaconus: Memores erimus. Tunc vadit ad aliud ostium, ubi puellae stant, et dicit similiter. Et post haec omnes masculi et foeminae intrant in ecclesiam, et vadunt ubi Chrismon est: et stant ex una parte masculi, et ex alia foeminae, masculi a meridie, foeminae ab aquilone. Et ecce Presbyteri Majoris Ordinis et Minoris, sacerdotaliter parati, veniunt ubi Chrismon est, et orant dicentes: Pater noster. Finita oratione, exsuflant in modum crucis, et dicunt: Exsufflo te, cinis cilicio aspersus, in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Et statim major Presbyter tollit librum Evangeliorum, et deosculatur illum, et defert in circuitu puerorum, signando semper et dicendo Exorcismum S. Ambrosii. Et ceteri Presbyteri sequuntur: et duo ex ipsis Presbyteris aut tres, ex singulis partibus, faciunt signum crucis pueris in frontibus, tribus aut quatuor, et dicunt: Signo te signo Crucis in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Diaconi vero et Subdiaconi, albis induti, vadunt de foris in circuitu puerorum, similiter signando, et dicendo semper Exorcismum S. Ambrosii. —

(1) Supple cum codd. S. et M.: « *presbyter ad altare:* Dominus vobiscum. *Item dicit Diaconus,* etc.» ut supra in cod. nostro R.: cf. *Beroldus,* ed. Magistretti pp. 93 et seqq.

gite vos ad Dominum, pariter date Deo honorem; *et respondent clerici:* Amen. *Et dicit Diaconus excelsa voce:* Humiliate vos ad benedictionem. *Data benedictione, rursus dicat Diaconus excelsa voce:* Procedant competentes; *et respondent acolythi similiter.* ⁜ *Tunc egrediuntur foras.* f. 119ʳ.

*Ita eo ordine faciendum est per singula scrutinia, et dominicis diebus, post Evangelium lectum, usque dominicam in ramis palmarum.*

Item in tertia ebdom. *per singulas ferias ad Matutinum vel Vesperas dicit Diaconus, leni voce:* Procedant catechumeni, *simplum:* in alia ebdomada *duplum:* Procedant catechumini: catechumini procedant; *et respondent acolythi de foris cancellis similiter.*

Item feria vi *per singulas Lectiones*, et dominicis diebus *per singulas orationes, vociferantur ostiarii, tribus vicibus:* Ne quis catechuminus, *per singulas regias.*

*Transacta media quadragesima, addunt praedicti ostiarii:* Ne quis catechuminus. Ne quis. *usque in ramis palmarum.*

Finito signaculo, Competentes vadunt ante altare extra cancellos, et Presbyter ebdomadarius retro altare dicit: Dominus vobiscum, et ℟ clerici: Et cum spiritu tuo. Et Diaconus ad cornu altaris dicit excelsa voce: Superius vos fideles. Competentes, cervicem flectite. Erigite vos ad Dominum, pariter date Deo honorem. Et ℟ omnis chorus: Amen. Et Diaconus dicit: Humiliate vos ad benedictionem. Tunc admonendi sunt Catechumini ab Acolythis ut caput inclinent. Tunc Presbyter dicit orationem. Dicta oratione, Diaconus dicit: Procedant Competentes. His omnibus peractis, procedant; et Vesperum inchoatur.

Sequenti die Dominico (*intellige Dominicam de Abraham*), lecto Evangelio, omnes Catechumeni intrant in ecclesiam; et Presbyter, et Diaconus, et Ostiarii eo ordine dicunt omnia, quae dixerunt hesterno Sabbato, finito signaculo. Sic faciendum est in sequenti Sabbato de Coeco (*Sabb. III.*) et Dominica (*De coeco*).

In Sabbato autem de Lazaro (*Sabb. IV*) omnes pueri, masculi et foeminae, sunt scribendi: et post interrogationem Diaconi, duo Presbyteri cum camisio et orario stant ad ostia, ubi catechumini intraturi sunt, cum oleo sanctificato, et perungunt illos in pectore, et dicunt: Ego te lino oleo salutis in Christo Ihesu Domino nostro in vitam æternam. Item signandi sunt infantes (*intellige signo crucis, dum recitatur Exorcismus S. Ambrosii*) uti mos est; in Sabbato de Abraham (*Sabb. II*) tribus vicibus: in sabbato de Caeco sex vicibus; in sabbato de Lazaro octo vicibus. In traditione autem Symboli (*Sabbato V*), finita Missa, omnia tintinnabula sunt sonanda, et cuncta ostia claudenda. Tunc nullus nisi catechuminus expellendus est. Et Presbyter ebdomadarius cum orario et cappa retro altare salutat (℣ *Dominus vobiscum*); et Diaconi per ordinem cum orario dicunt has voces: Si quis catechuminus, procedat. Si quis Judaeus,

## FERIA II DE QUADRAGESIMA.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Deus in nomine tuo. ℣ Quoniam alieni. *Ad lect.* ℟ Convertimini ad me. ℣ Attendite populus. ℟ Tibi, Domine, placeat. ℣ Rogamus te, Domine. *In Benedictus.* Benedictus Dominus. *In quinquagesimo.* Miserere mei, quia peccavi tibi, Domine, Deus meus. *Orat. require in Cotidianis:* Deus auctor lucis. *In Laudate.* In excelsis, Angeli eius, laudate Dominum. *Capit.* Caeli enarrant. *Directus psalmus.* (1) Deus in nomine tuo. *Seq.* Gloria in excelsis Deo. *Hymnus.* Splendor paternae. *mat.* (2) Conserva me, Domine, quoniam in te speravi; conserva me Domine. ℣ Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bo-

PROCEDAT. SI QUIS PAGANUS, PROCEDAT. SI QUIS HAERETICUS, PROCEDAT. CUIUS CURA NON EST, PROCEDAT: et Ostiarius similiter. Et Diaconus, antequam dicat has voces, et postea, per singulas, osculetur altare. His dictis, cantatur: VENITE FILII. Deinde Archiepiscopus vadit in sacrarium ad se praeparandum: necnon Primicerius Lectorum cum lectoribus suis induunt se planetis, et veniunt tollere licentiam ab Archiepiscopo ad aperiendas januas pueris. Et pergendo orant in tribus locis: semel in choro; deinde iuxta gradum (*pulpitum?*), tertio iuxta regias. Et tunc aperiunt valvas pueris, et dicunt: INGREDIMINI, FILII, IN DOMUM DOMINI, AUDITE PATREM VESTRUM DOCENTEM VOS VIAM SCIENTIAE. Et revertendo orant similiter tribus vicibus. Et semper portat Primicerius tabulas et colurna virgulta, intus cum foliis (cf. *Beroldus*, ed. *Magistretti*, *nota 191*). Tunc incipitur Symbolum ab Archiepiscopo vel Presbytero ebdomadario. Tradito Symbolo, Archiepiscopus vel ebdomadarius Presbyter, retro altare dicit: DOMINUS VOBISCUM. Et Diaconus refert ea quae in ceteris Sabbatis dicta sunt: SUPERIUS VOS FIDELES, etc. Et sic omnes pueri procedunt; et Vesperum inchoatur ».

Hucusque cod. ambros. V.; quae sequuntur in ed. Muraturiana, l. c., ex officio Sabb. Sancti, eiusdem cod. V., deprompta, ad hunc locum non pertinent. Lector Ordinem superius descriptum, prae oculis habeat, ut rite intelligat rubricam in Manuali nostro, post Vesperas Dominicae in Capite Quadragesimae, descriptam.

1. FERIA II: FERIA II. ET EBDOM. I. DE QUADRAG. M. — 7. M. add. rubr.: « *Hic debet sacerdos dicere bis* Dominus vobiscum. *Et acolythi debent dicere:* Ne quis catecuminus *simplum. Postea sacerdos subsequitur ad tres orationes. Finita ultima oratione, ante salutationem pontificis vel sacerdotis, statim primicerius lectorum dicit leni voce cum lectoribus suis psalmum unum cum octo versibus, cum antiphona, incipiens a* Beati immaculati, *usque in ramis palmarum, praeter diem sabbati et Dominicum. Incipit matutinum* (*sic*): Beati immaculati. ℣ (*psal. 118*) Beati

(1) Psalm. 53. (2) In all. Codd. et Antiphonariis, fere semper, loco sigl. « *mat.* » legitur: « *Graduale* »: ita ex gr. in S., « *grad. min. lector.* ».

norum meorum non eges. ℟ *in bapt.* Declara super ✝ nos, f. 120. Deus, tuam misericordiam. ℣ Declaratio sermonum tuorum inluminat me, et intellectum dat parvulis: tua misericordia. *Ant.* Rex meus et Deus meus, ad te orabo, Domine, mane. ℣ (1) Verba mea auribus. *Alia* Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. ℣ (2) Quam amabilia sunt.

*Psalmell. de Genesi.* Dum deambularet Dominus in paradiso ad auram post meridiem, vocavit Adam: Ubi es? Vocem tuam audivi, et abscondi me. ℣ Quis enim indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo praeceperam tibi ne comederes, comedisti? Vocem.

AD MISSAM. *Psalmell. de Genesi.* Domine, Dominus no-

qui scrutantur. *In Laud.*, etc. » *ut in* R. De his 8 vers. psalm. 118 ad Laud., in singulis feriis quadr., sabb. exceptis, cf. *Beroldus*, p. 85, l. 5 et seq.

6-7. M. add.: « *Complet.* Ostende nobis Domine. — *Mane facto, letania ad S. Ambrosium* (cf. *Beroldus*, p. 83, ll. 19-28). *Ant.* I. Convertimini ad me. II. Domine Deus virtutum. ℟ Convertimini ad me. ℣ Attendite populus. III. Peccavimus ante. ℟ Tibi, Domine, transeat (*corr.* placeat). ℣ Rogamus te. *Ant.* Misereris omnium. *Ant.* Qui fecisti magnalia. *Ant.* Circumdederunt nos ℟ Peccantem me. ℣ Quoniam iniquitatem. *Ad S. Georgium letania. Seq. orat.* Domine, Deus omnipotens, qui concreta (sic). *Ant.* Si fecissemus praecepta. ℟ Convertamur ad Dnum. ℣ Convertamur unusquisque. *Ant.* Iniquitates nostras. ℟ Peccavi, Dne. ℣ Peccavi Dne, peccavi. *Ant.* Vide Dne afflictionem. ℟ Numquid, Dne. ℣ Voce mea. *Ant.* Liberator noster. ℟ In te Dne sperabunt. ℣ Vere dico vobis. *Seq. letania ad S. Ambr. Seq. orat.* Deus qui confitentium tibi. ℟ Rogamus te. ℣ Vita nostra. *Ant. usque in ecclesiam yemalem.* Tu vir Dei. ℟ Dne misereris nobis. ℣ Qui regis Israel. *Ant.* Ne avertas Dne. ℟ Quo ibo. ℣ Si ascendero. *Ant.* Memento Dne. ℟ Dne non secundum. ℣ Peccavimus. *Ant.* Fac nobiscum. *Ant.* Civitatem istam. *Ant.* Genitus noster. ℟ Transeat a me. ℣ Averte faciem. *Ant.* Populus meus. II Propter peccata. III Serviamus Dno. IIII. Adiutor noster. V. Dies tribulationis. *post Kyr. sequitur* Agnus Dei qui tollis. — *Sequitur lectio libri Genesis* Iste generationes caeli et terrae. ℟ Dum deambularet, etc. (*ut in R.; quo finito, M add.*) *Proverbia Salomonis.* Audi, fili mi, disciplinam. *Orat.* Deus, qui ad inneffabilis. *Sequitur.* Benedicat et exaudiat nos Deus. ℟ Amen. *Diaconus:* Procedamus cum pace. ℟ In nomine Christi. *Deinde* Benedicamus Dno. ℟ Deo gratias (cf. *Beroldus*, p. 86, l. 21 et seqq.). — 12. [AD MISSAM] M. add.. « *Ingressa.* Invocabit me. *Lectio libri Genesis.* Fecit quoque Deus Adae. *psalmell.* Dne Deus (*ut in* R). *Proverbia Salomonis* Fili, sapientiae foris. *Cant.* Conserva, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Videns Dnus Ihesus turbas ascendit. *Offert.* Scapulis suis. *Confr.* Dicet Domino, susceptor. *Trans.* Qui cognoscis omnium ». *De Missa in Fer. qua-*

(1) Psalm. 5. (2) Psalm. 83.

ster, quam admirabile est nomen tuum: in universa terra. ℣ Quoniam elevata est magnificentia tua super caelos: in universa terra. *Cantus.* Conserva me, Domine, quoniam in te speravi; dixi Domino: Deus meus tu es.

Ad vesperas. *Lucern.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Sana, Domine, de necessitatibus animas nostras: et ne concludas nos in manus inimici. ℣ Statuisti in spatioso loco pedes meos; miserere mihi, Domine, quoniam tribulor: et ne. *In Magnif.* Magnificat. (1) ℟ *in bapt.* In adiutorium nostrum: tu intende, Domine. ℣ Domine, ad adiuvandum nos festina: tu. *Ant.* In te speravi, salva me, Domine Deus meus. ℣ (2) Ab omnibus persequentibus. *Cap.* (3) Qui habitat in adiutorium.

## FERIA III.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ne in ira tua. ℣ Sana me, Domine. *Ad lect.* ℟ Rogamus te, Domine. ℣ Vita nostra in dolore. ℟ Peccante me cottidie. ℣ Quoniam iniquitatem meam. *In Bened.* Visitavit et fecit. *In quinquagesimo.* Patientiam habe in me, Domine; peccavi, miserere mei. *In Laudate.* Omnes Angeli eius laudate Deum. *Capit.*
120'. Afferte. *Directus* (1) Deus misereatur. ✠ *mat.* Custodi me, Domine, ut pupillam oculi; custodi me, Domine: ℣ Exaudi, Domine, iustitiam meam; intende deprecationem meam. ℟ *in bapt.* Misereatur nobis, et benedicat nos Deus. ℣ Inluminet vultum suum super nos: et benedicat. *Ant.* Mane

*drag.*, *cf.* Berold. p. 87, l. 13 et seq. — *Nota quod per totam quadrag., usque ad Sabb. in traditione symbol. excl., ad Missam semper sumunt. cant. de Domin. praeced., exceptis propriis post Genesim et post Proverbia, quae in seqq. notis referam ex cod. M.*

2-3. in universa: quam admirabile, etc. U. V. Z. M. — 7. concludas: claudas T. — 9. et ne: M. add. rubr. « *Ant. et psalm. et omnes orat. require in ferialibus diebus* ». — 11. nos: me. T. U. V. Z. — 12. M. add.: « *Finita autem Ant. cum quatuor versibus psalmi et ant., statim suscipitur:* Qui habitat in adiutorio, *communiter, sicut psalm. direct.: statim seq. complet.* Benedictus es Dne. *Finita oratione, finitur Vesperum cum XII Kyr.* ». — 20. mei: M add. « *Mat.* Non repellas me a mandatis tuis. ℣ (*ex ps. 118*) In quo corrigit iuvenior ».

(1) Cant. ips., incipiendo a ℣ *Et exultavit.* (2) Ex psalm. 7. (3) Psalm. 90. — In all. Codd. et Antiphonariis, hic et infra, loco sigl. « *Cap.* » legitur: « *Psalmus directus* ». De hoc psalmo cf. *Beroldus*, p. 89, l. 1 et seq. (1) Psalm. 66.

oratio mea praeveniat te, Domine. ℣ (1) Domine Deus salutis. *Complet.* In matutinis.

*Psalmellus de Genesi.* Novit Dominus viam iustorum, et iter impiorum peribit. ℣ Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit.

Ad missam. *Psalmellus.* Deus misereatur nobis: et benedicat nos. ℣ Inluminet vultum suum super nos: et benedicat. *Cantus.* In convertendo Dominus captivitatem Syon, facti sumus sicut consolati.

[Ad vesperas]. *Lucern.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. ℟ In Deo salutari meo, et gloria mea: Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est. ℣ Sperate in eo omnis conventus plebis, et fundite coram illo corda vestra, quia Deus adiutor noster est: Deus auxilii. *In Magnif.* Respice, Domine, humilitatem meam. ℟ *in bapt.* Respice in me, Deus: et miserere mei. ℣ Da potestatem puero tuo, et salvum fac filium ancillae tuae: et miserere. *Ant.* Quam admirabile est nomen tuum, Domine. ℣ (2) Domine Dominus noster. *Cap.* Qui habitat.

## FERIA IIII.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Adiutor noster esto, Domine, ne derelinquas nos; neque despicias nos: Deus salutaris noster. ℣ Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi; miserere mei, et exaudi: Deus salutaris. ℟ *ad lect.* Convertamur ad Dominum. ℣ Convertamur unusquisque. ℟ Peccavi, Domine, peccavi. ℣ Peccavi, Domine, peccavi; et iniquitatem. *In Bened.* Erexit nobis. *In quinquagesimo.* Ego sum qui peccavi, Domine, et inique egi: munda me a peccatis meis; quia potens es, miserere mei. *In Laudate.* Stellae

3-6. M add.: « *Sequentia libri Genesis.* Hic est liber generationis. *psalmel.* Novit, etc. *Proverbia Salomonis.* Fili, si susceperis sermonem meum. *Orat.* Inclina, Dne, precibus nostris ». — 7. Ad Missam: M. add. « *Lect. libri Genesis.* Noe vir iustus atque perfectus. *psalmell.* Deus misereatur, etc. *Proverbia Salomonis.* Fili mi, ne obliviscaris. *Cant.* In convertendo, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Vos estis sal terrae ». — 14. et fundite: effundite. S. T. U. V. Z. M. — 20. M add.: « *Complet.* Benedictus es Dne ». — 25. exaudi: exaudi me. S. T. U. V. Z. M. — 26. unusquisque: *corr. ex* hunus. — 30. mei.: M add.: « *Mat.* Vivam et custodiam sermones tuos. ℣ (*ps. 118*) Retribue servo tuo ».

(1) Psalm. 87. (2) Psalm. 8.

et lumen, laudate Deum. *Capit.* Te decet hymnus. *Psalmus directus.* (1) Deus in adiutorium. *mat.* De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam. ℣ Fiant aures tuae intendentes in voce orationis meae. ℟ *in bapt.* Tibi soli peccavi: miserere mei, Domine: ℣ Averte faciem tuam
121. a peccatis meis, et omnes ⁎ iniquitates meas dele: cor mundum crea in me, Deus: miserere. *Ant.* Inlumina, Domine, vultum tuum super nos. ℣ (2) Deus misereatur nobis.

℟ *de Genesi.* Ponam arcum meum in nubibus, et recordabor foederis mei: ut non inducam ultra aquas diluvii super terram. ℣ Tollam in caelum manum meam, et iurabo per dexteram meam; dicam, Vivo ego in aeternum: ut non inducam ultra.

Ad missam. *Psalmell. de Genesi.* Deus, in adiutorium meum, intende; Domine, ad adiuvandum me, festina. ℣ Confundantur, et revereantur omnes, qui quaerunt animam meam: intende. *Cantus.* De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam.

3. vocem: orationem. — 4. voce: vocem. U. V. M. — 8. *M add.*: « *Compl.* Dne, exaudi orationem », *et Ordinem Litan. hu. fer, ut seq.*, (*de quib. v. Beroldum p. 89, l. 12 et seq.*) « *Or. ad Letan.* Exaudi nos, Deus salutaris noster, et aeternitatis. *Ant.* Convertimini ad me. II. Dne, Deus virtutum. III. Peccavimus ante te, Deus. IIII. Misereris omnium. V. Qui fecisti magnalia. VI. Circumdederunt nos.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Dne miserere *ter* | S. Paule | S. Iacobe | S. Tegla |
| Christe libera nos *ter* | S. Andrea | S. Symon | S. Pellagia |
| S. Maria | S. Iacobe | S. Táddee | S. Galdine |
| S. Michael | S. Iohannes | S. Mathia | S. Ambrosii |
| S. Gabriel | S. Philippe | S. Barnaba | Omnes Sancti |
| S. Raphael | S. Bartholomee | S. Marce | Exaudi Christe *ter* |
| S. Iohannes | S. Thoma | S. Luca | Exaudi Deus *ter* |
| S. Petre | S. Mathee | S. Stephane | Kyr. Kyr. Kyr. |

*Orat.* Dne, Deus o., in cuius iuditio. *Ant.* Si fecissemus praecepta. II. Iniquitates nostras. III. Vide Dne afflictionem. IIII. Liberator noster de gentibus. *Seq.* Kyr. kyr. kyr. *Deinde* Agnus Dei qui tollis. ℣ Gloria Patri. ℟ Sicut erat. *It.* Agnus Dei. ℣ Suscipe deprecationem. *It.* Agnus Dei. *Lectio libri Genesis.* Benedixit Deus Noe. ℟ Ponam, etc. (*ut supra, l. 9*). *Proverbia Salomonis.* Fili, honora Dominum de tua substantia. *Or.* O. s. D. cui sine fine ». — 12. dicam: *om. T.* — 14. Ad Missam: M add. « *Lectio libri Genesis.* Hae familiae iuxta Noe populos. *psalmel.* Deus in adiutorium, etc. *Proverbia Salomonis.* Dnus sapientia fundavit terram. *Cant.* De profundis, etc. *Evang. sec. Matheum.* Nolite putare quoniam veni ».

(1) Psalm. 69. (2) Psalm. 66.

Ad Vesperas. *Lucern.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Salvus ero, Domine, si me consolatus fueris: quamvis indignus ego sim, credo quia salvabis me. ℣ Flecto genua cordis mei, peto veniam magnitudinis tuae: quamvis. *In Magnif.* Recordare, Domine. ℟ *diacon.* I. Miserere mei, Deus: secundum magnam misericordiam tuam. ℣ Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: secundum. ℟ II. Peccata iuventutis meae ne memor fueris, Domine: quia tu, Domine, suavis et rectus es. ℣ Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim: quia tu, Domine. ℟ III. Miserere mihi, Domine, quoniam ad te clamavi tota die. ℣ Laetifica animam servi tui, quia ad te, Domine, animam meam levavi: tota die. ℟ *in bapt.* Adiuva me, Deus, et salvus ero: adiuva me, Domine. ℣ Et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor illi: adiuva. *Ant.* Iustus Dominus iustitiam dilexit. ℣ (3) In Domino confido.

## FERIA V.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Inclina ad me. ℣ In te, Domine, speravi. *Ad lect.* ℟ Numquid, Domine, peccatorem. ℣ Voce mea ad Dominum. ℟ In te, Domine, sperabunt omnes animae. ℣ Vere dico vobis.

*In Benedictus.* De manu omnium. *In quinquagesimo.* Peccator nimis ego sum, Domine; precor indignus: Miserere mei. *In Laudate.* Quia ipse dixit, et omnia facta sunt. • *Capit.* Laudate pueri. *(Psalm.) directus.* (1) Laudate pueri. ⁑ f. 121
*mat.* Laudate nomen Domini, laudate servi Dominum. ℣ Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. ℟ *in bapt.* Sit nomen Domini benedictum in saecula. ℣ Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini: bene-

5. Domine: M add. rubr.: « *Finita orat., quae est post Magnif., dicat Presb.:* Dominus vobiscum. *Tunc maior Diac. vadit ad cornu altaris, et cantat* ℟ *ibi ad cornu altaris, sicut alia, primicerio lectore indicante sibi, et cantante, si opus fuerit. Alter vero Diac. subsequitur ad aliud* ℟; *tertius ad tertium* ℟ *simili modo.* ℟ I. Miserere, *etc.* »(cf.: *Beroldus*, p. 89, l. 25 et seq.) — 9. tu, Domine: *omn. Z.* — 14. die: M. add.: « *Finito* ℟ *presbyter dicit:* Dnus vobiscum. *Subsequitur haec orat.* Opitulare Deus inopibus. ℟ *in bapt. etc.* ». — 17. M. add.: « *Psalm. direct.* Qui habitat in adiutorio. *Compl.* Benedictus es ». — 25. mei: M add.: « *mat.* Vivifica me, Domine, secundum verbum tuum. ℣ *(ps. 118)* Adhaesit pavimento ».

(3) Psalm. 10. (1) Psalm. 112.

dictum. *Ant.* Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. ℣ (2) Sitivit in te.

*Psalmell. de Genesi.* Dixit Dominus ad Habram: Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui; et veni in terram, quam monstrabo tibi. ℣ Faciamque te in gentem magnam, et magnificabo nomen tuum; benedicam tibi, et eris benedictus: et veni.

Ad Missam. *Psalmell. de Genesi.* Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me. ℣ Quoniam egenus et pauper sum ego. *Cantus.* Domine, exaudi orationem nostram.

Ad Vesperas. *Lucern.* Dominus illuminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Salvum me fac, Domine, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam. ℣ Infixus sum in limo profundi, et non est substantia: usque. *Aliud.* Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quoniam egenus et pauper sum ego. ℣ Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te; miserere mei, Domine: quoniam egenus. *In Magnif.* Exalta, Domine, humiles. ℟ *in bapt.* Adiuva nos, Deus salutaris noster. ℣ Propter honorem nominis tui, Domine, libera nos; et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. *Ant.* Respice et exaudi me, Domine, Deus meus. ℣ (3) Usquequo Domine.

## FERIA VI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Deus noster virtus et refugium: adiutor in tribulationibus. ℣ Propterea non timebimus dum conturbabitur terra, et transferentur montes in cor maris: adiutor. *Ad lect.* ℟ Domine, miserere nobis. ℣ Qui regis Israel. ℟ Quo ibo, Domine. ℣ Si ascendero in caelos.

*In Bened.* In sanctitate. *In quinquagesimo.* Peccavi, Domine,
. 122. peccavi, et iniquitatem meam ego ✝ agnosco. *In*

2 M. add.: « *Complet.* Benedicam Dnum ». — 3-7. M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Dixit Dnus ad Abraam: Egredere. ℟ Dixit, etc. *Proverbia Salom.* Fili, noli prohibere. *Orat.* O. s. D., qui ad correptionem ». — 8. [Ad missam]: M. suis locis add.: « *Lect. lib. Genesis.* Facta est fames in terra. *Proverbia Salom.* Fili, suscipe verba mea. *(Evang.) sec. Math.* Amen dico vobis, nisi abundaverit ». — 16. sum ego: ego sum. V. M. — 17. mei: mihi. S. — 20. nostris, etc.: nostris, salutaris noster. V. M. — 31. M. add.: « *mat.* In via tua vivifica me, Dne. ℣ *(ps. 118)* Legem pone mihi Dne ».

(2) Psalm. 62. (3) Psalm. 12.

*Laudate.* In potentatibus eius laudate Deum. *Capit.* Cantemus Domino. *Psalm. directus.* (1) Domine, exaudi orationem: auribus. *mat.* Ne derelinquas me, Domine, Deus meus: ne derelinquas me. ℣ Domine, ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me. ℟ *in bapt.* Mane oratio mea. ℣ Domine Deus salutis. *Ant.* Exurgam diluculo: confitebor Domino. ℣ (2) Paratum cor.

[Mane] *Psalmell. de Genesi.* Factus est sermo Domini ad Abraham, dicens: Noli timere, Abram; ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. ℣ Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldeorum, ut darem tibi terram istam, et possideres eam: ego.

*Tractus.* Adiuva nos, Deus salutaris noster; propter honorem nominis tui, Domine, libera nos; et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: ne quando dicant gentes, Ubi est Deus eorum. ℣ Deus, venerunt gentes in haereditatem tuam, quo inquinaverunt templum sanctum tuum.

Ad vesperas. *Lucer.* Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; elevatio manuum mearum: sacrificium vespertinum. ℣ Domine, clamavi ad te, exaudi me,

3. Deus, etc.: *om.* S. — 5. me, neque, etc.: me, Domine. M. — 7. M. add.: « *Complet.* Exurge, Dne ». — 8-13. [Mane] M. add.: « *Orat. ad letan.* Propitiare, Dne, iniquitatibus nostris. *Ant.* i. Tu vir Dei, ora pro nobis. ii. Ne avertas Dne. iii. Memento, Dne, quoniam. iiii. Fac nobiscum, Dne. v. Civitatem istam. vi. Gemitus noster, Dne. *Seq.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Kyr. kyr. kyr. | S. Paule | S. Laurenti | S. Vite |
| S. Maria | S. Andrea | S. Ypolite | S. Tegla |
| S. Michael | S. Stephane | S. Cassiane | S. Pellagia |
| S. Gabriel | S. Line | S. Vincenti | S. Galdine |
| S. Raphael | S. Clete | S. Corneli | S. Ambrosi |
| S. Iohannes | S. Clemens | S. Cipriane | Omnes Sancti |
| S. Petre | S. Syste | S. Apollinaris | Exaudi Christe |

*Orat.* Deus, qui confitentium tibi. *Ant.* i. Populus meus si in viis. ii. Propter peccata nostra. iii. Serviamus Dno. iiii. Adiutor noster. v. Dies tribulationis. *Seq.* Kyr. kyr. kyr. *Deinde* Agnus Dei. *Lect. lib. Genesis.* Factus est sermo Dni ad Abraham per visionem. ℟ Factus est, etc. *Proverbia Salomonis.* Fili, ausculta sermones meos. *Orat.* Respice propitius, quaes., Dne. — *Lect. lib. Genesis.* Igitur Sarra, uxor Abram. *Tract.* Adiuva nos, etc. (V. *add.*: *Prov.* Fili, audi me, et ne recedas). *Ad Vesp. luc. quod canit summus terminarius in pulpito cum suis versibus.* Dirigatur, etc. » — 17. quo inquinaverunt: coinquinaverunt. V. — 18. S. *cum* V. *add. rubr.* « *Hic salutat sacerdos tantum, et sequitur lucernarium* ».

(1) Psalm. 142. (2) Psalm. 107.

intende voci orationis meae: sacrificium. ℣ Pone, Domine, custodiam ori meo: sacrificium.

℟ Adiutor meus, tibi psallam; quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia mea. ℣ Eripe me de inimicis meis, Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me: Deus meus. *Aliud* ℟ Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua. ℣ Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me: misericordia.

*Psalmellus I.* Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in vita mea. ℣ Psallam Deo meo quamdiu ero: nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in
122'. quibus non est salus. *Psalmell. II.* ⁑ Regna terrae cantate Deo: psallite nomini eius quoniam bonus. ℣ Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius, et fugiant a facie eius, qui oderunt eum. *Psalmell. III.* Apparuit Deus Moysi dicens: Veni, mittam te ad Pharaonem regem, ut educas populum meum de afflictione Aegyptiorum. ℣ Videns vidi afflictionem populi mei, et veni, ut liberarem eos de afflictione. *Psalmell. IIII.* Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum tabernaculi gloriae tuae. ℣ Iudica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea, ingressus sum; et in Domino sperans non infirmabor.

*Ant.* Opera. ℣ (3) Confitebor. *Orat. req. cotid.* Gratias tibi agimus.

## DIE SABBATI [I] DE QUADRAGESIMA.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Ab omni via mala. ℣ A iudiciis tuis. *In Cantemus.* Gloriose honorificaris. *In Confit.* (1)

5. Deus meus: meus *ras. in S.*; *om. 1 ma.* T. — 6. Deus meus: misericordia tua. M. — 9. M. add. init. lect. ante psalmel., et orat. post *psalmel.*, hoc ordine: « *Lect. Deuter.* Locutus est Moyses filiis Israel. *ps.* Lauda, etc. *Orat.* O. s. D., cuius bonitas. II. *Lect. lib. Regum.* Locutus est Samuel ad universam terram. *ps.* Regna terrae, etc. *Orat.* Exaudi nos, Deus salutaris noster, et ne dies. III. *Lect. lib. Levitici* (corr. *Exodi*). Pascebat Moyses oves. *ps.* Apparuit, etc. *Or.* O. s. D., da populo tuo. IV. *Lect. lib. Regum.* Apparuit Deus Salomoni per somnium. *ps.* Dne, dilexi, etc. *Ant.* Opera manuum tuarum. ℣ (*ps. 137*). Confitebor tibi. *In hac etiam die, finitis lectionibus et psalmis et oratione* (de communi) *sine Magnificat, fit finis vespertini officii in choro cum XII Kyr.* ».

(3) Psalm. 137. (1) corr.: « *al. ant.* », ut in M. et all. codd

Dextera manus. *Ad lect.* ℟ Domine, non secundum peccata nostra. ℣ Peccavimus cum patribus. ℟ II. Transeat a me. ℟ Averte faciem tuam.

*In Benedictus.* Inlumina, Domine. *In Confitemini.* Bonum est confidere. *Alia.* Virtus mea. *In Laudate.* In cymbalis. *Capit.* Venite exultemus. *Psalmus directus.* (2) Domine refugium. *mat.* Diligam te, Domine, virtus mea: diligam te, Domine. ℣ Dominus firmamentum meum, et refugium meum: et liberator meus. ℟ *in bapt.* Sit splendor Domini. ℣ Domine, refugium. *Ant.* Non nos derelinquas. ℣ (3) Beati immaculati. *Alia.* Tuus sum ego. ℣ (4) In aeternum, Domine.

Ad missam. *Psalmell.* Domine, misericordia tua in saecula; opera manuum tuarum, ne despicias. ℣ Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, et in conspectu Angelorum tuorum: ne despicias. *Cantus.* Benedicam Dominum, qui mihi tribuit intellectum.

Ad vesperas. *Luc.* Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te. ℟ Revela oculos. ℣ Beati qui scrutantur. *In Magnif.* Suscepit Israel. ℟ *in bapt.* Spera in Domino. ℣ Delectare in Domino. *Ant.* Bonum est confiteri. ℣ (5) Et psallere. *Compl.* Quoniam tu illuminas.

## DOMINICA I. DE SAMARITANA.

Ad matut. ℟ *post hymn,* Dominator Domine. ℣ Domine, exaudi. *Ant.* I. Iustitiam discite. II. Laetor ego, Domine. III. Consideravi, Domine. *Ad lect.* ℟ Paradisi portas aperuit nobis ieiunii tempus. Suscipiamus ipsum orantes et deprecantes: ut in die resurrectionis cum Christo gloriemur. ℣ ✠ Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Commendemus nos in ieiuniis multis: ut in die. ℟ II. Tu dixisti, Domine: Convertimini, filii hominum, quoniam mille anni ante oculos meos: sicut dies hesterna, quae praeteriit. ℣ Mane sicut herba transeat, mane floreat, et pertranseat: quoniam omnes dies nostri defecerunt: sicut dies.

*In Benedictus.* Sedebat Ihesus sic super puteum; mulieri

7. diligam, etc.: *om.* S. — 8. et refugium, etc.: *om.* M. — 11. M. add.: « *Complet.* Repleti sumus ». — 13-7. M. suis locis add.: « *Lect. Isaie proph.* Audite me, audite populus meus. (*epist.*) *ad Ephes.* Dilectio Dei et proximi, malum. (*Evang.*) *sec. Math.* Abiit Dnus Deus sabbato per sata. — 22. M. add.: « *al.* Benedictus es ». — 32. meos: tuos. T. U. V. Z. M.

(2) Psalm. 89. (3) Psalm. 118. (4) Psalm. 118. (5) Psalm. 91.

Samaritanae aquam bibere postulabat. *In Cantem.* Domine, qui regnas semper in aeternum et adhuc, miserere nobis. *In Benedicite.* Anania, Azaria et Misahel servi Dei excelsi, Domino Deo nostro hymnum dicite. *Orat. req. in domin. cotidianis.* Deus, lux vera. *In Laud.* In cymbalis benesonantibus Domino cantate; Angeli eius, laudate Deum. *Capit.* Cantate Domino. *Psalm. directus.* Dominus regnavit. *Sequitur.* Gloria in excelsis. *Hymnus.* Splendor paternae.

*De eccl. in bapt.* Ne memineris, Deus, iniquitates nostras: cito nos anticipet misericordia tua, Domine. ℟ Cum timore et tremore serviamus Domino: ne quando irascatur, et pereamus. Beati omnes qui confidunt in eo. ℣ Nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram; apprehendite disciplinam: ne quando. *Ant.* Melior est, Domine. ℣ (1) Deus, Deus meus, ad te. *De bapt. in aliud.* Indignum me, Domine, salvum facias secundum magnam misericordiam tuam; quoniam peccavi super numerum arenae maris.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuvandum me festina: confundantur et revereantur inimici mei, qui quaerunt animam meam. *Psalm.* Redde mihi laetitiam salutaris tui: Spiritu principali confirma me. ℣ Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam: et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. *Cantus.* Nisi quod Dominus erat in nobis: dicat nunc Israel, nisi quod Dominus erat in nobis. ℣ I. Anima nostra erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus. ℣ II. Adiutorium ✝ nostrum a Domino, qui fecit caelum et terram.

123'. *Post Evang. lectum dicit Diaconus*: Qui vult nomina sua dare, iam offerat.

*Post Evang.* Tollam vos de gentibus, et effundam super vos aquas mundas: lavamini ab omnibus iniquitatibus ve-

13. iudicatis: habitatis. V. — 16. facias: facies. T. — 17. M. add. rubr. ut in Beroldo, ed. Magistretti, pag. 91, l. 1-30: « *De Dominica de Samaritana* » — 20-29. *M. suis locis add.:* « *Lecl. libri Exodi.* Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. *psalmell.* Redde, etc. *Epist. ad Ephes.* Audita fide vestra, et dilectione, quae est in Christo Ihesu. *Cantus.* Nisi, etc. (*Evang.*) *sec. Ioan.* Venit Dominus Ihesus in civitatem Samariae, quae dicitur Sichar. *Hic dicat Diaconusexcelsa voce:* Qui vult, etc. ».

(1) Psalm. 62.

stris: dabo vobis cor novum, et spiritum rectum in nova in visceribus vestris. *Offert.* Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, et dixit; precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, et dixit *(sic)*: Quare, Domine, irasceris in populo tuo; parce irae animi tui; memento Abraham, Isaac et Iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel: et placatus factus est Dominus de malignitate quam dixit facere populo suo. *Confr.* Si scires, quod esset donum Dei, tu a me petisses aquam vivam, dicit Dominus: et qui biberit ex ea non sitiet in aeternum, sed fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. *Trans.* Dicit Dominus Samaritanae: Qui biberit aquam quam ego dabo, non sitiet in aeternum, sed fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Dicit ei mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut bibam, et non sitiam.

Ad vesperas. *Ant. in ch.* Deus misereatur nobis. ℟ In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia: ut non vituperetur ministerium nostrum. ℣ Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes ullam offensionem: ut non vituperetur. *Ant. in Psalm.* In spiritu et veritate veri adoratores adorabunt patrem. ℣ (1) Laudate pueri. II. Sedebat Ihesus. ℣ (2) In exitu. *In Magnif.* Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me; ‡ dicit Dominus. f. 1

*Psall. in bapt.* Levate oculos vestros, et videte regiones quia albae sunt iam ad messem. ℟ Domine, ne obliviscaris. ℣ Desiderium pauperum. *Ant.* Domine Deus meus. ℣ (3) Benedic, anima mea. *De bapt. in aliud.* Qui biberit aquam, quam ego do, dicit Dominus Samaritanae, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.

## FERIA II.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Deus, in nomine tuo. ℣ Quoniam alieni. *Ad lect.* ℟ Domine, secundum actum. ℣ Peccavi, Domine, peccavi tibi. ℟ II. Recordare, Domine. ℣ Exaudi, Domine. *In Bened.* Benedictus. *In quinquag.* Miserere mei, Deus, et a delicto meo munda me, quia tibi

16. Deus, etc.: *in M. al. ant.*: « Ad vesperum demoretur ». — 21-22. *In M. al. ordo ant.; in* Laudate, *ant.* Sedebat Ihesus; *ad psal.* In exitu. *ant.* Qui vult, etc. ».

(1) Psalm. 112. (2) Psalm. 113. (3) Psalm. 103.

soli peccavi. *In Laud.* Laudate. *Capit.* Caeli enarrant. *Psalmus direct.* Deus, in nomine tuo. *mat.* Conserva me. ℣ Dixit Domino. ℟ *in bapt.* Declara. ℣ Declaratio sermonum. *Ant.* Rex meus. ℣ (1) Verba mea.

*Psalmel. de Genesi.* Servite Domino in timore, et exultemus ei cum tremore. ℣ Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania: astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum.

Ad missam. *Psalmel. de Genesi.* Obsecro, Domine, ne irascaris servo tuo. Quia semel coepi, loquar ad te, Ne perdas iustum cum impio: sed deprecor te, Domine, ne facias consummationem. ℣ Peccavimus tibi, Domine, peccavimus tibi: sed. *Cantus.* Conserva me, Domine.

Ad vesperas. *Luc.* Dominus illuminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Sana, Domine. ℣ Statuisti. *In Magnif.* Magnificat anima. ℟ *in bapt.* In adiutorium. ℣ Domine, ad adiuvandum. *Ant.* Timentes autem. ℣ (2) Domine, quis habitabit. *Cap.* Qui habitat.

## FERIA III.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ne in ira tua. ℣ Sana me, Domine. *Ad lect.* ℟ Scio culpas. ℣ Ego autem ad flagella. ℟ ii. Commovisti, Domine. ℣ Deus repulisti. *In Bened.* Visitavit. *In quinquag.* Iniquitatem meam, Do-
124'. mine, ego agnosco: et peccatum meum contra me est semper: miserere mei, Deus. *In Laud.* Angeli eius laudate Deum. *Cap.* Afferte Domino. *Psalm. direct.* Deus, misereatur. *mat.* Custodi me. ℣ Exaudi Domine. ℟ *in bapt.* Misereatur nobis. ℣ Inluminet. *Ant.* Mane oratio. ℣ (1) Domine Deus salutis.

1. peccavi: *M. add.:* « *Mat.* Veniat super nos misericordia tua, Domine. ℣ *(ps. 118)* Et veniat ». — 4. *M. add.:* « *Ant.* Cor meum. ℣ *(ps. 83)* Quam amabilia. *Compl.* Ostende nobis. — *Lect. lib. Genesis.* Postquam nonaginta novem annorum ». — 5-6. exultemus: exultate. T. V. — 8. *M. add.:* « *Proverbia Salom.* Fili: sex sunt quae odit Deus. *Orat.* Domine Deus, qui timore sentiris. — 9-13. *M. suis locis add.:* « *Lect. lib. Genesis.* Apparuit Dominus Abrahae. *Proverb. Salom.* Fili: audi me, et attende meos sermones. *(Evang.) sec. Math.* Esto consentiens adversario tuo ». — 25. Deus: *M. add.:* « *Mat.* Memento verbi tui servo tuo. ℣ *(ps. 118)* In quo mihi spem dedisti ». — 28. M. add.: « *Compl.* In matutinis, Dne.

(1) Psalm. 5. (2) Psalm. 14. (1) Psalm. 87.

*Psalmel. de Genesi.* Exurge, salva me, Domine Deus meus. ℣ Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me: multi insurgunt adversum me; multi dicunt animae meae: non est salus illi in Deo eius.

Ad missam. *psalmel. de Genesi.* Deus misereatur. ℣ Inluminet. *Cantus.* In convertendo.

Ad vesperas. *Luc.* Dominus illuminatio. ℣ Deus protector. ℟ In Deo salutari. ℣ Sperate in eo. *In Magnif.* Respice, Domine. ℟ *in bapt.* Respice in me, Deus. ℣ Da potestatem. *Ant.* Conserva me, Domine, quoniam in te speravi. ℣ (2) Dixi Domino: Deus. *Cap.* Qui habitat.

## FERIA IIII.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Adiutor noster. ℣ Exaudi, Domine, vocem. *Ad lect.* ℟ Precamur, Domine. ℣ Nos quoque oramus. ℟ Liberet nos Domine. ℣ Peccavimus tibi, Domine, peccavimus. *In Bened.* Erexit nobis. *In quinquagesimo.* In iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea: a delicto meo munda me, Domine, Deus meus. *In Laud.* Caeli caelorum. *Capit.* Te decet hymnus. *Psalm. direct.* Deus in adiutorium. *mat.* De profundis clamavi. ℣ Fiant aures. ℟ *in bapt.* Tibi soli peccavi. ℣ Averte faciem tuam. *Ant.* Inlumina, Domine, vultum tuum super nos. ℣ (1) Deus misereatur nobis.

1-4. *M. add.*: « *Lect. lib. Genesis.* Venerunt duo Angeli. *psalmel.* Exurge, etc. *Proverb. Salom.* Fili: timor Domini odit malum. *Orat.* O. s. D., cuius indignatio tarda est. — 5-6. *M. suis locis add.*: « *Lect. lib. Genesis.* Profectus inde Abraham. *Prov. Salom.* Filii: audite disciplinam. (*Evang.*) *sec. Math.* Audistis, quia dictum est ». — 11. M. add.: « *Compl.* Benedictus es ». 19. meus: M. add. « *mat.* Misericordia tua, Dne, plena est terra. ℣ (*ps. 118*). Portio mea ». — 23. M. add.: « *Compl.* Dne, exaudi orationem. — [Mane] *Orat. ad Letan.* Deus, cui nihil est impossibile. *Ant.* I. Convertamur unusquisque. II. Quem deprecemur, qui te. III. In te speraverunt patres nostri. IIII. Media vita in morte. V. Anima mea cessa. *Sequitur* Kyr. kyr. kyr.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Maria | S. Paule | S. Damiane | S. Armagora (*sic*) |
| S. Michael | S. Andrea | S. Antime | S. Dati |
| S. Gabriel | S. Stephane | S. Leonti | S. Tegla |
| S. Raphael | S. Babilla | S. Euprepi | S. Pellagia |
| S. Iohannes | S. Romane | S. Ureisine (*sic*) | S. Galdine |
| S. Petre | S. Cosma | S. Leochate | S. Ambrosi |

Omnes Sancti *Oratio.* Conserva in nobis, quaes., Dne. *Ant.* (1) Peccavimus,

(2) Psalm. 15. (1) Psalm. 66.

*Psalmel. de Genesi.* Miserere mei, Domine, et exaudi orationem meam. ℣ Cum invocarem te, exaudisti me, Deus iustitiae meae: in tribulatione dilatasti mihi; miserere mei, et exaudi orationem meam.

Ad missam. ℟ Angelus Domini vocavit Abraham dicens: Ne extendas manum tuam super puerum: ideo quod timeas Dominum. ℣ Per memetipsum iuro, dicit Dominus, nisi benedicam te: ideo. *Cantus.* De profundis.

Ad vesperas. ℟ Salvus ero. ℣ Flecto genua. *Ant.* Benedicat te Dominus ex Syon, et videas quae bona sunt Yerusalem. ℣ (2) Beati omnes. *In Magnif.* Recordare, Domine. ℟ *diacon.* Iniquitatem meam ego pronuntio; et cogitabo pro peccato meo: ne derelinquas me, Domine Deus meus. ℣ Quoniam iniquitates meae superposuerunt caput meum, et sicut onus grave gravatae sunt super me: ne
125. derelinquas. ℟ II. Abscondi tamquam. * ℣ Averte faciem. ℟ III. Domine, non secundum peccata nostra. ℣ Peccavimus cum patribus. ℟ *in bapt.* Adiuva me, Deus. ℣ Et refloruit caro. *Ant.* Ab occultis meis munda me. ℣ (3) Et ab alienis.

## FERIA V.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Inclina ad me. ℣ In te, Domine, speravi. ℟ *ad lect.* A facie furoris. ℣ Dies mei sicut. ℟ Includite eleemosynam. ℣ Bona est oratio cum. *In Bened.* De manu omnium. *In quinquag.* Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor. *In Laud.* Montes et omnes. *Cap.* Lau-

Dne, peccatum nostrum. II. Aufer iram tuam a nobis. III. Peccavimus, peccavimus ante faciem. IIII. Dne, si inquiras cordis. Kyr. kyr. kyr. *Seq.* Agnus Dei. — *Lect. lib. Genesis.* Eo tempore dixit Abymelec. *Psalmellus.* Miserere, Dne, etc. *Proverb. Salom.* [Fili. Principium sapientiae timor]. *Orat.* Deus. qui sola nos miseratione ».

3. miserere, etc: *om.* T. U. V. M. — 5-8. Ad missam. M. add.: « *Lect. libri Genesis.* Temptavit Deus Abraham. ℟ Angelus Domini, etc. *Proverbia Salom.* Filius sapiens laetificat patrem. *Cant.* De profundis. (*Evang. sec. Math.* Audistis quia dictum est ». — 6. ideo: video. T. U. V. Z. M. — 9. M. add.: « *Luc.* Dominus inluminatio. ℣ Dnus protector ». — 16. ℟ II. M. add. rubr.: « *req. in letan. in tertio die ad S. Celsum.* — 17. ℟ III. M. add. rubr: « *req. in primo die letan. ad S. Naborem* ». — 18. patribus: M. add.: « *Orat.* Opitulare, Deus ». — 20. M. add.: *Psalm. dir.* Qui habitat ». — 27. dealbabor: M. add.: « *mat.* Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me, Domine. ℣ (*ps. 118*). Bonitatem fecisti ».

(2) Psalm. 127. (II de commun. fer. IV). (3) Psalm. 18.

date pueri. *Psalm. direct.* Laudate pueri. *mat.* Laudate nomen. ℣ Qui statis in domo. ℟ *in bapt.* Sit nomen Domini. ℣ Laudate pueri. *Ant.* Deus Deus meus ad. ℣ [1] Sitivit in te anima.

*Psalmel. ad lect.* [2] Verba mea auribus percipe, Domine. ℣ Intellige clamorem meum; intende voci orationis meae, rex meus et Deus meus.

Mane *(sic)* Ad missam. *Psalmel.* Domine, Deus domini mei Abraham, benedic viam meam, ut revertar cum salute in domum domini mei. ℣ Deus, qui eduxisti me de terra nativitatis meae, et de domo servitutis liberasti me: benedic. *Cantus.* Domine, exaudi.

Ad vesperas. ℟ *in choro.* Benedictus Deus domini mei Abraham, quoniam non abstulit misericordiam suam et veritatem a domino meo: et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. ℣ Cucurrit puella, et nuntiavit in domo matris suae omnia quae audierat: et recto. *In Magnif.* Exalta, Domine. ℟ *in bapt.* Adiuva nos, Deus. ℣ Propter honorem. *Ant.* In Domino sperans non infirmabor. ℣ [3] Iudica me, Domine, quoniam ego.

## FERIA VI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Deus noster, virtus *(sic).* ℣ Propterea non timebimus. *Ad lect.* ℟ Angelus tuus. ℣ Noli claudere, Domine. ℟ Fac nobiscum, Domine. ℣ Domine, exaudi. *In Bened.* In sanctitate. *In quinquag.* Auditui nostro dona, Domine, gaudium; et laetitiam reple populo tuo. *In Laud.* In firmamento. *Capit.* Cantemus. *Psalmus direct.* Domine, exaudi orationem. *mat.* Ne derelinquas me. ℣ Domine, ne in ira. ℟ *in bapt.* Mane oratio. ℣ Do-

5-7. M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Vixit autem Sarra centum viginti annos. *Psalmel.* Verba mea, etc. *Proverbia Salom.* Fili: qui ambulat simpliciter. *Orat.* Exaudi, Dne, tuorum ». — 8. Ad Missam: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Erat Abraham senex. ℟ Dne, Deus domini mei, etc. *Proverb. Salom.* Fili: iustus in aeternum. *Cant.* Dne, exaudi orationem. (*Evang.*) *sec. Math.* Attendite ne iustitiam vestram faciatis ». — 13. M. add.: « *Luc.* Dnus illuminatio ». — 16. nuntiavit: annuntiavit. V. — 20. M. add.: « *Psalm. dir.* Qui habitat. *Compl.* Benedictus es ». — 26. reple: redde. T. — 27. tuo: M. add.: « *Mat.* Veniant mihi miserationes tuae, Dne. ℣ (*ps. 118*) Manus tuae fecerunt ».

() Psalm. 62. (2) lege: *Genesim.* (3) Psalm. 25.

mine, Deus salutis. *Ant.* Exurgam diluculo. ℣ (1) Paratum cor.

*Psalmell. de Genesi.* Veni hodie ad fontem aquae, et oravi Dominum dicens: Domine, Deus Abraham, tu prosperum
125'. fecisti ✱: desiderium meum. ℣ Ego ad Deum clamavi, et Dominus exaudivit: desiderium.

Ad vesperas. *Tractus.* Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent; euntes ibant et flebant mittentes semina sua: venientes autem venient in exultatione portantes manipulos suos. ℣ In convertendo Dominus captivitatem Syon, facti sumus sicut consolati.

*Luc.* Dirigatur oratio. ℣ Domine, clamavi. ℣ Pone, Domine. ℟ Exaudi me, Domine. ℣ Secundum multitudinem.

*Psalmell.* i. Benedic, anima mea, Dominum, et omnia interiora mea, nomen sanctum eius. ℣ Benedic, anima mea, Dominum; et noli oblivisci omnes retributiones eius. ii. Non

2. M. add.: « *Compl.* Exurge, Dne, adiuva nos. — *Orat. ad letan.* Adesto, Dne, supplicationibus nostris. *Ant.* (i) In te, Dne, speramus, non confundamur. ii. Dne, non sumus digni. iii. Dne, si iratus fueris. iiii. Muro tuo inexpugnabili. v. Exaudi, Dne, voces. Kyr. kyr. kyr.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Maria | S. Gervasi | S. Theodore | S. Galdine |
| S. Stephane | S. Victor | S. Faustine | S. Ambrosi |
| S. Nazari | S. Nabor | S. Iobita | Omnes Sancti |
| S. Celse | S. Felix | S. Tegla | Exaudi, Christe |
| S. Protasi | S. Georgi | S. Pellagia | Exaudi, Deus. |

*Alia Orat.* Deus, qui diligentibus te bona invisibilia. *Ant.* (i) Peccavimus, Dne, peccavimus; parce. ii. Erigat nos dextera. iii. Dne. inclina aurem tuam et audi. *Seq.* Kyr. kyr. kyr. *deinde* Agnus Dei. — *Lect. lib. Genesis.* Habebat autem Rebecca fratrem. ℟ Veni hodie, etc. *Proverbia Salom.* Fili: fructus iustitiae. *Orat.* O. s. D., qui nos castigando, sanas ». 5. Deum: Dominum. V. M. — 6. Dominus exaudivit: *corr. ex* Dnum. etxaudiv. — 7-11. Ad vesp.: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Surgens autem mane. *Tract.* Qui seminant, etc. *Proverbia Salom.* Fili: de fructu oris tui ». — 14. *M. ante psalmel. ponit init. Lect., et post eosdem Orat., hoc ordine:* « *Lect. lib. Regum.* Accedens Elias ad omnem populum. *Psalmellus.* Benedicat anima, etc. *Orat.* O. s. D., qui facturam tuam. (ii). *Lect. lib. Genesis.* Locutus est Dnus ad filios Israel, dicens: Ego sum Dnus Deus vester. *Psalmel.* Non discedimus, etc. *Orat.* Dne, Deus o., qui pulsantibus. (iii) *Lect. lib. Regum.* Puer Samuel pascebat atque crescebat. *Psalmel.* Respice, etc. *Orat.* Propitiare, Dne, famulis tuis, et clementer gratiae tuae super nos dona multiplica: ut fidei, speique et charitatis amore ferventes, semper in mandatis tuis vigili custodia perséverent. Per. (iv) *Lect. Deuteronomii.* Vocavit Moyses omnem Israel, et dixit. *Psalmel.* Timete, etc. *Ant.* Opera, etc. ».

(1) Psalm. 107.

discedimus a te, vivificabis nos; et nomen tuum invocabimus. ℣ Qui regis Israel, intende; qui deducis velut ovem Ioseph. III. Respice et exaudi me, Domine, Deus meus. ℣ Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem; quousque avertis faciem tuam a me. IIII. Timete Dominum, omnes sancti eius; quoniam nihil deest timentibus eum. ℣ Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo. *Ant.* Opera. ℣ (2) Confitebor.

## SABBATO II.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ab omni via. ℣ A iudiciis tuis. *In Cantemus.* Dextera manus. *Ad lect.* ℟ Te deprecamur, Domine. ℣ Domine, exaudi. ℟ Peccavimus tibi. ℣ Quoniam mandatis tuis. *In Bened.* Inlumina, Domine. *In Confitemini.* Bonum est confidere. *Alia.* Virtus mea. *In Laud.* In cymbalis bene. *Capit.* Venite, exultemus. *Psalmus direct.* Domine, refugium. *mat.* Diligam te. ℣ Dominus firmamentum. ℟ *in bapt.* Sit splendor. ℣ Domine, refugium. *Ant.* Non nos derelinquas. ℣ (1) Beati. *Alia.* Tuus sum ego. ℣ (2) In aeternum.

Ad missam. *Ingressa.* Deus in adiutorium. *Psalmell.* Domine, misericordia tua. ℣ Confitebor. *Cantus.* Benedicam. *Offert.* Precatus est. *Confract.* Si scires quod esset. *Transit.* Dicit Dominus Samaritanae.

### *Exorcismus Cineris.*

Exorcizo te, cinis, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, f. 126
et Ihesu Christi Filii Dei ✠ et Spiritus sancti: qui te

1. a te: *corr. ex* ad te. — 5. omnes: *om.* T. — 6. eius: *om.* U. — 8. Confitebor: M. add.: « *Orat.* O. s. D., qui facturam tuam pio semper gubernas affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris: et famulos tuos nimia tribulatione laborantes, placido intuere obtutu. Per. *Al. Orat.* Dne, D. o., qui pulsantibus misericordiae tuae ianuam pandis, respice propitius super famulos tuos remissionem peccatorum poscentes: ut qui lacrymarum gemitibus suppliciter deprecamur, serena tranquillitate portum salutis arripere valeamus. Per ». — 11. *In Cantemus, etc.*: « *Ant.* Gloriose honorificaris. *Al.* Dextera manus ». M. — 19. M. add.: « *Ant.* In caelis praeparabitur. ℣ (*ps. 118*). Misericordias tuas. *Compl.* Repleti sumus mane ». — 21-24. *M. suis locis add.*: « *Lect. Esaye proph.* Beatus homo qui habet in Syon semen. *Psalm.* Dne, etc. (*Epist.*) *ad Ephes.* Estote imitatores Dei. *Cant.* Benedicam. (*Evang.*) *sec. Marc.* Abiit Dnus Ihesus in patriam suam ». — 24. M. add. rubr., ut in *Beroldo*, ed. Magistretti, p. 92. l. 2-11: « *In secundo Sabbato.* Exorcizo te, cinis ». — 25. cineris: *corr.* ex cinis.: cinis ✠. M. — omnipotentis ✠. M.

(2) Psalm. fer. VI ad Vesp. (1) Psalm. 118. (2) Ex psalm. 118.

per ignem in favillam converti praecepit: ut sicut iussione Dei per sanctum famulum eius Moysen cinis vitulae in populo aspersus omnem congregationem Israel sanctificavit; ita et tu exorcizatus in nomine Trinitatis, in terra et cilicio aspersus, in eis, qui scrutinio *(sic)* sunt habituri superstantes vel transituros *(sic)* diabolus non lateat; sed manifestetur atque expellatur, ut puri et sinceri inveniantur. Te autem petimus et rogamus, Pater omnipotens, ut sicut Ninevitarum populus ad praedicationem Ionae prophetae, misericordiam tuam, Domine, exorantes, suorum veniam meruerunt consequi peccatorum; ita et hi qui ad tuam gratiam percipiendam venire desiderant, amputatis carnalibus maculis, per sacri baptismatis regenerationem suorum finem constituant vitiorum. Per eundem in unitate.

*Item dicat diaconus excelsa voce ad cornu altaris:* Superius vos fideles. Orate competentes. Cervicem flectite. Erigite vos ad Dominum: pariter date Deo honorem. Amen.

*Oratio super competentes.* Exaudi, Domine, supplicationem familiae tuae, qui fidelium tuorum consortio desiderant sociari: ut die sanctae sollemnitatis clementiae tuae, donum baptismatis percipere mereantur. Per.

*Alia or.* Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius
126'. de excelsa sede maiestatis tuae super hos famulos tuos ⁑ competentes, qui ad tuam concurrunt ecclesiam: concede eis, Domine, ut sub protectione manus tuae ad sacri baptismatis gratiam pervenire mereantur. Per. *Item* ℟ *clerici.* Amen. *Tunc dicat diaconus:* Procedant competentes.

AD VESPERAS. *Lucern.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Hymn.* Deus creator. ℟ In omnibus exhibeamus. ℣ Ecce nunc tempus. *In Magnif.* Meus cibus est. ℟ *in bapt.* Spera in Domino. ℣ Delectare. *Ant.* Bonum est confiteri. ℣ (3) Et psallere. *Complet.* Quoniam tu.

5. scrutinio: scratinium. M. — 14. M. add. rubr. ut in *Beroldo*, a pag. 92, l. 12, usque ad pag. 93, l. 28: « *Tunc vadunt*, etc.... *Tunc Presbyter dicit orationem* ». Post verba haec, seq.: « *In omni scrutinio.* etc. » ut pag. 94, l. 1-7. — 19. qui: quae. M. — 26. Per: M. add. rubr. ut in *Beroldo* (pag. 95, l. 29-33). « *Dicta oratione.... Vesperum incipitur* ». — 32. M. add. « (*Compl.*) *al.* Benedictus es ».

## DOMINICA II. DE ABRAHAM.

Ad matut. ℟ *post. hymn.* Cum tribularer, clamavi ad Dominum Deum nostrum; et exaudivit me de ventre inferni: dum anxiaretur in me spiritus meus, recordatus sum tui. ℣ Quaecumque vovi, reddam tibi Salvatori meo Domino: dum. *Ant.* Tollatur impius. II. Non exeat verbum. III. In turbatione. *Ad lect.* ℟ Convertere, Domine, et libera animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam. ℣ Sana me, Domine, quoniam turbata sunt ossa mea, et anima mea turbata est valde: salvum. ℟ Ignosce nobis, Domine, ignosce confitentibus; quia ipse es testis: et iudex quem nemo potest fallere. ℣ Rex aeterne, Domine, rerum creator omnium, qui eras ante saecula semper cum Patre Filius: et iudex.

*In Benedictus.* Caro nos laeta traxit ad culpam, nunc afflicta reducat ad veniam. *In Cantem.* Currus Pharaonis et virtutes eius proiecit in mare; hic est Deus noster: honoremus eum. *In Benedicite.* Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantantes in camino ignis conculcaverunt, benedicentes Deum nostrum. *In Laudate.* In tympano et choro laudate Dominum: in cordis et organo laudate Deum. *Capit.* Cantate Domino canticum. *Psalmus directus.* Dominus regnavit.

*De eccl. in bapt.* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: poenitentiam agite: domus Israel. ℟ Ne proiicias me, Domine, a facie tua; cor contribulatum et humiliatum Deus non spernit. ℣ Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Syon, et aedificentur muri Yerusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiae; oblationes et holocausta ⁑: f. 127 Deus non spernit. *Ant.* Et clamor meus ad te. ℣ (1) Domine, exaudi. *De bapt. in al.* Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. ℣ (2) Cor mundum.

[Ad missam]. *Ingres.* Misericors et miserator Dominus, qui non secundum peccata nostra fecit nobis; sed sicut miseretur pater filiis, ita misertus est nobis Dominus Deus noster. *Psalmell.* Deus, vitam meam nuntiavi tibi: posui

3. nostrum: meum. U. V. Z. M. — 9. mea: « *1 ma., suppl. sup. lin.* » — 14. Filius: *corr. ex* filio. — 19. ignis: *sic in om. codd.* — 25. ℟: ℟ *not. M.* — 36. M. add.: « *Lect. lib. Exodi.* Locutus est Dnus ad Moysen dicens: Fac tibi duas tabulas ».

(1) Psalm. 101. (2) Ex psalm. 50.

lacrymas meas in conspectu tuo. ℣ Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo; tota die bellans tribulavit me. *Cantus.* Ad Dominum cum tribularer clamavi; et exaudivit me. ℣ I. Domine, libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. ℣ II. Heu me, quod incolatus meus prolongatus est habitare cum habitantibus Cedar. *Post Evang.* Respice, Domine, ad fragilitatem generis humani: et require vulnera quae curasti: quia, quantum circa nos pietatem impenderis, amplius quibus miserearis invenies. Extende, quaesumus, medicas manus; et quod infirmum est, cura; quod dubium est, repara; quod integrum, fide perseverante, conserva. *Offert.* Dixit Moyses et Aaron: dixit Moyses et Aaron *(sic)* ad omnem synagogam filiorum Israel: Accedite ante Deum; maiestas Domini apparuit in nube, et exaudivit murmurationem vestram in tempore: et placatus (3). *Confr.* Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum: et vidit, et gavisus est; dicit Dominus. *Trans.* Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis; et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.

AD VESPERAS. *Ant. in ch.* Deus misereatur. ℟ De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi orationem meam. ℣ Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te, Domine: Domine. *In Magnif.* Ego gloriam meam non quaero: est qui quaerat et iudicet.

*De eccl. in bapt.* Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum. ℟ Propitiare, Domine, iniquitatibus nostris; et redimes de interitu: vitam nostram. ℣ Homo, tamquam foenum dies eius; et sicut flos agri ita
127'. ✝ florebit: vita nostra. *Ant.* Et clamor meus. ℣ (4) Domine, exaudi. *De bapt. in aliud.* Abraham pater vester vidit diem meum, et gavisus est; dicit Dominus.

3. M. add.: « *Epist. ad Cor. II.* Vos estis gloria et gaudium ». — 6. M. add.: « *Evang. sec. Iohannem.* Dicebat Dominus Ihesus ad eos qui crediderant et Iudaeos. *Finito Evangelio, omnes catechumini intrent ecclesiam, et presbyter et diaconus et acolythi, eo ordine, dicant omnia, quae dixerunt hesterno sabbato, finito signaculo. Sic faciendum est in sequenti sabbato et dominica de caeco* » (cf. *Beroldus*, pag. 93, l. 21 et seq.). — 8. quantum: tantum. T. — 27. redimes: redime. T. U. V. Z.; M. *1 ma.* redimes.

(3) Reliq. ut in Domin. de Samaritana. (4) Psalm. 101.

## FERIA II.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Deus in nomine. ℣ Quoniam alieni. *Ad lect.* ℟ Spem in alio. ℣ Confitebimur tibi. ℟ II. Abscondi tamquam. ℣ Averte faciem. *In Bened.* Benedictus Dominus. *In quinquag.* Cor mundum crea in me, Deus, et redde mihi laetitiam salutaris tui. *In Laud.* In excelsis Angeli. *Cap.* Caeli enarrant. *Psalm. direct.* Deus in nomine. *mat.* Conserva me, Domine. ℣ Dixi Domino. ℟ *in bapt.* Declara super nos. ℣ Declaratio. *Ant.* Rex meus et Deus. ℣ (1) Verba mea.

Mane. *Psalmell. de Genesi.* Ne in ira tua arguas me, Domine. ℣ Neque in furore tuo corripias me; miserere mei, et exaudi orationem meam.

Ad missam. *Psalmell. de Genesi.* Domine, Dominus noster. ℣ Quoniam elevata est. *Cant.* Conserva me.

Ad vesperas. *Lucern.* [Dominus illuminatio. ℟] Sana, Domine. ℣ Statuisti. *In Magnif.* Magnificat. ℟ *in bapt.* In adiutorium. ℣ Domine, ad adiuvandum. *Ant.* Sedebit Dominus rex in aeternum. ℣ (2) Afferte Domino.

## FERIA III.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ne in ira tua. ℣ Sana me, Domine. *Ad lect.* ℟ Domine, non posuisti. ℣ Flecto genua. ℟ Haec dicit Dominus. ℣ Si custodierint. *In Bened.* Visitavit. *In quinquag.* Redde mihi laetitiam salutaris tui: spiritu principali confirma me, Deus meus. *In Laud.* Omnes Angeli. *Capit.* Afferte. *Psalm. dir.* Deus misereatur. *mat.* Custodi me. ℣ Exaudi. ℟ *in bapt.* Misereatur nobis. ℣ Inluminet. *Ant.* Mane oratio. ℣ (1) Domine Deus salutis.

6. tui: M. add.: « *mat.* Iniqui persecuti sunt me; adiuva me, Dne. ℣ (*ps. 118*) Defecit in salutari tuo ». — 10. M. add. al.: « *Ant.* Cor meum et caro mea. ℣ (*ps. 83*). Quam amabilia. *Compl.* Ostende nobis, Dne ». — 11-13. Mane: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Hae sunt generationes. *Psalmel.* Ne in ira, etc. *Proverb. Salom.* Fili: qui custodit os suum. *Orat.* Deus, qui per adoptionem ». — 14. Ad missam: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Ascendit Isaac ex torrente. *Psalmel.* Dne, Dnus noster, etc. *Proverb. Salom.* Fili: lex sapientis. *Cant.* Conserva, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Orantes autem nolite ». — 16. [Dominus etc.] *supp. in hac ed., ut in M.* — 19. M. add.: «*psalm. dir.* Qui habitat ». — 22. posuisti: *corr. ex* potuisti. — 25. meus: M. add.: « *mat.* Tuus sum ego. ℣ (*ps. 118*). In aeternum, Dne ». — 28. M. add.: « *Compl.* In matutinis, Dne ».

(1) Psalm. 5. (2) Psalm. 28. (1) Psalm. 87.

MANE. *Psalmell. de Genesi.* Accipe arma tua, pharetram et arcum, et affer mihi de venatione tua: ut comedam; et benedicat tibi anima mea. ℣ Cumque venatu aliquid adprehenderis, fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti: ut comedam.

AD MISSAM. *Psalmell. de Genesi.* Surge, pater, comede de venatione filii tui, ut benedicat mihi anima tua. Quo-
28. modo * tam cito invenire potuisti, fili mi? Voluntas Dei fuit, ut cito occurreret mihi quod volebam. ℣ Quis est ille qui dudum captam venationem attulit mihi, et comedi ex omnibus, priusquam tu venires, benedixique ei, et erit benedictus? Voluntas. *Cantus.* In convertendo.

AD VESPERAS. ℟ In Deo salutari. ℣ Sperate in eo. *In Magnif.* Respice, Domine. ℟ *in bapt.* Respice in me. ℣ Da potestatem. *Ant.* Audivit Dominus, et misertus est mihi. ℣ (2) Dominus factus (est) adiutor. *Cap.* Qui habitat.

## FERIA IIII.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Adiutor noster. ℣ Exaudi, Domine. *Ad lect.* ℟ Sacerdotes et levitae. ℣ Universa multitudo. ℟ Pater, peccavi in caelum. ℣ Surgam, et vadam ad patrem. *In Bened.* Erexit nobis. *In quinquag.* Aperi, Domine, labia mea, ut possim cantare gloriam tuam. *In Laud.* Stellae et lumen. *Cap.* Te decet hymnus. *Psalm. directus.* Deus in adiutorium. *mat.* De profundis. ℣ Fiant aures. ℟ *in bapt.* Tibi soli peccavi. ℣ Averte faciem. *Ant.* Inlumina, Domine, vultum. ℣ (1) Deus misereatur.

1-5. MANE: M. add.: « *Sequentia lib. Genesis.* Senuit Isaac. ℟ Accipe, etc. *Proverb. Salom.* Testis fidelis non mentietur. *Orat.* Deus, cuius spiritu regimur ». — 6. AD MISSAM: M. add.: « *Seq. libri Genesis.* Vix Isaac sermonem impleverat. ℟ Surge, etc. *Proverb. Salom.* Fili: corona sapientum. *Cantus.* In convertendo. (*Evang.*) *sec. Math.* Cum ieiunatis nolite fieri ». — 7. ut: et. M. — 15. Audivit: *corr. ex* Aduit. — 22. tuam: M. add.: « *mat.* Ab omni via mala prohibe pedes meos, Dne. ℣ (*ps. 118*). Quomodo dilexi ». — 26. M. add.: « *Compl.* Dne, exaudi orationem. — *Orat. ad letan.* Deus, qui omnipotentiam. *Ant.* (I) Convertere, Israel. II. Convertimini, et agite. III. Deus noster, exaudi. IIII. Terribile est. V. Rex sanctorum Deus. *Seq.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Kyr. kyr. kyr. | S. Felix | S. Alexander | S. Pellagia |
| S. Maria | S. Fortunate | S. Iuvenalis | S. Galdine |
| S. Stephane | S. Vigili | S. Erculane | S. Ambrosi |
| S. Firme | S. Sisinni | S. Cassiane | Omnes Sancti |
| S. Rustice | S. Martyri | S. Tegla | *Seq. Orat.* Deus. |

(2) Ex psalm. 29. (1) Psalm. 66.

*Psalmell. de Genesi.* Si Dominus Deus meus fuerit mecum in via ista, quam ambulabo: et custodierit me, et dederit mihi panem ad edendum, et vestimentum quo operiar, erit mihi Dominus in refugium, et lapis iste in signum. ℣ Votum vovi, etiam dixi: Si Dominus fuerit mecum: et custodierit.

Ad missam. *Psalmell. de Genesi.* Deus in adiutorium. ℣ Confundantur. *Cant.* De profundis.

Ad vesperas. ℟ Salvus ero. ℣ Flecto genua. *In Magnificat.* Recordare. ℟ *diacon.* Domine, defecit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus consumati sunt: libera me de manibus inimicorum meorum. ℣ Inlumina faciem tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua misericordia: libera. ℟ ii. Deus meus, confundor levare faciem meam ad te, quoniam facinora mea conduplicata sunt super me: quia peccavi tibi. ℣ Miserere mihi, Domine, quoniam conculcavit me homo; ⁑ tota die bellans tribulavit me: quia f. 128v.
peccavi. ℟ iii. Vide humilitatem meam et laborem meum, Domine; et dimitte omnia peccata mea: Deus meus, quia te sustinui tota die. ℣ Ad te, Domine... levavi animam meam; Deus meus, in te confido, non erubescam: Deus meus. ℟ *in bapt.* Adiuva me, Deus. ℣ Et refloruit. *Ant.* In tua iustitia libera me, Domine. ℣ (2) In te, Domine, speravi. *Cap.* Qui habitat.

## FERIA V.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Inclina ad me. ℣ In te, Domine. *Ad lect.* ℟ Qui iudicas omnem. ℣ Domine, exaudi orationem. ℟ Ascendat, Domine. ℣ Domine, exaudi. *In Bened.* De manu. *In (quinquag.).* Sacrificium Deo spiritus

qui es mirabilis in operibus, iustus in iu[i]itiis. *Ant.* (1) Non despexisti multum. ii. Dum indignaretur Daus. iii. Propitiare, Dne, creaturae tuae. iiii. Super flumina Babylonis. Kyr. kyr. kyr. *Seq.* Agnus Dei. *Lect. lib. Genesis.* Videns Esau quod benedixisset. ℟ Si Dominus, etc. (*ut sup. l. 1-6*). *Proverbia Salom.* Fili: stultus irridebit disciplinam. *Orat.* Mentem familiae tuae ».

2. quam: qua. T. U. V. Z. M. — 7-8. M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Profectus Iacob venit ad terram. *psalmel.* Deus, etc. *Proverb. Salom.* Filius sapiens laetificat patrem. *Cant.* De profundis. (*Evang.*) *sec. Math.* Nolite thesaurizare ». — 20. Domine: *seq. loc. ras.* — 21. M. add.: « *Orat.* Opitulare Deus ». 29. (*quinquag.*): *suppl. in hac ed.*

(2) Psalm. 30.

contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non spernit. *In Laud.* Quia ipse dixit. *Cap.* Laudate pueri. *Psalm. direct.* Laudate, pueri. *mat.* Laudate nomen. ℣ Qui statis in domo. ℟ *in bapt.* Sit nomen Domini. ℣ Laudate, pueri. *Ant.* Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. ℣ (1) Sitivit.

*Psalmel. de Genesi.* In te speravi; salva me, Domine, Deus meus. ℣ Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Ad missam. *Psalmell. de Genesi.* Inclina, Domine. ℣ Quoniam egenus. *Cantus.* Domine, exaudi.

Ad vesperas. ℟ Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quoniam egenus et pauper ego sum. ℣ Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te; miserere mihi, Domine: quoniam egenus. *In Magnif.* Exalta, Domine. ℟ *in bapt.* Adiuva nos, Deus. ℣ Propter honorem. *Ant.* Verbo Domini caeli firmati sunt. ℣ (2) Gaudete iusti. *Cap.* Qui habitat.

## FERIA VI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Deus noster virtus. ℣ Propterea. ℟ *ad lect.* Peccata mea. ℣ Ego sum, Domine. ℟ Nolite tardare converti. ℣ Nolite sperare in iniquitatem. *In Bened.* In sanctitate. *In quinquag.* Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, si deleveris, Deus, iniquitates nostras. *In Laud.* In potentatibus. *Capit.* Cantemus. *Psalm. direct.* Domine, exaudi. *mater (sic)* (1). Ne relinquas. ℣ Domine, ne in ira. ℟ *in bapt.* Mane oratio. ℣ Domine, Deus salutis. *Ant.* Exurgam diluculo. ℣ (2) Paratum cor.

1-2. spernit: M. add.: « *mat.* Lucerna pedibus meis verbum tuum Dne. ℣ (*ps. 118*). Et lumen semitis meis ». — 5. M. add.: « *Compl.* Benedicam Dnum ». — 6-10. M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Rursum concepit et peperit. *Psalmell.* In te speravi, etc. *Proverb. Salom.* Fili: testis falsus non erit impunitus. *Orat.* O. s. Deus, doce nos. — Ad missam: *Sequentia libri Genesis.* Nato autem Ioseph, dixit. *Psalmel.* Inclina, etc. *Proverb. Salom.* Fili: timor Dni ad vitam. *Cant.* Dne, exaudi. (*Evang.*) *sec. Math.* Lucerna corporis tui est oculus tuus ». — 11 Ad vesp.: M. add.: « *Luc.* Dnus illuminatio, etc. ». — 23. nostras: M. add.: « *mat.* Adiuva me, Dne, et salvus ero. ℣ (*ps. 118*). Iniquos odio habui ». — 27. M. add.: « *Compl.* Exurge, Dne, adiuva. *Orat. ad letanias.* Deus, qui omnem animam confitentium tibi. *Ant.* (1). Impetum inimicorum.

(1) Psalm. 62. (2) Psalm. 32. (1) in atrio (?). (2) Psalm. 107.

*Psalmell. de Genesi.* Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo. ℣ Narrabo omnia ⁑ mirabilia tua: laetabor et f. 129.
exultabo in te; psallam nomini tuo, Altissime.

*Tractus.* Domine, Deus salutis meae, in die clamavi et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meam, Domine. ℣ Quia repleta est malis anima mea, et vita mea ad infernum appropiavit: intret.

AD VESPERAS. *Luc.* Dirigatur. ℣ Domine, clamavi. ℣ Pone, Domine. ℟ Oravit Iacob, et dixit: Domine, qui dixisti mihi, Revertere in terram nativitatis tuae: erue me de manu fratris mei, quia valde eum timeo. ℣ Deus, in cuius conspectu ambulaverunt patres mei, qui docuisti me a iuventute mea: erue me. *Psalmell.* I. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero. ℣ Diligam te, Domine, virtus mea: Dominus firmamentum meum et refugium meum. II. Dominus Deus benedictus; benedictus Dominus de die in diem. ℣ Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius, et fugiant a facie eius qui oderunt eum. III. Oculi Domini super iustos; et aures eius in preces eorum. ℣ Benedicam Dominum in omni tempore; semper

II. Peccata nostra diviserunt. III. Propitiare, Dne, populo tuo. IIII. In tribulatione nostra. *Seq.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Kyr. | S. Victor | S. Prosper | S. Tegla |
| S. Maria | S. Exuperi | S. Vitalis | S. Pellagia |
| S. Stephane | S. Quirice | S. Agricola | S. Galdine |
| S. Mauriti | S. Vite | S. Mona | S. Ambrosi |
| S. Candide | S. Antonine | S. Domnine | Omnes Sancti |

*Orat.* Deus, apud quem nemo per se innocens est. *Ant.* (I) Petite et accipietis. II. Nolite timere. III. Deprecamur te, Dne. *Seq.* Kyr. *Item* Agnus Dei. *Lect. lib. Genesis.* Surrexit itaque Iacob, et impositis. *Psalmellus.* Confitebor, etc. (*ut sup. l. 1-3*). *Proverb. Salom.* Fili: cum placuerit Deo. *Orat.* Preces populi tui.

4-8. M. add. « *Lect. lib. Gen.* Fueruntque Iacob obviam Angeli Dei. *Tract.* Dom., Deus salutis, etc. *Prov. Salom.* Fili: favus mellis ». — 10. ℟: ℟ *subd.* M. — 14. *Psalmell.*, etc.: M. *ante sing. psalmel. indicat lect., et orat. post eosdem, hoc ordine:* « *Lect. lib. Regum.* Locutus est Dnus ad Samuel dicens: Usquequo tu luges Saul. *Psalmel.* Laudans, etc. *Orat.* Deus, qui concreta humani generis. (II) *Lect. lib. Levitici.* Locutus est Moyses ad omnem. *Psalmell.* Dnus Deus benedictus, etc. *Orat.* Afflictionem familiae tuae. (III) *Lect. lib. Regum.* Stetit Salomon ante altare. *Psalmel.* Oculi, etc. *Orat.* Miserere iam, quaes., Dne. (IV) *Lect. lib. Deuteronomii.* Locutus est Moyses ad omnem catervam. ℟ Dixit Angelus, etc. *Ant.* Opera manuum ».

laus eius in ore meo. III. Dixit Angelus ad Iacob: Dimitte me, ut ambulem. Non dimittam te, nisi benedixeris me: et benedixit ei in eodem loco. ℣ Det tibi Dominus de rore caeli desuper, et de pinguedine terrae deorsum: et benedixit. *Ant.* Opera. ℣ (3) Confitebor.

## DIE SABBATI.

AD MATUTINUM. ℟ *post hymn.* Ab omni via. ℣ A iudiciis. *In Cant.* Gloriose honorificaris. *Ad lect.* ℟ Miserere, Domine, supplicantibus. ℣ Pacem rogamus. ℟ Ne recorderis. ℣ Cui monti dicturus. *In Bened.* Inlumina, Domine. *In Confitemini.* Bonum est confidere. *In Laud.* In cymbalis. *Cap.* Venite, exultemus. *psalm. direct.* Domine, refugium. *mat.* Diligam te. ℣ Dominus firmamentum meum. ℟ *in bapt.* Sit splendor. ℣ Domine, refugium. *Ant.* In caelis praeparabitur. ℣ (1) Misericordias tuas, Domine.

[AD MISSAM]. *Ingres.* Misericors et miserator. *Psalmell.* Propitius esto peccatis nostris, Domine. ℣ Ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum. *Cantus.* Benedicam
129'. Dominum. *Offert.* ⁑ Dixit Moyses et Aaron. *Confrac.* Abraham. *Trans.* Si manseritis.

[AD VESPERAS]. *Luc.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. ℟ De profundis. ℣ Quia apud te. *In Magnif.* Ego gloriam. ℟ *in bapt.* Spera in Domino. ℣ Delectare. *Ant.* Bonum est confiteri. ℣ (2) Et psallere. *Complet.* Quoniam tu inluminas.

## DOMINICA III. DE CAECO.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Oremus Dominum. ℣ A solis ortu. *Ant.* Pacem tuam da nobis. II. Arcum potentium. III. Consideravi opera tua, D. *Ad lect.* ℟ In conspectu tuo,

6. DIE SABBATI: SABBATO DE CAECO. M. — 11. confidere: M. add.: « *Al.* Virtus mea ». — 14. *Ant.*: M. add: « Non nos derelinquas. ℣ (*ps. 118*) Beati immaculati. *Ant.* Tuus sum ego. ℣ (*ps. 118*) In aeternum. *Ant.* In caelis, etc. (*ut in R.*). *Compl.* Repleti sumus mane ». — 16-19. M. suis locis add.: « *Lect. Esaye proph.* Factus est sermo Dni ad me, dicens: Fili hominis. *Psalm.* Propitius, etc. (*Epist.*) *ad Tessal. I.* Gratias agimus Deo. *Cant.* Benedicam Dnum. (*Evang.*) *sec. Marcum.* Circuibat Dnus Ihesus castella. *Hic debet fieri scrutinium, dicendo exorcismum sancti Ambrosii* ». — 25. M. add.: « *Al.* Benedictus es ». — 29. ℟: ℟ *subd.* M.

(3) Psalm. Fer. VI ad Vesp. (1) Psalm. 88. (2) Psalm. 91.

Domine, posui lacrymas meas; ego vero in te sperabo: non timebo quid faciat mihi homo. ℣ In Deo laudabo verbum, et in Domino laudabo sermonem; in Deo sperabo: et non timebo. ℟ Immensa et investigabilis misericordia promissionis tuae, Domine. Tu dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed convertatur et vivat: qui chananeam et publicanum vocasti ad poenitentiam. ℣ Quoniam tu es Dominus altissimus, longanimis et multum misericors, patiens super malitias hominum: qui chananeam.

*In Benedictus.* Tu credis in Filium Dei? Credo, Domine: et procidens adoravit eum. *In Cant.* Gubernasti iustitia tua: populum tuum libera, Domine. *In Benedicite.* Tres pueri testimonium Trinitatis in se habentes, et stabant in medio flammae, et benedicebant Deum in saecula. *In Laud.* Secundum multitudinem magnitudinis tuae te laudamus, Domine. *Capit.* Cantate Domino. *Psalmus direct.* Dominus regnavit.

*De eccl. in bapt.* In tribulatione dilatasti me: miserere mei, et exaudi me, Domine. ℟ Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiae tuae: quae a saeculo sunt. ℣ Delicta iuventutis et ignorantias meas ne memor fueris, Domine: quae a saeculo sunt. *Ant.* Melior est, Domine. ℣ (1) Deus, Deus meus ad te. *De bapt. in al.* Ne proiicias me a facie tua, Deus; Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. ℣ (2) Redde mihi.

[AD MISSAM]. *Ingres.* Circumdederunt me gemitus * f. 130
mortis, dolores inferni circumdederunt: et in tribulatione mea invocavi Dominum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam. *Psalmell.* Ego dixi: Domine, miserere mei; sana animam meam: quoniam peccavi tibi. ℣ Beatus qui intelligit super egenum et pauperum; in die mala liberavit eum Dominus: quoniam peccavi. *Cantus.* Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi. ℣ Auxilium meum a Domino, qui fecit caelum et terram. ℣ II. Do-

3. et non: et *om.* T. U. V. Z. M. — 7. Dominus: *supp. 2 ma. sup. lin.* — 11-12. iustitia tua: iustitiam tuam. T. U. V. Z. M. — 21. memor fueris: *corr. 2 ma.* — 27. circumdederunt: circumdederunt me. T. U. V. Z. M. — 29-31. M. suis locis add.: « *Lect. lib. Exodi.* Locutus est Dnus ad Moysen, dicens: Tribus temporibus. *Psalmel.* Ego dixi, etc. (*Epist.*) *ad Tessal.* Rogamus vos, et obsecramus. *Cant.* Levavi, etc. (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Praeteriens Dnus vidit hominem ».

(1) Psalm. 62. (2) Ex psalm. 50.

minus custodiat animam tuam ex hoc nunc, et usque in saeculum. *Post Evang.* Missus sum sanare tribulantes corde, praedicare captivis remissionem, et caecis reddere et lumen. *Offert.* Dixit Dominus ad Moysen: Invenisti gratiam in conspectu meo, et scio te prae omnibus. Et festinans Moyses inclinavit se in terram, et adoravit, dicens: Scio quia misericors es in millibus, auferens iniquitates et peccata: et placatus. (3) *Confract.* Ille homo, qui dicitur Ihesus, lutum fecit, et linivit oculos meos; et modo video. *Transit.* Lutum fecit ex sputo Dominus, et linivit oculos meos: et abii, et lavi, et vidi, et credidi Deo.

Ad vesperas. *ant. in choro.* In multitudine. ℟ Clamavi ad te de profundis; exaudi me, Domine: aures tuae sint apertae in orationem meam. ℣ Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te: aures tuas. *Ant.* Tu credis in Filium. ℣ (4) In exitu Israel. *In Magnif.* Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: dicit Dominus.

*De eccl. in bapt.* A saeculo non est auditum, quia quis aperuit oculos caeci nati. ℟ Ne derelinquas me, Domine, pater et dominator vitae meae; ut non corruam in conspectu adversariorum meorum: ne gaudeant de me inimici mei.
130'. ℣ Pone, Domine, ori meo custodiam, * et circa labia mea signaculum certum, ut non cadam; nec lingua mea perdat me: ne gaudeant. *Ant.* Et clamor meus. ℣ (5) Domine, exaudi orationem. *De bapt. in al.* Ille homo qui dicitur Christus, lutum fecit ex sputo, linivit oculos meos, et modo video.

## FERIA II.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Deus in nomine tuo. ℣ Quoniam alieni. *Ad lect.* ℟ I. Convertimini ad me. ℣ Attendite populus. ℟ II. Tibi, Domine, placeat. ℣ Rogamus te, Domine. *In Bened.* Benedictus. *In quinquag.* Miserere mei, Deus, et a delicto. *In Laud.* In excelsis. *Cap.* Caeli enarrant. *Psalm. dir.* Deus in nomine tuo. *mat.* Conserva

2. saeculum: *corr. ex* saeculo. — 12. Ad vesp.: *Luc.* Quoniam, etc. M. — 34. delicto; M. add.: « *Mat.* Non tradas me, Dne, nocentibus me. ℣ (*ps. 118*). Feci iudicium ». — In excelsis: Laudate Dominum. M.

(3) Reliq. ut in Dominica de Samaritana. (4) Psalm. 113. (5) Psalm. 101.

me. ℣ Dixi Domino: Deus. ℟ *in bapt.* Declara super. ℣ Declaratio sermonum. *Ant.* Cor meum et caro. ℣ (1) Quam amabilia sunt.

Mane. *Psalmell. de Genesi.* Iustus Dominus iustitiam dilexit. ℣ In Domino confido. Quomodo dicitis animae meae: Transmigra in montes sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum suum.

Ad missam. *Psalmell. de Genesi.* Dixit Iacob filiis suis: Surgite, et ascendamus in Bethel, et faciamus ibi altare Deo: qui exaudivit me in die tribulationis, et fuit socius itineris mei. ℣ Benedictus Dominus, Deus Abraham, et Deus patris mei Isaac: qui exaudivit. *Cant.* Conserva me.

Ad vesperas. ℟ Sana, Domine. ℣ Statuisti in spatioso. *In Magnif.* Magnificat. ℟ *in bapt.* In adiutorium. ℣ Domine, ad adiuvandum. *Ant.* Deus meus et Dominus meus in causam meam. ℣ (2) Iudica, Domine, nocentes.

## FERIA III.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ne in ira tua. ℣ Sana me. *Ad lect.* ℟ Rogamus te. ℣ Vita nostra. ℟ ii. Peccantem me. ℣ Quoniam iniquitatem. *In Bened.* Visitavit. *In quinquag.* Patientiam habe. *In Laud.* Angeli eius. *Cap.* Afferte Domino. *Psalm. dir.* Deus misereatur nobis. *mat.* Custodi me. ℣ Exaudi. ℟ *in bapt.* Misereatur. ℣ Inluminet. *Ant.* Mane oratio. ℣ (1) Domine, Deus salutis.

Mane. *Psalmell. de Genesi.* Tu, Domine, servabis nos,

2. *Ant.:* M. add.: « Rex meus. ℣ (*ps. 118*). Verba mea. (*al.*) *ant.* Cor meum, etc. » *ut sup.* — 3. M. add.: « *Compl.* Ostende nobis, Dne ». — 4. Mane: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Ortusque est statim sol. Iacob. *Psalmell.* Iustus, etc. *Proverb. Salom.* Fili: qui celat delictum, quaerit amicitias. *Orat.* Deus, qui ad ineffabilis ». — 5. dilexit: *corr. ex* dilexi. — 6. Quoniam, etc.: *om.* T. — 6-7. ecce peccatores: *suppl. 2 ma. sup. lin.* — intenderunt: *1 ma.* intendent. — 8. Ad missam: M. add.: « *Lect. libri Genesis.* Egressa est Dina filia Liae. ℟ Dixit Iacob, etc. *Proverb. Salom.* Fili: quid prodest habere divitias. *Cant.* Conserva me. (*Evang.*) *sec. Math.* Quis vestrum cogitans potest adiicere ad staturam ». — 13. Ad vesp.: M. add.: « *Luc.* Dominus illuminatio, etc. ». — 16. M. add.: « *Psalm. dir.* Qui habitat in adiutorium ». — 21. habe: M. add.: « *Mat.* Respice in me, et miserere mei, Dne. ℣ (*ps. 118*). Mirabilia testimonia ». — 24. M. add.: « *Complet.* In matutinis, Dne ». — 25. Mane: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Apparuit itaque Deus. *Psalmel.* Tu, Dne, etc. *Proverb. Salom.* Fili: qui moderatur sermones. *Orat.* Inclina, Dne, precibus nostris aures pias ».

(1) Psalm. 83. (2) Psalm. 34. (1) Psalm. 87.

et custodies nos. ℣ Salva me, Domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum.

AD MISSAM. *Psalmell. de Genesi.* Videntes Ioseph a
131. longe, loquebantur mutuo fratres, dicentes: * Ecce somniator venit: venite, occidamus eum, et videamus si prosint illi somnia sua. ℣ Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, dicentes: Venite. *Cant.* In convertendo.

AD VESPERAS. ℟ Videns Iacob vestimenta Ioseph scidit vestimenta sua cum fletu, et dixit: Fera pessima devoravit filium meum Ioseph. ℣ Congregatis autem cunctis liberis eius, ut lenirent dolorem patris; noluitque consolationem recipere; ait: Fera. *In Magnif.* Quia fecit mihi. ℟ *in bapt.* Respice in me. ℣ Da potestatem puero tuo. *Ant.* Spera in Domino. ℣ (2) Noli aemulari inter. *Cap.* Qui habitat.

## FERIA IIII.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Adiutor noster. ℣ Exaudi. ℟ *in lect.* Convertamur. ℣ Convertamur unusquisque. ℟ II. Peccavi, Domine. ℣ Peccavi, Domine, peccavi et inique. *In Bened.* Erexit nobis. *In quinquag.* Peccator nimis. *In Laud.* Caeli caelorum. *Cap.* Te decet. *Psalm. dir.* Deus in adiutorium. *mat.* De profundis clamavi. ℣ Fiant aures. ℟ *in bapt.* Tibi soli peccavi. ℣ Averte faciem. *Ant.* Inlumina. ℣ (1) Deus misereatur nobis.

MANE. *Psalmell. de Genesi.* Ioseph, dum intraret in Ae-

2. veritates: vanitates. T. M. — 3. AD MISSAM: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Ioseph cum sedecim esset annorum. ℟ Videntes, etc. *Proverbia Salom.* Cor prudens possidet. *Cant.* In convertendo. (*Evang.*) *sec. Math.* Nolite solliciti esse in crastinum ». — 9. AD VESP.: M. add.: « *Luc.* Dnus illuminatio, etc. ». — 13. Quia, etc.: Respice, Dne. M. — 21. nimis: M. add.: « *Mat.* Da mihi intellectum: vivifica me, Dne. ℣ (*ps. 118*). Iustus es, Dne ». — 25. M. add.: « *Compl.* Dne, exaudi orationem ». — 26. MANE: M. add.: « *Orat. ad letan.* Exaudi nos, Deus salutaris noster, et aeternitatis. *Ant.* (I. Convertimini ad me. II. Dne Deus virtutum, Deus. III. Peccavimus ante te, Deus. IIII. Misereris omnium. V. Qui fecisti magnalia. VI. Circumdederunt nos. *Seq.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Kyr. kyr. kyr. | S. Calimere | S. Simplitiane | S. Tegla |
| S. Maria | S. Materne | S. Martine | S. Pellagia |
| S. Stephane | S. Eustorgi | S. Yventi | S. Benedicte |
| S. Anatalon | S. Magne | S. Eusebi | Omnes Sancti |
| S. Gai | S. Dionisi | S. Ylari | (Exaudi, etc.) |
| S. Castriciane | S. Ambrosi | S. Iuli. | *Orat.* Dom. D. o., in |

(2) Psalm. 36. (1) Psalm. 66.

gyptum, linguam, quam non noverat, audivit; manus eius in cophino servierunt: et lingua eius inter principes loquebatur sapientiam. ℣ Et erat Dominus cum Ioseph, et omnia quaecumque faciebat prosperabantur in manibus eius: et lingua.

Ad missam. *Psalmel. de Genesi.* Memento mei, dum bene tibi fuerit, et suggeras Pharaoni : ut educas me de isto carcere: quia furtim sublatus sum, et hic innocens in lacum missus sum. ℣ Peccavi, Domine, peccavi super numerum arenae maris; peto obsecrans: ut educas me. *Cant.* De profundis.

Ad vesperas. ℟ Salvus ero. ℣ Flecto genua. *Ant.* Benedicat te Dominus. ℣ (2) Beati omnes. *In Magnif.* Recordare, Domine. ℟ *diac.* In te speravi; libera me, Domine: ab omnibus persequentibus me, et eripe me. ℣ Ne quando rapiat... ut leo animam meam, ⁑ dum non est qui redimat, f. 131
neque qui salvum faciat: ab omnibus. ℟ ii. In tribulatione mea, Deus meus, responde pro me; ut non insultent in me: inimici mei. ℣ Confundantur et revereantur simul qui gratulantur malis meis: induantur confusione et reverentia: inimici. ℟ iii. Domine, Domine, virtus salutis meae, obumbra caput meum: in die belli. ℣ Non tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori; cogitaverunt adversum me, non me derelinquas: in die belli. ℟ *in bapt.* Adiuva me, Deus. ℣ Et refloruit caro. *Ant.* Sana animam meam, Domine, quoniam peccavi tibi. ℣ (3) Beatus qui intelligit.

cuius iudicio. *Ant.* (1) Si fecissemus praecepta. ii. Iniquitates nostras. iii. Vide, Dne, afflictionem. iiii. Liberator noster. *Seq.* Kyr. *Deinde* Agnus Dei, qui tollis. — *Lect. lib. Genesis.* Igitur Ioseph ductus est in Ægyptum. ℟ Ioseph dum, etc. *Proverb. Salôm.* Melius est sedere in angulo domatis (*sic*). *Orat.* O. s. D., cui sine fine ».

1. eius: enim eius. T. U. Z. M. — 6. Ad missam: M. add.: « *Lect. lib. Genes.* Fuit autem Dnus cum Ioseph, et misertus est. *Psalm.* Memento, etc. *Proverbia Salom.* Fili: non est prudentia. *Cant.* De profundis. (*Evang*,) *sec. Math.* Nolite dare sanctum canibus ». — 7. Pharaoni: *corr. ex* Pharaonem. — educas: educat. T. V. Z. M. (*hic et infr. l. 10*). — 12. Ad vesp. M. add.: « *Luc.* Dnus illuminatio, etc. ». — 15. et eripe: tu eripe. T. U. V. M. — 16. rapiat: *seq. loc. ras.* — 19-20. qui gratulantur: *om.* M. — 24. belli: M. add.: « *Orat.* Opitulare ». — 26. M. add.: « *Psalm. direct.* Qui habitat ».

(2) Psalm. 127. (3) Psalm. 40.

## FERIA V.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Inclina ad me. ℣ In te, Domine. *Ad lect.* ℟ Numquid, Domine. ℣ Voce mea. ℟ II. In te, Domine, sperabunt. ℣ Vere dico vobis. *In Bened.* De manu omnium. *In quinquag.* Peccavi, Domine, peccavi. *In Laud.* Montes et omnes. *Cap.* Laudate, pueri. *Psalm. direct.* Laudate pueri. *mat.* Laudate nomen. ℣ Qui statis. ℟ *in bapt.* Sit nomen Domini. ℣ Laudate pueri. *Ant.* Deus, Deus meus. ℣ (1) Sitivit in te.

Mane. *Psalmel. de Genesi.* Laetetur Iacob, et exultet Israel. ℣ Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus; corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in voluntatibus suis.

Ad missam. *Psalmel. de Genesi.* Inclina, Domine, aurem. ℣ Quoniam egenus. *Cantus.* Domine, exaudi.

Ad vesperas. ℟ Salvum me fac. ℣ Infixus sum. *In Magnif.* Exalta, Domine. ℟ *in bapt.* Adiuva nos, Deus. ℣ Propter honorem. *Ant.* Tu es Deus meus et fortitudo mea. ℣ (2) Iudica me, Deus.

## FERIA VI.

Ad Matut. [℟ *post hymn.*] Deus noster, virtus. ℣ Propterea. *Ad lect.* ℟ Domine, miserere nobis. ℣ Qui regis Israel. ℟ Quo ibo, Domine. ℣ Si ascendero. *In Bened.* In sanctitate serviamus. *In quinquag.* In iniquitatibus conceptus. *In Laud.* In firmamento. *Cap.* Cantemus. *Psalmus direct.* Domine, exaudi. *mat.* ⁑ Ne derelinquas me. ℣ Domine, ne in ira. ℟ *in bapt.* Mane oratio. ℣ Domine, Deus salutis. *Ant.* Exurgam. ℣ (1) Paratum cor.

32.

5-6. peccavi: M. add.: « *Mat.* Clamavi ad te, et salvum me fac, Dne. ℣ (*ps. 118*). Clamavi in toto ». — 9. M. add.: « *Compl.* Benedicam Dominum ». — 10. Mane. M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Post duos annos vidit. *Psalmel.* Laetetur, etc. *Proverb. Salom.* Fili: inclina aurem. *Orat.* O. s. D., qui ad correptionem ». — 13. Ad missam: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Egressus itaque Ioseph. *psalm.* Inclina, etc. *Proverb. Salom.* Fili: noli esse divitiis peccatorum. *Cant.* Dne, exaudi. (*Evang.*) *sec. Math.* Intrate per angustam portam ». — 15. Ad vesp.: M. add.: « *Luc.* Dnus illuminatio, etc. ». — 18. M. add.: « *psalm. dir.* Qui habitat. *Compl.* Benedictus es ». — 23-24. conceptus: M add.: « *Mat.* Principium verborum tuorum veritas. ℣ (*ps. 118*). Vide humilitatem ». — 27 M. add.: « *Compl.* Exurge, Dne, adiuva ».

(1) Psalm. 62. (2) Psalm. 42. (1) Psalm. 107.

*Psalmel. de Genesi.* Dixit Ruben fratribus suis: Numquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum ; et non audistis me? en sanguis eius exquiritur. ℣ (I) Merito haec patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animi eius, dum deprecaretur nos, et non audivimus: en sanguis. ℣ II. Prostraverunt se fratres ad pedes eius, et cum lacrymis clamabant dicentes: en sanguis.

*Psalmel. de Genesi. Tract.* Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me: Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei. ℣ Quoniam alieni insurrexerunt super me, et fortes quaesierunt animam meam: Deus exaudi.

Ad Vesperas. *Luc.* Dirigatur. ℣ Domine, clamavi. ℣ Pone, Domine. ℟ [*in choro.*] Adiutor meus, tibi. ℣ Eripe me.

*Psalmel.* I. Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus. ℣ Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ovem Ioseph. *Psalmel.* II. Psallite Deo nostro, psallite; psallite Regi nostro, psallite. ℣ Omnes gentes plaudite manibus; iubilate Deo in voce exultationis, psallite. *Psalmel.* III. Domine, exaudi orationem meam; et clamor

1-7. M. add.: « *Orat. ad lelan.* Propitiare, Dne, iniquitatibus nostris, et exorabilis. *Ant.* (I) Tu vir Dei, ora pro nobis. II. Ne avertas, Domine, hominem. III. Memento, Dne, quoniam pulvis. IIII. Fac nobiscum, Dne. V. Civitatem istam tu circumda, Dne. VI. Gemitus noster, Dne. *Seq.* Kyr. kyr. kyr.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Maria | S. Geminiane | S. Felix | S. Pellagia |
| S. Stephane | S. Zeno | S. Syre | S. Galdine |
| S. Germane | S. Procule | S. Ampeli | S. Ambrosi |
| S. Severe | S. Gaudenti | S. Honorate | Omnes Sancti |
| S. Magne | S. Fortunate | S. Tegla | Exaudi Christe |

*Orat.* Deus, qui confitentium tibi. *Ant.* (I) Populus meus, si in viis meis. II. Propter peccata nostra. III. Serviamus Dno. IIII. Adiutor noster esto. V. Dies tribulationis. *Seq.* Kyr. *Deinde* Agnus Dei. — *Lect. lib. Genesis.* Audiens autem Iacob quod alimenta. ℟ Dixit Ruben, etc. *Proverb. Salom.* Fili, iustus qui ambulat. *Orat.* Respice propitius, quaes. Dne ». — 8-12. M. add.: « *Sequentia lib. Genesis.* Iussitque Ioseph ministris ut implerent. *Tract.* Deus in nomine, etc. *Proverbia Salomonis.* Fili: qui celat mysteria ». — 16. M. *ad sing. psalmel. add. init. lect. et orat., hoc ordine:* « *Lect. libri Regum.* Locutus est Samuel ad universum. *Psalm.* Deus virtutum, etc. *Orat.* O. s. D., cui bonitas. (II) *Lect. lib. Deuteronomii.* Loquebatur Dnus ad Moysen facie ad faciem. *psalmel.* Psallite, etc. *Orat.* Exaudi nos, Deus salutaris noster, et ne dies. (III) *Lect. lib. Regum.* Cum transiret Eliseus. *psalmel.* Domine,

meus ad te perveniat. ℣ Ne avertas a me faciem tuam; quoniam tribulor, velociter exaudi me. *Psalmel.* IIII. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiae laudabo te. ℣ Deus, Deus meus respice in me; quare me dereliquisti? in medio ecclesiae.

*Ant.* Opera. ℣ (2) Confitebor.

## SABBATO IIII.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Ab omni via. ℣ A iudiciis. *In Cant.* Dextera manus. *Ant.* Beati qui scrutantur. *Ad lect.* ℟ Domine, non secundum peccata. ℣ Peccavimus cum patribus. ℟ Transeat a me. ℣ Averte faciem. *In Bene-*
2'. *dictus.* ⁑ Inlumina, Domine. *In Confitemini.* Virtus mea. *In Laud.* In cymbalis. *Cap.* Venite exultemus. *Psalm. dir.* Domine, refugium. *mat.* Diligam te. ℣ Dominus firmamentum. ℟ *in bapt.* Sit splendor. ℣ Domine, refugium. *Ant.* Non nos derelinquas. ℣ (1) Beati immaculati.

[AD MISSAM]. *Ingres.* Circumdederunt. *Psalmel.* Voce mea ad Dominum clamavi: vox mea ad Deum, et respexit me. ℣ In die tribulationis meae Deum exquisivi manibus meis. *Cantus.* Benedicam Dominum. *Post Evang.* Memento verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti: haec me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum, Domine, vivificabit me. *Offert.* Dixit Dominus ad Moysen. *Confr.* Ille homo. *Trans.* Lutum fecit.

AD VESPERAS. *Luc.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te.

exaudi. *Orat.* O. s. D., da populo tuo. (IV) *Lect. lib. Levitici.* Locutus est Moyses ad omnem synagogam. *psalmel.* Narrabo, etc. *Ant.* Opera, etc. ».

1. faciem tuam: *suppl. 1 ma. sup. lin.;* T. *1 ma.:* Ne av. fac. t..... (*seq. loc. ras.*). — 4. meus respice: meus, ad te de luce vigilo, respice. M. — 7. SABBATO IIII: SABBATO DE LAZARO. M. — 9. *In Cant.* M. *add. al. ant.* « Gloriose honorificaris ». — 12. *In Confitemini:* M. *add. al. ant.* « Bonum est confiteri ». — 16. M. add. all.: « *Ant.* Tuus sum ego. ℣ (*ps. 118*). In aeternum, Dne. *Ant.* In caelis praeparabitur. ℣ (*ps. 88*). Misericordias tuas, Dne. *Compl.* Repleti sumus mane ». — 17-20. M. *suis locis add.:* « *Lect. Yerem. proph.* Factus est sermo Dni ad me dicens: Fili hominis. *Psalmel.* Voce mea, etc. (*Epistola*) *ad Cor. II.* Rogamus vos, ut noveritis. *Cant.* Benedicam Dnum. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Oblati sunt Dno parvuli ». — 20. meis: meis, et respexit (me). T. U. V. M. — 23. vivificabit: *corr. ex* vivificabis. — 25. AD VESPERAS: M. *ante Vesp. ponit rubr., ut in* Beroldo (ed. Magistretti, p. 94, l. 9-19) « *de Sabbato de Lazaro* ».

(2) Psalm. 137 et seqq. (1) Psalm. 118.

℟ [*in ch.*] Clamavi ad te. ℣ Quia apud te. *In Magnif.* Me oportet. ℟ *in bapt.* Spera in Domino. ℣ Delectare. *Ant.* Bonum est confiteri. ℣ (1) Et psallere.

## DOMINICA DE LAZARO.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Tibi in matutino tempore hymnum deflentes canimus: ignosce nobis, Domine: ignosce confitentibus. ℣ Quia ipse est testis et iudex, quem nemo potest fallere secreta conscientiae: ignosce. *Ant.* Praeter te, Domine. ii. Arcum potentium infirma. iii. Ego autem in Domino. *Ad lect.* ℟ Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam; non avertas faciem tuam a me: quoniam tribulor, exaudi me, Deus meus. ℣ Laboravi, clamans raucae factae sunt fauces meae, dum spero in Deo meo: quoniam tribulor. ℟ ii. Gloria mea, erue me a tribulatione, quae circumdedit me: tu mihi es refugium, Domine, qui sperantem in te misericordia tua, Domine *(sic)*. ℣ Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno: tu mihi.

*In Benedictus.* Ad monumentum Lazari clamans Ihesus dicens: Lazare, veni foras. *In Cantemus.* Donec transeat populus tuus, Domine; usque dum transeat populus tuus, quem adquisisti. *In Benedicite.* Benedictus Deus Sydrach, Misach et Abdenago, qui eruit servos suos de camino ignis ardentis. *In Laud.* Filii Israel venient in montem * sanctum f. 13 meum, et reddent mihi honorem et laudem. *Capit.* Cantate Domino. *Psalm. direct.* Dominus regnavit.

*De eccl. in bapt.* Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me, Domine. ℟ *cum fant.* Domine, Deus salutis meae, in die clamavi, et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo, Domine. ℣ Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber; traditus sum, et non egrediebar: intret. *Ant.* Melior est, Domine. ℣ (1) Deus, Deus meus.

*De bapt. in al.* Quousque, Domine, oblivisceris me in finem? Respice, et exaudi me; ne quando dicat inimicus: Praevalui adversus eum.

3. M. add.: « *Compl.* Quoniam tu ». — 5. in: *om.* T. U. V. Z. M. 8. conscientiae: conscientia. U. V. Z. M. — 12. Deus: Domine Deus. M. — 16-17. misericordia tua, Domine: mis. circumdabit. T. U. V. Z.; mis. circumdabis. M. — 32. intret: M. add.: « *Mell. de Quaerentes* ».

(2) Psalm. 94. (1) Psalm. 62.

[Ad missam]. *Ingres.* Videns Dominus sororem Lazari ad monumentum, lacrymatus coram Iudaeis, exclamavit: Lazare, veni foras. Et prodiens, ligatis manibus et pedibus, stetit ante eum, qui quatriduanus fuerat mortuus. *Psalmel.* Occurrerunt Maria et Martha ad Ihesum dicentes: Domine, Domine, si fuisses, Lazarus non esset mortuus. Respondens Ihesus: Martha, si credideris, videbis gloriam Dei. ℣ Videns Ihesus turbam flentem, infremuit spiritu, lacrymatus; et veniens ad locum, clamavit voce magna: Lazare, veni foras; et revixit, qui erat mortuus: et vidit gloriam Dei. *Cantus.* Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. ℣ Sicut unguentum in capite, quod descendet in barbam, in barbam Aaron. ℣ II. Quia illic mandavit Dominus benedictionem, et vitam et usque in saeculum. *Post Evang. ant.* Infirmorum propitiator, abiectorum protector, desperandorum salvator, Deus patris mei, et Deus haereditatis Israel, dominator caelorum et terrae, creator aquarum, rex totius creaturae tuae, exaudi preces nostras. *Offert.* Haec dicit Dominus: Erit vobis sabbatum venerabile, et vocabitur sanctum; et offeretis ad vesperum holocaustomata vestra: quia in die illa propitiabitur vobis Salvator noster. ℣ I. Locutus est Moyses filiis Israel, dicens: Quartodecimo die ad vesperum pascha Domini est, et in quintodecimo sollemnitatem celebrabitis altissimo Deo: quia in die.
[35'. ℣ II. ✠ In die octavo venturo sumite vobis ramos palmarum, et secundum legem, quam praecepi vobis, sollemnitatem celebrabitis altissimo Deo: quia in die. *Confract.* Domine, si fuisses hic, frater meus non moreretur; sed nunc scio, quia quaecumque petieris a Deo, dabit tibi Deus. *Trans.* Martha, surget frater tuus. Scio, Domine, quia resurget in resurrectionem in novissimo die.

Ad vesperas. *Ant. in ch.* Ego ad Dominum clamavi. ℟ [*in ch.*] Domine, Domine, virtus salutis meae, obumbra

4. *Psalmel.*: M. add.: « *Lect. lib. Exodi* Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Quid clamas ad me? » *et, ante psalmel. propr., ponit al.* « *Ps.* Exurge, Dne, fer opem nobis: et libera nos propter nomen tuum. ℣ Deus, auribus nostris audivimus; patres nostri annunciaverunt nobis ». — 10. revixit: *corr. ex* revisit. — 11-14. M. suis locis add.: « *Epist: ad Tess. II.* Videte quomodo caute ambuletis... *Evang. sec. Iohannem.* Erat quidem languens Lazarus ». — 12-13. descendet: descendit. U. V. Z. M. — 14. et usque: usque. U. V. Z. M. — 29. a Deo: ab eo. M. — 31. resurrectionem: resurrectione. U. V. Z. M.

caput meum: in die belli. ℣ Non tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori. Cogitaverunt adversum me; non me derelinquas: in die *Ant.* Ad monumentum Lazari. ℣ (1) Laudate pueri. II. Domine, si fuisses. ℣ (2) In exitu. *In Magnif.* Pater, gratias tibi ago, propter populum qui circumstat; quia audisti me.

*De eccl. in bapt.* Lazarus amicus noster dormit: vadam ut resuscitem eum. ℟ Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me, Domine. Super iram inimicorum meorum extendis manum tuam: et salvum me facit dextera tua. ℣ In quacumque die invocavero te, exaudi me, Domine. Multiplicabis in anima mea virtutem tuam: et salvum. *Ant.* Martha surget. ℣ (3) Deus in adiutorium.

*De bapt. in al.* Lazarum de monumento quatriduanum resuscitasti, ut in Trinitate te magnificemus, Domine.

## FERIA II.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Deus, in nomine. ℣ Quoniam alieni. *Ad lect.* ℟ Domine, secundum actum. ℣ Peccavi, Domine, peccavi. ℟ Recordare. ℣ Exaudi, Domine. *In Bened.* Benedictus. *In quinquag.* Auditui nostro. *In Laud.* In excelsis. *Cap.* Caeli enarrant. *Psalm. direct.* Deus, in nomine. *mat.* Conserva me. ℣ Dixi Domino. ℟ *in bapt.* Declara. ℣ Declaratio. *Ant.* Rex meus. ℣ (1) Verba mea.

*Psalmel. de Genesi.* ✠ Tollite vobiscum munera, et f. 13[illegible]
ite ad dominum terrae: Deus autem meus faciat eum vobis placabilem: et remittat et hunc fratrem vestrum vobiscum, et eum quem tenet in vinculis. ℣ Benedicat vos Dominus, et custodiat semper; ostendat faciem suam vobis; det vobis pacem: et remittat.

AD MISSAM. *Psalmel. de Genesi.* Iste est frater vester

10. facit: fecit. T. Z. — 20. nostro: M. add.: « *Mat.* Pax multa diligentibus legem tuam, Dne. ℣ (*ps. 118*). Principes persecuti sunt ». — 23. mea: M. add.: « *Ant.* Cor meum. ℣ (*ps. 83*). Quam amabilia. *Compl.* Ostende nobis. *Lect. libri Genesis.* Interim fames omnem terram ». — 27. vos: te. U. — 29. M. add.: « *Proverbia Salom.* Fili: cognoscere personam in iudicio. *Orat.* Dne, Deus, qui timore sentiris ». — 30. AD MISSAM: M. suis locis add.: « *Lect. lib. Genesis.* Quos cum vidisset Ioseph. *Proverb. Salom.* Fili: Gloria Dei celare verbum. (*Evang*). *sec. Math.* Egressus Dnus Ihesus et discipuli eius ».

(1) Psalm. 112, IV in communi Domin. (2) Psalm. 113. (3) Psalm. 69. (1) Psalm. 5.

minimus, de quo dixeratis mihi? Deus misereatur tibi, fili mi. Festinavitque in domum: et ploravit, quia erumpebant lacrymae, et non poterat se continere. ℣ Attollens autem Ioseph oculos vidit Beniamin stantem; commota sunt enim viscera eius super fratrem suum: et ploravit. [*Cant.*] Conserva me.

Ad vesperas. [℟ *in chor.*] Sana, Domine. ℣ Statuisti. *In Magnif.* Magnificat. ℟ *in bapt.* In adiutorium. ℣ Domine, ad adiuvandum. *Ant.* Deus noster, refugium et virtus. ℣ (2) Adiutor in tribulationibus.

## FERIA III.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Ne in ira tua. ℣ Sana me. ℟ *ad lect.* Scio culpas. ℣ Ego autem ad flagella. ℟ Commovisti, Domine. ℣ Deus, repulisti nos. *In Bened.* Visitavit. *In quinquag.* Cor mundum. *In Laud.* Omnes Angeli. *Cap.* Afferte. *Psalm. direct.* Deus misereatur. *mat.* Custodi me. ℣ Exaudi. ℟ *in bapt.* Misereatur. ℣ Inluminet. *Ant.* Mane oratio. ℣ (1). Domine, Deus salutis.

Mane. *Psalmel. de Genesi.* Dixit Ioseph undecim fratribus: Ego sum Ioseph, quem vendidistis in Aegyptum; adhuc vivit pater noster senior, de quo dixeratis mihi? Ite, adducite eum ad me, ut possit vivere. ℣ Biennium est enim quod fames est super terram, et adhuc quinque anni restant: ite, adducite.

Ad missam. *Psalmel. de Genesi.* Nuntiaverunt Iacob dicentes: Ioseph filius tuus vivit; et ipse est dominator in totam terram Aegypti: quo audito, revixit spiritus eius, et benedicens Deum, dixit: Sufficit mihi: vadam, et videbo eum
34'. ‡ antequam moriar ℣ Constituit eum dominum domus suae,

15. mundum: M. add.: « *Mat.* Fiat manus tua, Dne, ut salvum faciat me. ℣ (*ps. 118*). Appropiet oratio mea ». — 19. Mane: M. add.: « *Lect. lib. Genesis.* Praecepit Ioseph dispensatori. ℟ Dixit..... *Proverbia Salom.* Fili: qui mel multum comedit non est ei bonum. *Orat.* O. s. D., cuius indignatio tarda est ». — 25. Ad missam: M. suis locis add: « *Lect. libri Genesis.* Ego sum Ioseph frater vester. *Proverbia Salomonis.* Fili: melior est manifesta correptio. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Verba quae ego locutus sum vobis ». — 26-27. ipse est dominator in totam terram: ipse dominatur in tota terra. T.; ipse dominatur in totam terram. U.

(2) Psal. 45. (1) Psalm. 87.

et principem omnis possessionis suae: vadam. *Cantus.* In convertendo.

Ad vesperas. ℟ [*in ch.*]. In Deo salutari. ℣ Sperate. *In Magnif.* Respice, Domine. ℟ *in bapt.* Respice in me. ℣ Da potestatem. *Ant.* Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite. ℣ (2) Omnes gentes.

## FERIA IIII.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Adiutor noster. ℣ Exaudi. *Ad lect.* ℟ Precamur, Domine. ℣ Nos quoque. ℟ Libera nos. ℣ Peccavimus tibi. *In Bened.* Erexit nobis. *In quinquag.* Redde mihi laetitiam. *In Laud.* Stellae et lumen. *Cap.* Te decet hymnus. *Psalm. direct.* Deus in adiutorium. *mat.* De profundis. ℣ Fiant aures. ℟ *in bapt.* Tibi soli peccavi. ℣ Averte faciem. *Ant.* Inlumina, Domine. ℣ (1) Deus misereatur.

*Psalmel. de Genesi.* Dixit Dominus ad Iacob: Noli timere; descende in Aegyptum, quia omnes opes Aegypti vestrae erunt. ℣ Ego Dominus Deus Abraham, et Deus patris tui Isaac: noli.

Ad missam. *Psalmel.* Deus in adiutorium. ℣ Confundantur. *Cant.* De profundis.

11. laetitiam: M. add.: « *Mat.* Beati qui scrutantur. ℣ (*ps. 118*). Beati immaculati ». — 15. M. add.: « *Orat ad Letan.* Deus, cui nihil est impossibile. *Ant.* Convertamur unusquisque a via. II. Quem deprecemur, qui te. III. In te speraverunt patres nostri. IIII. Media vita in morte. V. Anima mea, cessa iam. VI. Peccavimus, Dne, peccatum. VII. Aufer iram tuam a nobis. VIII. Peccavimus, peccatum ante. VIIII. Domine, si inquiras cordis. *Seq.* Kyr. kyr. kyr. *Deinde.* Domine miserere *ter.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Maria | S. Thoma | S. Mathia | S. Tegla |
| S. Iacobe | S. Mattee | S. Barnaba | S. Pellagia |
| S. Iohannes | S. Iacobe | S. Marce | S. Galdine |
| S. Philippe | S. Symon | S. Luca | S. Ambrosi |
| S. Bartolomaee | S. Taddee | S. Stephane | Omnes Sancti |

*Orat.* Conserva in nobis. *Ant.* In te, Dne, speramus. II. Dne, non sumus digni. III. Dne, si iratus. IIII. Muro tuo inexpugnabili. V. Exaudi, Dne, voces. VI. Peccavimus, Dne, peccavimus, parce. VII. Erigat nos dextera tua. VIII. Dne, inclina aurem tuam. *Seq.* Kyr. kyr. kyr. *Deinde* Agnus Dei. — *Lect. Lib. Genesis.* Cunctae animae, quae ingressae sunt. ℟ Dixit Dominus.... *Proverb. Salom.* Fili: fugit impius, nemine persequente. *Orat.* Deus, qui sola nos ». — 20-21. Ad missam: M. suis locis

(2) Psalm. 46. (1) Psalm. 66.

Ad vesperas. ℟ Salvus ero. ℣ Flecto genua. *In Magnif.* Recordare. ℟ *diacon.* Discerne, Domine, causam meam de gente non sancta, et ab homine iniquo et doloso libera me: quia tu es Deus salutaris meus. ℣ Confitebor tibi in cythara, Deus, Deus meus. Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deum, quoniam confitebor illi: quia. ℟ II. Dominus mecum est tamquam bellator fortis; propterea persecuti sunt me, et intellegere non potuerunt. Domine, proba renes et corda: tibi revelavi causam meam. ℣ Exurge, Domine, intende iudicium meum; Deus meus et Dominus meus: tibi. ℟ III. Iudica causam meam, Domine, defensor meus. Tu nosti cogitationes illorum adversum me: defende et iudica. ℣ Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta; ab homine iniquo et doloso: defende. ℟ *in bapt.* Adiuva me. ℣ Et refloruit. *Ant.* Et invocabimus nomen tuum, Domine. ℣ (2) Confitebimur tibi, Deus. *Cap.* Qui habitat.

## FERIA V.

135. Ad matut. ℟ *post hymn.* ⁜ Inclina ad me. ℣ In te, Domine. ℟ *ad lect.* A facie furoris. ℣ Dies mei. ℟ Includite. ℣ Bona est oratio. *In Bened.* De manu. *In quinquag.* Aperi, Domine, labia. *In Laud.* Quia ipse dixit. *Cap.* Laudate pueri. *Psalm. direct.* Laudate, pueri. *mat.* Laudate nomen. ℣ Qui statis. ℟ *in bapt.* Sit nomen. ℣ Laudate, pueri. *Ant.* Deus, Deus meus. ℣ (1) Sitivit.

Mane. *Psalmel. de Genesi.* Timentes autem Dominum magnificat. ℣ Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam.

add.: « *Lect. lib. Genes.* Ioseph quoque patri et fratribus. *Proverbia Salomonis.* Fili: qui ambulat simpliciter. (*Evang.*) *sec. Math.* Assumpsit Dnus Ihesus ».

11. et Dominus etc.: *om.* T. — 15. defende: M. add: « *Orat.* Opitulare Deus ». — 22. labia: M. add. « *Mat.* Non repellas me. ℣ (*ps. 118*) In quo corrigit ». — 26. Mane: M. add.: « *Lect. lib. Exodi.* Habitavit Israel in Aegypto. *Psalmell.* Timentes, etc. *Proverbia Salom.* Fili: in multiplicatione iustorum. *Orat.* Exaudi, Dne, tuorum ». — 29. et operatur iustitiam: *om.* T.; U. *om.* justitiam.

(2) Psalm. 74. (1) Psalm. 62.

Ad missam. *Psalmel.* Congregamini, filii Iacob, congregamini; et annuntio vobis quae ventura sunt: diebus novissimis. ℣ Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, et invocetur super eos nomen meum: diebus. *Cant.* Domine, exaudi.

Ad vesperas. ℟ [*in ch.*] Inclina, Domine. ℣ Salvum fac. *In Magnif.* Exalta, Domine. ℟ *in bapt.* Adiuva nos, Deus. ℣ Propter honorem. *Ant.* Vovete et reddite Domino Deo nostro. ℣ (2) Notus in Iudaea.

## FERIA VI.

Ad matut. ℟ [*post hymn.*]. Deus noster refugium. ℣ Propterea. *Ad lect.* ℟ Peccata mea. ℣ Ego sum, Domine. ℟ II. Fac nobiscum. ℣ Domine, exaudi. *In Bened.* In sanctitate. *In quinquag.* Sacrificium Deo. *In Laud.* In potentatibus eius. *Cap.* Cantemus. *Psalm. direct.* Domine, exaudi. *mat.* Ne derelinquas me. ℣ Domine, ne in ira. ℟ *in bapt.* Mane oratio. ℣ Domine Deus. *Ant.* Exurgam diluculo. ℣ (1) Paratum cor.

Mane. *Psalmel. de Genesi.* Conserva me, Domine, quoniam in te speravi. ℣ Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges; sanctis qui in terra sunt eius.

1-5. M. suis locis add.: « *Lect. lib. Exodi.* Vocavit Iacob filios suos, et ait: Congregamini. *Proverb. Salom.* Fili: Servus verbis non potest. (*Evang.*) *sec. Iohan.* Facta est dissensio inter ». — 14. Deo: M. add.: « *Mat.* Vivam et custodiam. ℣ (*ps. 118*) Retribue ». — 19. Mane: M. add.: « *Orat. ad letan.* Adesto, Dne, supplicationibus nostris. *Ant.* Dei genitrix, quae archang. II. Sicut promisisti omnipotens. III. Illuxisti, Dne. IIII. Exaudi, Dne, voces. V. Videns vidi afflictionem. VI. Propitiare peccatis. VII. Gemitum populi tui. VIII. Peccavimus, Deus, malum. *ter* Kyr. *ter* Dne, miserere.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Maria | S. Felicitas | S. Savina | S. Pellagia |
| S. Stephane | S. Anastasia | S. Christina | S. Marcellina |
| S. Agnes | S. Agatha | S. Eulalia | S. Galdine |
| S. Caecilia | S. Eufimia | S. Mustiola | S. Ambrosi |
| S. Fides | S. Valeria | S. Eugenia | Omnes Sancti |
| S. Perpetua | S. Iustina | S. Tegla | Exaudi Christe |

*Orat.* Deus, qui diligentibus te facis. *Ant.* Nunc exequimur. II. Desiderium pauperum. III. Nisi acceleraveris. IIII. Non expandimus manus. V. Inclina, Dne, aurem. VI. Respice in servos. VII Exurge, libera, Deus. VIII. Ascendant ad te. VIIII. Christe, tuis famulis. X. Miserere nobis, Dne.

(2) Psalm. 75. (1) Psalm. 107.

*Psalm. tractus.* Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberavit eum Dominus. ℣ Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum super terram.

Ad vesperas. *Luc.* Dirigatur. ℟ Domine, clamavi. ℣ Pone, Domine. ℟ [*in ch.*] Precamur Domine. ℣ Nos quoque. *Psalmel.* I. Lauda, anima mea. ℣ Psallam Deo. *Psalmel.* II. In ecclesiis benedicite Deum Dominum de fontibus Israel. ℣ Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius, et fugiant a facie eius qui oderunt eum. *Psalmel.* III. Clamavit Helias ad Dominum, et ait: Domine, Deus meus, ne viduam, apud f. 135'. quam ego sustentor, affligas: redde ⁑ obsecro. animam filii eius, ut cognoscant quia tu es Deus meus. ℣ Intret oratio mea in conspectu tuo; inclina aurem tuam ad precem meam, Domine: redde. *Psalmel.* IIII. Regnavit Dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. ℣ Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: Deus. *Ant.* Opera. ℣ (2) Confitebor.

XI. Non est aliud refugium. XII. Ne obliviscaris, Dne. XIII. Deus, qui conteris bella. XIIII. Liberati serviamus. *Seq.* Kyr. kyr. kyr. *Deinde* Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. *postea* Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. ℣ Sicut erat in principio. *Iterum* Agnus Dei, qui tollis. *Deinde* Suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dexteram Patris; miserere nobis. *Iter.* Agnus Dei. *Seq.* Kyr. kyr. kyr. *Sac.* Benedicat et exaudiat nos Deus. ℟ Amen. *Diac.* Procedamus cum pace. ℟ In nomine Christi. *Postea* Benedicamus Domino. ℟ Deo gratias. — *Lect. lib. Exodi.* Appositus est Iacob. *psalm.* Conserva, etc. *Proverb. Salom.* Fili: omnis sermo Domini. *Orat.* O. s. D., qui nos castigando sanas ».

1-4. M. add.: « *Lect. libr. Exodi.* Reversus est Ioseph in Aegyptum. *psalm.* Beatus, etc. *Proverb. Salom.* Fili: tria sunt difficilia ». — 7-18. M. add. init. Lect. ante psalmel., et orat. post psalmel., hoc ordine: « I. *Lect. lib. Levitici.* Locutus est Moyses. *psalm.* Lauda, anima. *Orat.* O. s. D., qui factam (?) suam. (II) *Lect. Deuteronom.* Locutus est Moyses (*sic*). *psalmel.* In ecclesiis. *Orat.* Dne Deus omnipotens, qui pulsantibus. (III) *Lect. libri Regum.* Factus est sermo Domini ad Eliam. *psalmel.* Clamavit. *Orat.* Propitiare, Dne, famulis tuis. IV. *Lectio libri Exodi.* In diebus illis. Locutus est Moyses ad Dominum dicens: obsecro. *psalmel.* Regnabit, etc. ». — 15. Regnavit: Regnabit. U. V. M.

(2) Psalm. fer. IV ad Vesperas.

## SABBATO [IN TRADITIONE SYMBOLI].

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Ab omni via. ℣ A iudiciis tuis. *In Cantemus.* Gloriose. *Ad lect.* ℟ Te deprecamur, Domine. ℣ Domine, exaudi. ℟ Peccavimus tibi. ℣ Quoniam mandatis tuis. *In Bened.* Inlumina. *In Confitemini.* Deus canticum novum cantabo tibi: psallam nomini tuo, Deus, in aeternum. *In Laud.* Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos. ℣ *cap.* Venite, exultemus. *Psalm. directus* (1). Afferte Domino. ℟ *in bapt.* Sit splendor. ℣ Domine, refugium. *Ant.* Tuus sum ego. ℣ (2) In aeternum, Domine.

AD MISSAM. *Ingres.* Videns Dominus sororem. *Psalmellus.* Deus, canticum novum cantabo tibi: in psalterio decem cordarum psallam tibi. ℣ Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium, et digitos meos ad bellum. *Cantus.* Laudate Dominum, omnes gentes, et conlaudate eum omnes populi. ℣ Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, et veritas Domini manet in aeternum. *Post Evang.* Attendite, populus meus, legem meam; inclinate aurem vestram in verba oris mei. *Offert.* Lex Domini inreprehensibilis, convertens animas; testimonium fidele sapientiam praestans parvulis. *Confract.* Venite ad me, omnes, qui laboratis, et ego vos reficiam. *Trans.* Tollite iugum meum super vos, dicit Dominus; et discite a me, quia mitis sum et humilis corde: iugum enim meum suave est, et onus meum leve est.

*Post missam cantatam, dicat diaconus prima voce:* ✠ Si quis catechuminus procedat. II. Si quis iudaeus procedat. III. Si quis paganus procedat. IIII. Si quis haereticus procedat. V. Cuius cura non est procedat. f. 1

3. Gloriose: M. add.: « *al.* Dextera manus ». — 9. Domino: M. add. « *Grad.* Diligam te, Dne. ℣ Dominus firmamentum » (*ut in ceteris sabb. quadrag.*). — 10. refugium: M. *add. al. ant.* « Non nos derelinquas. ℣ (*ps. 118*) Beati immaculati » *et post Ant.* Tuus sum *cum psalm.* In aeternum, *ponit tertiam* « *Ant.* In caelis praeparabitur. ℣ (*ps. 88*) Misericordias tuas. *complet.* Repleti sumus mane ». — 12-19. M. suis locis add.: « *Lect. Ezech. proph.* Haec dicit Dnus Deus. Non propter vos ego. (*Epist.*) *ad Ephes.* Confortamini in Dno. (*Evang.*) *sec. Iohan.* Confiteor tibi, Pater caeli et terrae ». — 17. eum: *om.* M. — 27. *prima voce: excelsa voce ad cornu altaris.* U. — 27-30. M. ponit integram rubricam

(1) Psalm. 28. (2) Ex psalm. 118.

℟ *cum fant.* Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos. ℣ (I) Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos. ℣ (II) Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Venite. Venite. ℣ (III) In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et laetentur. Venite. ℣ (IV) Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Venite. Venite. (1)

*Sabb. II de quadrag. Bened. cineris:* Exorcizo te, cinis. *Seq.* Pater noster, *tribus vicibus. Seq.* Exsufflo te, cinis et cilicio asperse, *de tribus partibus.*

*Post Missam cantatam vadunt duo subdiaconi albis induti cum diaconis ebdomadariis ad ostia ecclesiae, ubi pueri stant: tunc diaconus interrogat subdiac.:* Quid petunt? ℟ Fidem.

*Int.* Merentur a parentibus suis? ℟ Merentur.

*Int.* Abrenuntiant diabolo et operibus eius? ℟ Abrenuntiant.

*Int.* Saeculo et pompis eius? ℟ Abrenuntiant.

*Int.* Memores estote verborum vestrorum, ut a vobis nunquam abscedant.

*Talis faciendum est in Sabbatis de caeco, et de Lazaro.*

*Introducti et signati portentur ante altare. Salutat sacerdos post altare. Dicat diaconus ad cornu altaris:* Superius vos. ℟ Amen. ℣ Humiliate. *Orat.* Omnipotens sempiterne Deus. *Deinde dicat diaconus:* Procedant. *Duo acolythi similiter.*

*Mane ad Missam, post Evangelium lectum, similiter.*

*Sabbato V in traditione Symboli, post Missam cantatam, salutat sacerdos post altare. Dicat diaconus ad cornu altaris:*

ut in *Beroldo*, ed. Magistretti, p. 94, l. 21 et seq., incip. a verbis: « *In traditione autem Symboli omnia tintinnabula* » etc., usq. ad p. 95, l. 16 incl.; excepto quod habet per extensum, ut in cod. nostro R, ℟ *Venite filii*, et Vesper., ut infra, ceteris omissis, quae a lin. 9 huius pag. usque ad lin. 13 pag. seq. leguntur.

4. Venite: U. *habet* « Venite » *post* ℣ II *semel, et bis post* ℣ III *et* IV; M. *ponit post* ℣ II *et* III, *et in fine:* « Venite. Venite, filii ».

(1) V. infra pag. seq. Hoc loco, codex noster R, supplet quae omisit suis locis Sabb. II, III et IV; nam, post ℟ *Venite*, ut bene indicat rubr. in cod. T., « *hic incipit Symbolum* ».

Si quis catechuminus. *Seq. al. vox. Tunc Magister cantorum incipit:* Venite, filii. *Deinde Archiepiscopus vadit in secretarium, necnon primicerius lectorum: induunt planetis (sic) et veniunt tollere licentiam ab Archiepiscopo ad aperiendas ianuas pueris. Et pergendo orant in tribus locis; semel in choro, al. iuxta gradus,* III. *prope regias; et tunc aperiunt valvas pueris, et dicunt:* Ingredimini, filii, in domum Domini: audite patrem vestrum docentem vos viam scientiae. *Et revertendo similiter orant tribus vicibus, seu (sic) semper portat primicerius tabulas et cortea virgulta intus cum foliis. Tunc incipitur Symbolum ab Archiepiscopo vel presbytero ebdomadario. Tradito Symbolo, dicit Archiepiscopus:* Dominus vobiscum. Superius [2].

[Ad vesp.] *Luc.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. ℟ Domine, Domine, virtus. ℣ Non tradas me. *Ant.* Quanta audivimus et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis. ℣ [3] Attendite populus. *In Magnif.* Sanctum nomen Domini. ℟ *in bapt.* Spera in Domino. ℣ Delectare. *Ant.* Bonum est confiteri. ℣ [4] Et psallere nomini.

## ✠ DOMINICA IN RAMIS PALMARUM. f. 1

Ad matut. ℟ *post hymn.* Cognoscat, Domine, omnis ecclesia: quia tu es qui redimis, et liberas nos. ℣ Domine, exaudi orationem nostram, et clamor noster ad te perveniat: quia tu es. *Ant.* Domine, in tribulatione. II. Dominus pauperes. III. Domine Deus, virtus. *Ad lect.* ℟ Esto mihi, Domine, in Deum protectorem, et in domum refugii: ut me salvum facias. ℣ Educes me de laqueo isto, quem occultaverunt mihi; quoniam tu es protector meus, Domine: ut me. ℟ II. Exaudi, Deus, orationem meam, dum tribulor; a timore inimici: eripe animam meam, Domine. ℣ Discerne causam meam, Domine; ab homine iniquo et doloso: eripe. ¶ *In Benedictus.* Benedictus qui venit in nomine Domini: Osanna in excelsis. *In Cantem.* Populum tuum, quem adquisisti, guberna, et libera, Domine. *In Benedicite.* Tres video viros deambulantes in medio ignis, et aspectus quarti si-

3. *lectorum etc.*: supple cum Beroldo: *cum lectoribus induunt se planetis, etc.* — 19. M. add.: « *Compl.* Quoniam tu illuminas ». — 33. tuum: *om.* U. V. Z.

(2) Ut supra. (3) Psalm. 77. (4) Psalm. 91.

militudo est filio Dei. *In Laud.* Canticum novum cantabant Domino filii Israel, Domino appropinquanti. *Cap.* Laudatio eius in ecclesia sanctorum. *Psalm. dir.* Dominus regnavit.

*De eccl. in bapt.* Eripe me de inimicis meis, Deus meus; et ab insurgentibus in me, libera me. ℟ *cum fant.* Eripe me de inimicis meis, Deus meus, et ab insurgentibus in me: libera me, Domine. ℣ Quia factus est adiutor meus in die tribulationis meae: libera me. *Ant.* Ab insurgentibus in me, libera me, Domine. ℣ (1) Eripe me de inimicis.

*De bapt. in aliud.* Discerne causam meam de gente non sancta: quia tu es Deus meus, et fortitudo mea. ℣ (2) Ab homine iniquo.

[Mane]. *Incipit hymnus ad sanctum Laurentium.*

Magnum salutis gaudium: laetetur omne saeculum: Ihesus redemptor gentium: sanavit orbem languidum.

Sex ante paschae ferias: advenit in Bethaniam: ubi pie post triduum: resuscitavit Lazarum.

f. 137. Nardi Maria pistici: sumpsit libram mox optimi: ⁑ unxit beatos Domini: pedes, rigando lacrymis.

Post haec iugalis asinae: Ihesus supernus arbiter: pullo sedebat, inclytam: pergebat Yerosolimam.

O quam stupenda pietas: mira Dei clementia: sessor aselli fieri: dignatur auctor saeculi.

Olim propheta praescius: praedixit almo Spiritu: Exulta, dicens, filia: Syon, satis, et iubila. (3)

Rex ecce tuus humilis: noli timere, veniet: pullo iugalis praesidens: tibi benignus, patiens.

Ramos virentes sumpserat: palma recisos tenera: turba praecessit obviam: Regi perhenni plurima.

Coetus sequens et praevius: sanctoque plenus Spiritu: clamabat, In altissimis: osanna David filio.

25. iubila: M. add. rubr. « *Quando Archiepiscopus venit, dicunt excelsa voce:* Rex ecce, etc. ». — 26. iugalis: iugali. U. — 27. praesidens: residens. V. Z. W. — 28. recisos: recisa. W. — 29. praecessit: processit. V. W.

(1) Psalm. 58. (2) Ex psalmo 42. (3) cf. Beroldus, tit. « *De Dominica in Ramis Olivarum* », ed. Magistretti, p. 96 et seqq.

Quidam salutis trophaeis: viam tegebant vestibus: pluresque flore candido; iter parabant Domino.

Ad cuius omnis civitas: commota ingressus tremuit: hebrea proles aurea: laudes ferebat debitas.

Nos ergo tanto iudici: curramus omnes obviam: palmas gerentes gloriae: mente canamus sobria.

Honor, decus, imperium: sit Trinitati unicae: Patri, Nato, Paraclito: per infinita saecula. Amen.

*Cantus.* (4) Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi.

*Benedictio olivae atque palmarum.*

Benedic, quaesumus, Domine, hos palmarum seu olivarum ramos; et praesta: ut quod populus tuus, tua veneratione, hodierna die corporaliter agit, hoc spiritaliter summa devotione perficiat, de hoste victoriam reportando, ‡ f. 13 et opus misericordiae summopere diligendo. Humiliter etiam, Domine, deprecamur: ut praedictarum arborum germina ita ✠ sanctificare digneris, ut loca, ad quae deportata fuerint, sanctificata efficiantur; quo iniquitas omnis seu illusio demonum abscedat, et tua nos semper dextera protegere dignetur. Per.

1. salutis: solutis. T. V. — tropheis: stropheis. U.; trophiis. W. *corr. 1 ma.* (*legendum forte*: solutis strophiis). — 3. ingressus: ingressum. T. V. W. M. *1 ma.* — 5. curramus omnes: omnes curr. M. — palmas: palmam. V. W. — 8. M. hoc loco ponit seq. rubr. « *Finito hymno, Pontifex in gradu facit sermonem ad populum. Interea presbyter, diac. et subdiac. observatores privatim canit* (sic) *ibi Missam, Cant.* Levavi, etc. *Evang. sec. Iohan.* Turba multa. *Finita Missa et sermone, Pontifex benedicit palmas et olivas, dicendo hanc orationem:* Dominus vobiscum. *Orat.* Benedic ✠ Dne, quaes. hos palmarum, etc.», *ut in R.* — 12. quaesumus, Domine: Dne, quaes. T. Z. M. — 13. tua: in tua. M. — 21. Per.: M. add.: « ℟ Amen. Kyr. kyr. kyr. *Seq.* Benedicat et exaudiat nos Deus. ℟ *Deinde* Procedamus, etc. *Postea* Benedictio Dei Patris † omnipotentis, † et Filii, † et Spiritus Sancti, descendat super hos palmarum seu olivarum ramos. *Finita benedictione, Archiepiscopus dicit:* Dominus vobiscum. *Tunc diac. hebdomadarius incipit psallentium:* Pueri clamabant, etc. » ut infra.

(4) Hic cantus est ille AD MISSAM in eccl. s. Laurentii (de qua cf. Berold. l. c.) ut in notis ex cod. M.

Mane. *Psallentium ad Scam Mariam. Ant.* i. Pueri clamabant in templo, dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini; Osanna in excelsis. ℣ (1) Beati immaculati. ii. Turba multa venit ad diem festum, et optulerunt ei medullas palmarum, et clamabant dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini. iii. Testificata est turba, quae erat cum Ihesu, quia Dominus Lazarum vocavit de monumento, et suscitavit eum a mortuis; propter hoc cum ramis palmarum obviavit ei clamans, et dicens: Osanna regi Israel; benedictus qui venit in nomine Domini; osanna in excelsis. iiii. Inclinasti caelos, et descendisti ad terram, ut misericors: thronum Cherubim non dereliquisti: pullum propter nos sedisti, Salvator mundi; et pueri hebreorum occurrerunt tibi, et sumentes palmas in manibus benedixerunt te. Benedictus, qui venisti ad passionem voluntarie, ad liberandum nos; gloria tibi. v. Cum ramis olivarum pueri laudantes te; super pullum novum ostensus es veniens; in quo tibi psallimus: Osanna, Deus, miserere nobis. vi. Venite omnes, adoremus thronum dominationis, ante sex dies passionis,
f. 138. quia ‡ veniet Dominus in civitatem Yerusalem adimplere scripturas. Occurrerunt ei pueri sternentes vestimenta sua, et in manibus portantes ramos olivae; et clamabant voce magna dicentes: Osanna in excelsis; qui venisti in multitudine; miserere nobis. vii. Pleni sunt caeli et terra gloria maiestatis tuae, Domine; benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel, ut hymnum dicamus nomini tuo, Domine. viii. Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Osanna in excelsis. ℣ (1) Deus Dominus et inluxit nobis. ℣ ii. Constituite solemnitatem in confrequentationibus usque ad cornu altaris. (℣) iii. Deus meus es tu, et confitebor tibi; Deus meus es tu, et exaltabo te. (℣) iiii. Confitebor tibi, Domine, quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem. (℣) v. Confitemini Domino, quoniam bonus;

6. iii.: *Post Kyr. ad portam Civitatis.* M. — 9. regi: Deus (sic). U. — 11. terram: terras. U. V. Z. — 20. veniet: veniens. U. V. M. — 23. excelsis: excelsis. Benedictus qui, etc. T. U. V. Z. — 29. — nobis: vobis. Osanna. U. V. Z. — ℣ ii.: corr. ex viii. — 30. altaris: altaris. Osanna. U. V. Z. — 31. te: te. Osanna. V. Z. — 33. salutem: salutem. Osanna. V. Z.

(1) Psalm. 118.

quoniam in saeculum misericordia eius. *Post Kyrie cum Gloria.* Benedictus qui venit in nomine Domini: Osanna in excelsis.

Ad missam. *Ingressa.* In nomine Domini omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, et infernorum; quia Dominus factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: ideo Dominus Ihesus Christus in gloria est Dei Patris. *Psalmell.* Ego autem, dum mihi molesti essent, induebat me cilicium: et humiliabam in ieiunio animam meam; et oratio mea in sinum meum convertetur. ℣ Iudica, Domine, nocentes me, et expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum, et exurge in adiutorium mihi. *Cant.* Pacifice loquebantur mihi inimici mei, et in ira molesti erant mihi. ℣ Vidisti, Domine, ne sileas; ne discedas a me. *Post Evang.* Statuite verba ista in auribus vestris, et alligabitis ea in signum, et docebitis ea filios vestros, sedentes in domo, et ambu-*-lantes in via, et cum dormiunt, et cum surgunt. f. 13
*Offert.* Eripe me, Domine, de inimicis meis: Deus, doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus. In factis manuum tuarum meditabor; velociter exaudi me. *Confract.* Sitientes, venite ad aquas, dicit Dominus; et qui non habetis pretium venite, et edite, et bibite in laetitia. *Transit.* Mittens haec mulier unguentum.

Ad vesperas. *Luc.* Quoniam tu inluminas. ℣ Quoniam in te. *Ant. in ch.* Quanta audivimus, et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis, non sunt abscondita a filiis eorum in generatione altera. ℟ Exaudi me, Domine, in tua iustitia: et non intres in iudicio cum servo tuo. ℣ Eripe me de inimicis meis, Deus meus, quia ad te confugi; doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus: et non intret. *Ant.* De inimicis meis, Deus, eripe me; ab insurgentibus in me libera me, Domine. ℣ (1)

1. eius: eius. Osanna. V. Z. — 8. Patris: M. add.: « *Lect. Esaye prophetae.* In diebus illis dixit Esayas. Dne, quis credit auditui nostro? ». — 9. cilicium: cilicio. T. M. — 12. mihi: M. add.: « *Ad Thessal. II.* State et tenete ». — 14. me: M. add.: *Evang.* « *Sec. Iohannem.* Proximum erat pascha iudeorum ». — 16. signum: sinum. M. — 18. Deus: *R 1 ma., sed abras.; om.* T. U. V. Z. M. — 19-20. In.... me: ℣ In.... me: quia tu es. T. U. V. Z. M. — 31. intret: intres. T. U. V. M. — Deus: Deus meus. U.

(1) Psalm. ipse 58.

Eripe me de operantibus. *In Magnificat.* Mittens haec mulier.

*De eccl. in bapt.* Obstrue, Domine, os loquentium iniquitatem; quia in vanum quaerunt animam meam. ℟ Custodi me, Domine, de manu peccatoris; ab hominibus iniquis libera me: qui cogitaverunt supplantare gressus meos. ℣ Exaudi, Domine, vocem orationis meae; quia acuerunt (ut gladium) linguas suas. Venenum aspidum sub labiis eorum: qui cogitaverunt. *Ant.* Ab insurgentibus. ℣ (2) Eripe me de inimicis. *De bapt. in al.* Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt adversum me: exurge, salva me, Deus meus.

## FERIA II. DE AUTENTICA.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Deus in nomine tuo. ℣ Quoniam alieni. *Ant.* A resistentibus dexterae tuae custodi me, Domine. ℣ (1) Exaudi, Domine, iustitiam meam. ii. Expectabam Deum, qui me salvum faceret a pusillanimo et a tempestate. ℣ (2) Exaudi, Deus, orationem meam, et ne dispexeris. iii. Non veniat mihi pes superbiae, et manus peccatoris non moveat me. ℣ (3) Dixit iniustus. iiii. Non timebo mala, Domine, quoniam tu mecum es. ℣ (4) Dominus regit me. v. Domine, Deus meus, non insultent in me f. 139. inimici mei. ℣ (5) Iudica, Domine, nocentes. vi. ⁑ Adiuva me, Domine Deus meus. ℣ (6) Deus laudem meam. *Ad lect.* ℟ Domine, clamavi ad te, exaudi me; intende voci orationis meae: dum clamavero ad te. ℣ Quia ad te, Domine, Domine, oculi mei: in te speravi. Non auferas animam meam: dum clamavero. ℟ Custodi me, Domine: ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuarum protege me. ℣ Mirifica misericordias tuas, Domine, qui salvos facis sperantes in te; a resistentibus dexterae tuae: ut pupillam.

*In quinquag.* Spiritu principali confirma cor meum, Domine, Deus meus.

7-8. ut gladium: *suppl. 2 ma. sup. lin.; om.* Z. — 27. Non: ne. T. — 31. M. add. rubr.: « *Finita ultima lectione, non dicitur:* Benedictus Dominus Deus Israel, *per totam hebdomadam, sed tantum oratio secreta* ».

(2) Ex psalm. 58. (1) Psalm. 16. (2) Psalm. 54. (3) Psalm. 35. (4) Psalm. 22. (5) Psalm. 34. (6) Psalm. 108.

*Oratio.* Purifica, quaesumus, Domine, familiam tuam, et ab omnibus contagiis pravitatis emunda: ut redempta vasa sui Domini passione, non spiritus immundus rursus inficiat; sed salvatio sempiterna possideat. Per.

*In Laud.* In Deo laudabo verbum : et in Domino laudabo sermonem. *Cap.* In Deo sperabo ; non timebo quid faciat mihi homo. *psalm. direct.* Deus in nomine. *mat.* Conserva me. ℣ Exaudi, Domine.

MANE. *Psalmell. de Iob.* Accepimus bona. ℣ Quoniam sagittae tuae.

AD MISSAM. *Psalmell. de Iob.* Antequam comedam. ℣ Afflictus sum, et humiliatus. *Cant.* Conserva me, Domine.

AD VESPERAS. *Luc.* Dominus illuminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Induta est caro. ℣ Quoniam non revertetur. *Ant.* Apprehende arma et scutum, et exurge in adiutorium mihi. ℣ (1) Iudica, Domine.

*Oratio.* Reminiscere miserationum tuarum, Domine : et famulos tuos aeterna protectione sanctifica, pro quibus Ihesus Christus Filius tuus per suum cruorem nobis instituit paschale mysterium. Qui tecum.

## FERIA III. DE AUTENTICA.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Non timebo mala, quoniam tu mecum es: virga tua et baculus tuus, ipsa me, Domine, consolata sunt. ℣ Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me: virga. *Ant.* Ab insurgentibus

8. Conserva me : Custodi me, Domine, ut pupillam. T. U. V. Z. M. — M. add. rubr.: « *Finito hymno et gradali* (Custodi me, etc.) *seq.* Benedicat et exaudiat. Procedamus cum pace, etc. *Hoc finito, omnes ordines in choro maiori incipiunt* : In iniquitatibus, *Offitium mortuorum* (Laudes) : *et sic perficiunt, presbytero hebdomadario dicente orationes, vel archiepiscopo. Et hoc fit in tertia, quarta et quinta feria* ». — 9. MANE : M. add.: « *Facto mane, ad Tertiam Lect. de Iob.* Vir erat in terra Hus, nomine Iob. ℟ Accepimus.... *Lect. libri Tobiae.* Tobias ex tribu ex civitate. *Orat. require primo die letaniar.* ». — 11. AD MISSAM : M. suis locis add.: « *Lectio lib. Iob.* Respondens autem Iob et dixit : ut apenderentur. ℟ Antequam, etc. *Lect. libri Tobiae.* Contigit autem ut quadam die. *Cant.* Conserva me. (*Evang.*) *sec. Math.* Attendite vobis ne forte ». — 18. aeterna : tua. T. — 20. M. add.: « *Finita oratione, statim seq.* XII Kyr. *et* Benedicat et exaudiat, etc. *Et ibi ante altare canitur Vesperum mortuorum sine* Magnificat, *in secunda feria et tertia et quarta* ».

(1) Psalm. 34.

in me libera me, Domine. ℣ [1] Eripe me de inimicis. II. f. 139'. Complace, Domine, ut eripias me: ⁑ Domine, in auxilium meum respice. ℣ [2] Expectans. III. Deus, ne elonges a me; ne simul tradas me cum peccatoribus. ℣ [3] Ad te, Domine, clamabo. IIII. A timore inimici eripe animam meam, Domine, ℣ [4] Exaudi, Deus, vocem meam. V. Eripe me, Domine, ab homine malo, et a viro iniquo libera me. ℣ [5] Qui cogitaverunt. VI. Exurge, Domine, non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. ℣ [6] Confitebor tibi, Domine: narrabo. VII. Eripe me de inimicis meis, Deus: quia ad te confugi. ℣ [7] Domine, exaudi orationem meam: auribus. VIII. Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam. ℣ [8] Salva me, Domine: quoniam. VIIII. Custodi me, Domine, de manu peccatoris; et a viro iniquo libera me. ℣ [9] Domine, clamavi ad te. X. Ab homine iniquo et doloso eripe animam meam, Domine. ℣ [10] Iudica me, Deus.

*Ad lect.* ℟ Vidisti, Domine, ne sileas; ne discedas a me; intende: ut non dicant, Devoravimus eum. ℣ Veniat illis laqueus, quem ignorant; et captio, quam occultaverunt, apprehendat eos, et in laqueum cadant: ut non dicant. ℟ II. Exaudiat te Dominus in die tribulationis; protegat te nomen Dei Iacob. ℣ Mittat tibi auxilium de sancto, et de Syon tueatur te: nomen Dei Iacob.

*In quinquag.* Ut iustificeris in sermonibus tuis, Domine, et vincas cum iudicaris.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui Christi tui beata passione nos reparas, conserva in nobis opera misericordiae tuae: ut in huius celebritate mysterii perpetua devotione vivamus. Per.

*In Laud.* Intende animae meae, Domine, et libera eam. *Cap.* Propter inimicos meos eripe me. *psalm. dir.* Deus misereatur. *mat.* De profundis. ℣ Fiant aures.

11. Deus: Deus meus. Z.

(2) Psalm. 58. (2) Psalm. 39. (3) Psalm. 27. (4) Psalm. 63. (5) Psalm. ipse 139. (6) Psalm. 9. (7) Psalm. 142. (8) Psalm. 11. (9) Psalm. 140. (10) Psalm. 42.

[Mane]. *Psalmell. de Iob. et t[ractus] (?).* Quis mihi tri-✻-buat. ℣ Si fuero iustus. f.

Ad missam. *Psalmell. de Iob.* Scio, Domine, quia. ℣ Memento, Domine. *Cant.* In convertendo.

Ad vesperas. *Luc.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Paucitas dierum. ℣ Domine, exaudi. *Ant.* Ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo libera me, Domine. ℣ (1) Diligam te.

*Oratio.* Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut, sicut in condempnatione Filii tui salus omnium fuit piaculum perfidorum, ita per misericordiam tuam communis sit cultus iste credentium. Per.

## FERIA IIII. DE AUTENTICA.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Non timebo millia populi circumdantis me: exurge, salva me, Domine Deus. ℣ Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa; dentes peccatorum contrivisti: exurge. *Ant.* i. Ut acciperent animam meam, consiliati sunt. ℣ (1) In te, Domine, speravi. ii. Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum. ℣ (2) Quare fremuerunt. iii. Operiantur confusione et pudore qui quaerunt mala mihi. ℣ (3) Deus, in te speravi. iiii. Adversum me omnia consilia eorum in malum. ℣ (4) Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit. v. Mollierunt sermones suos super oleum; et ipsi sunt iacula. ℣ (5) Exaudi, Deus, orationem meam, et ne dispexeris. vi. Adversum me laetati sunt, et convenerunt in unum. ℣ (6) Iudica, Domine, nocentes. vii *dubla.* Principes sacerdotum consilium fecerunt, ut Ihesum dolo tenerent, et occiderent. ℣ Dicebant enim: Non in die festo; ne forte tumultus fieret in

1. [Mane]: M. add.: « *Lect. libri Iob.* Et respondens ait: Vere scio quod ita sit. ℟ Quis mihi, etc. *Lect. libri Tobiae.* Dixit Tobias filio suo: indico tibi. *Orat. require primo die letaniarum* ». — 3. Ad missam: M. suis locis add.: « *Lect. libri Iob.* Respondens autem Iob dixit: Usquequo. ℟ Scio, etc. *Lectio libri Tobiae.* Intuens autem Tobiam Raguel. *Cant.* In convertendo. (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Collegerunt pontifices ». — 15. Deus: Deus meus. Z. M.

(1) Psalm. 17. (1) Psalm. 30. (2) Psalm. 2. (3) Psalm. 70 (4) Psalm. 55. (5) Psalm. 54. (6) Psalm. 34.

populo. ℣ (7) Dominus dissipavit. VIII. Labia dolosa in corde, et corde locuti sunt mala. ℣ (8) Salva me, Domine. VIIII. Disperge illos in virtute tua, et destrue eos, protector meus, Domine. ℣ (9) Eripe me de inimicis.

*Ad lect.* ℟ I. Dum congregarentur inimici mei simul adversum me, ut acciperent animam meam, consiliati sunt:
. 140'. ego vero in te speravi, Domine. * ℣ In te speravi, Domine, non confundar in aeternum; in tua iustitia libera me, et eripe me: ego. ℟ II. Prae omnibus inimicis meis factus obprobrium: qui videbant me, foras fugiebant a me: Domine, non confundar; quoniam invocavi te. ℣ In eo dum convenirent simul adversum me, ut acciperent animam meam, consiliati sunt; ego vero in te speravi: Domine, non confundar.

*In quinquag.* Doceam iniquos vias tuas, Domine, et impii ad te convertentur.

*Oratio.* Respice, Domine, quaesumus, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Ihesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum. Per. Qui cum *(sic)*.

*In Laud.* Cogitaverunt adversum me; non me derelinquas, nequando exaltentur. *Cap.* Custodi me, Domine, de manu peccatoris; et a viro iniquo libera me. *psalm. direct.* Deus in adiutorium. *mat.* Ne derelinquas me. ℣ Domine, ne in ira.

MANE. *Psalmell. de (Iob.).* Nonne cognoscit. ℣ Domine, Deus meus.

AD MISSAM. *Psalmell.* Auditu auris. ℣ Unum locutus sum. *Cant.* De profundis.

AD VESPERAS. *Luc.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Desiderium meum. ℣ Deus, in adiutorium.

9. me: *om.* M. — 17. Domine, quaesumus: quaes. Domine. Z. — 26. (*Iob.*): corr. ex *Genes.* — MANE: M. add.: « *Lect. libri Iob.* Addidit quoque Iob. ℟ Nonne, etc. *Lect. libri Tobiae.* Tunc vocavit ad se Tobias. *Orat. require primo de letaniarum* ». — 28. AD MISSAM: M. suis locis add.: « *Lect. libri Iob.* Respondens autem Iob de turbine dixit. ℟ Auditu, etc. *Lect. libri Tobiae.* Postquam gavisi sunt. *Cant.* De profundis. (*Evang.*) *sec. Math.* Cum consumasset Dominus Ihesus sermones hos ». — 31. ℟: ℟ *in choro primicerii subdiac.* M.

(7) Ex psalm. 32. (8) Psalm. 11. (9) Psalm. 58.

*Ant.* Deus, ne elonges a me; Deus meus, in auxilium meum respice. ℣ [1] Deus, in te speravi.

*Oratio.* Concede credentibus, misericors Deus, salvum nobis de Christi passione remedium: ut humanae fragilitatis praeteritae culpae laqueos, et aeternae suffragio pietatis, absolvat. Per eum.

## FERIA V. DE AUTHENTICA.

AD MATUT. ℟ *post. hymn.* Iniqui persecuti sunt gratis; libera me, Domine, Deus meus. ℣ Feci iudicium et iustitiam: non tradas me, Domine, nocentibus me: libera me. *Ant.* Exter factus sum fratribus meis: et hospes filius matris meae. ℣ [1] Salva me, Deus. II. Muta efficiantur labia dolosa quae loquuntur adversum iustum iniquitatem. ℣ [2] In te, Domine, speravi. ⁑ III. Posuerunt adversum me mala pro f.
bonis; et odium pro dilectione mea. ℣ [3] Deus, laudem meam. IIII. Qui edebat panes meos adampliavit adversum me supplantationem. ℣ [4] Beatus qui intelligit. V. Non tradas me, Domine, nocentibus me. ℣ [5] Feci iuditium. VI. Verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intellegere, ut bene ageret. ℣ [6] Dixit iniustus. VII. Eripe a framea animam meam, et de manu canis unicam meam. ℣ [7] Deus, Deus meus, respice. VIII. Circumdederunt me canes multi; consilium malignantium obsedit me. ℣ [8] Salva me ex ore leonis. VIIII. Considerat peccator iustum, et quaerit occidere eum. ℣ [9] Noli aemulari. X. Ecce ascendimus Yerosolimam: complebuntur omnia, quae scripta sunt de filio hominis. ℣ [10] Deus, in adiutorium.

*Ad lect.* ℟ In monte oliveti oravit Ihesus, et dixit: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste: spiritus quidem promptus, caro autem infirma: fiat voluntas tua. ℣ Pater,

3-4. credentibus.... nobis de: credentibus nobis.... de. T. — 5. praeteritae: et praeteritae. T. V. — et aeternae: *om.* et. T. U. V. Z. M. — 6. absolvat: absolvas. M. — 11. filius: filiis. V. Z. M. — 28. ℟: ℟ *subdiacon.* M.

(1) Psalm. 70. (1) Psalm. 68. (2) Psalm. 30. (3) Psalm. 108. (4) Psalm. 40. (5) Ex psalm. 118. (6) Psalm. 35. (7) Psalm. 21 usque ad ℣ *Salva me ex ore.* (8) Reliq. psalm. 21. (9) Psalm. 36. (10) Psalm. 69.

si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas. ℟ II. Haec dicit Dominus: Me tradet impius summis principibus sacerdotum, et senioribus populi. Petrus autem sequebatur a longe: ut videret finem. ℣ Ingressus Petrus in atrium principis sacerdotum, sedens expectabat: ut videret.

*In quinquag.* Si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui vitam humani generis, pro nobis Filio tuo moriente, salvasti; praesta, quaesumus: ut hac populi tui devotione fructus proveniat gaudiorum. Per.

*In Laud.* Libera me, Domine; pone me iuxta te; cuiusvis manus pugnet contra me. *Cap.* Eripe me, Domine, ab homine malo, et a viro iniquo libera me. *Psalm. direct.* (11) Eripe me, Domine, ab homine. *mat.* Eripe me, Domine, ab homine malo; eripe me, Domine. ℣ A viro iniquo libera me, Domine.

f. 141'. [MANE]. *Psalmell. ad lect.* ⁑ Assurgentes testes iniqui quae ignorabam, interrogabant me: retribuebant mihi mala pro bonis. ℣ Ego autem dum mihi molesti essent induebam me cilicium, et humiliabam in ieiunio animam meam: retribuebant. *Cant.* Qui edebat panes meos, adampliavit adversum me supplantationem.

11. hac: in hac. T. U. V. W. M.: in populi. Z. — 19. [MANE]: M. add. rubr., ut in Beroldo: « *In coena Domini, hora tertia pulsentur tintinnabula. Tunc descendat dns Archiepiscopus ad canendam Tertiam. Finita autem Tertia, Archiepiscopus post altare dicat:* Dnus vobiscum. *Et minor diaconus ascendat pulpitum rubea alba indutus, legat lectionem Danielis prophetae, in maiori tono evangeliorum:* Erat vir habitans in Babylone. *Seq. psalmel. pueri* Assurgentes.... animam meam (ut supra). *Item alius diaconus rubea alba indutus, legat lectionem libri Sapientiae, in maiori tono evangeliorum:* Dixerunt impii. *Cantus pueri.* Qui edebat, etc. *Item alter diaconus rubea alba indutus, legat Evangelium secundum Matheum:* Tunc unus de duodecim. *Oratio.* Concede nobis, o. Deus: ut sicut in passione sua D. n. I. C. diversa utrisque intulit stipendia meritorum, ita, ablato a nobis vetustatis errore, resurrectionis eius gratiam consequamur. Per eundem. *Completo autem officio, etc.* (reliqua habes in Vol. I horum Monumentorum, pag. 104 et seq., usque ad paginam 108 inclusive) ».

(11) Psalm. 139.

Ad vesperum. *Luc.* Quoniam tu inluminas. ℣ Quoniam in te. *Hymnus.*

Hymnum dicamus Domino: laudes Deo cum cantico: qui nos crucis patibulo: suo redemit sanguine.

Die decursa ad vesperum: qua Christus morti traditur: ad coenam venit impius: qui erat Christi proditor.

Iesus futura nunciat: coenantibus discipulis: Unus ex discumbentibus: ipse me traditurus est.

Iudas mercator pessimus: osculo petit Dominum: ille ut agnus innocens: non negat Iudae osculum.

Denariorum numero: Christus Iudaeis traditur: innocens et innoxius: quem Iudas tradit impius.

Praeses Pilatus proclamat: Nullam culpam invenio: ablutis aqua manibus: Christum Iudaeis tradidit.

Fallaces Iudaei impii: latronem petunt vivere: Christum accusant graviter: Crucifigatur, reus est.

Barabas dimittitur: qui reus mortis fuerat: Vita mundi suspenditur: per quem resurgunt mortui.

Gloria tibi, Domine.

℟ *diacon.* Omnes vos scandalum patiemini in me hac nocte, dicit Dominus; scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis. ℣ Sic una hora non potuistis vigilare, qui exortabamini mori mecum? vel Iudam videte, quomodo non dormit, sed ⁑ festinat tradere me Iudaeis. Surgite, eamus; appropinquavit enim hora, sicut scriptum est: Percutiam.

Ad missam. *Psalmell.* Vigilate et orate, ne intretis in temptationem, quia Filius hominis tradetur: in manus peccatorum. ℣ Surgite, eamus; ecce appropinquavit, qui me traditurus est: in manus. *Cantus.* Tamquam ad latronem venistis cum gladiis comprehendere me: cottidie apud vos eram in templo docens, et non me tenuistis, et ecce tra-

5. qua: quia. U. — 8. ipse: hic. T. — 12. tradit: tradidit. T. *2 ma:* U. Z. M. — 18. quem: *corr. ex* quaem. — 27. Ad missam: M. suis locis add. initia lect.: « *Lectio Ionae proph.* Factum est verbum Domini super Ionam. *pueri psal.* Vigilate.... *Epist. ad Cor. I.* Convenientibus vobis in unum iam non est dominicam coenam manducare. *Cant. lectoris.* Tanquam.... *Evang. sec. Mathaeum.* Prima die azimorum ».

ditis: ad crufigendum. ℣ Adhuc eo loquente, ecce turba; et qui vocabatur Iudas venit, et appropinquavit ad Ihesum, ut eum oscularetur. Ihesus autem dixit ei: Iuda, osculo Filium hominis tradis? ad crucifigendum. *Ant. post Evang.* Coenae tuae mirabili hodie Filius Dei sotium me accipis: non enim inimicis tuis hoc mysterium dicam: non tibi dabo osculum sicuti et Iudas; sed sicut latro confitendo te: Memento mei, Domine, in regno tuo. *Offert.* Contumelias et terrores passus sum ab eis, qui erant pacifici mei, et custodientes latus meum, dicentes: Decipiamus eum, et praevaleamus ei; sed tu, Domine, mecum esto sicut pugnator fortis: cadant in obprobrium sempiternum; et videam vindictam in eis, quia tibi revelavi causam meam. *Confr.* Hoc Corpus quod pro vobis tradetur: Hic Calix novi testamenti est in meo sanguine, dicit Dominus: hoc facite quotiescumque sumentes in meam commemorationem. *Transit.* Tristis est anima mea usque ad mortem; sustinete hic et vigilate mecum: nunc videbitis turbam, quae me circumdat, et vos fugam capietis; et ego vadam immolari pro vobis.

*Ant.* [1] Illi patrifamilias euntes dicite: Magister dicit,
f. 142'. Apud te ✠ facio pascha cum discipulis meis. ℣ [2] Deus, in adiutorium.

*Oratio.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus; sic nos ab epulis abstinere carnalibus, ut a vitiis irruentibus pariter ieiunemus. Per.

*Al. or.* Exaudi, Domine, preces supplicum tuorum, pro quibus Filium tuum Dominum nostrum hominem esse voluisti, ut invisibilis a visibilibus videretur; et praesta: ut hoc omnibus nobis ad veniam salutis proficiat. Per eun.

*Alia.* Parce nobis, omnipotens Deus: ne nos, sicut meremur, affligas; sed ad bonum potius tua pietate convertas. Per.

7. Iudas: Iudae. M. — 8. Contumelias: Contumeliam. T. U. — 16. sumentes: sumetis. T. *2 ma*: U. V. Z. M. — 27. M. ponit hanc orationem ultimo loco. — 29. ut invisibilis: *corr. ex* et, *cum* U. V. Z. W. M.

(1) Hac ant. resumuntur Vesp. (2) Psalm. 69.

*Al. or.* Disrumpe, quaesumus, Domine, nostrorum vincula peccatorum; et, ne dominentur nobis, potenti pietate succurre. Per.

## FERIA VI. DE AUTHENTICA.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Dirige me, Domine, in veritate tua, et doce me: quia tu es Deus salutaris meus, et te sustinui tota die. ℣ Ad te, Domine, levavi animam meam; Deus meus, in te confido, non erubescam: quia tu es.

[*In I. Turma*]. *Ant.* i. Traditus sum, et non egrediebar. ℣ (1) Domine, Deus salutis. ii. Exter factus sum. ℣ (2) Salva me, Deus. iii. Considerabam a dextris, et videbam, et non erat qui cognosceret me. ℣ (3) Voce mea ad Dominum clamavi: voce. iiii. Dixerunt impii: Opprimamus virum iustum, quoniam contrarius est operibus nostris. ℣ (4) Veniat mors. v. Adversum me omnia consilia eorum in malum. ℣ (5) Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit. vi. Ecce dico vobis: Amodo non bibam de hoc genimine vitis, donec illud bibam novum in regno patris mei, dicit Dominus. ℣ (6) Vineam de Egypto. vii. Insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi. ℣ (7) Dominus inluminatio mea et salus. viii. Tibi dico, Petre: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. ℣ (8) Domine, probasti me. viiii. ✝ Os peccatoris, et os dolosi f. apertum est super me. ℣ (9) Deus, laudem. x. *dubla.* Symon dormis? non potuisti una hora vigilare mecum? ℣ Vel Iudam videte, quomodo non dormit, sed festinat tradere me Iudaeis. ℣ (10) Nisi Dominus aedificaverit. xi. Ne perdas cum impiis animam meam, Domine. ℣ (11) Iudica me, Domine, quoniam ego in innocentia. *Ad lect.* ℟ Vadis propitiator ad immolandum pro omnibus; non tibi occurrit Petrus, qui dicebat: Pro te moriar; reliquit te Thomas, qui

3. M. add. rubr. ut in Beroldo, ed. Magistretti, pag. 104, l. 26 « *et sic Vesperum compleatur*, etc. » usque ad l. 17 pag. seq. — 8. quia tu es: et te sustinui. U. V. Z. M. — 13. voce: *corr. ex* vox. — 25. potuisti: potuistis. U. — 29. ℟ *subdiac.* M.

(1) Psalm. 87. (2) Psalm. 68. (3) Psalm. 141. (4) Ex psalm. 54. (5) Psalm. 55. (6) Ex psalm. 79. (7) Psalm. 26. (8) Psalm. 138. (9) Psalm. 108. (10) Psalm. 126. (11) Psalm. 25.

clamabat dicens: Omnes cum eo moriamur; et nullus de illis, sed tu solus duceris, qui immaculatam me conservasti, Filius et Deus meus. ℣ Venite et videte Deum et hominem pendentem in cruce: et nullus. ℟ II. Vinea electa, ego te plantavi, dicit Dominus; quomodo conversa es in amaritudine: ut me crucifigeres, et Baraban dimitteres? ℣ Popule meus, quid tibi feci, aut quid molestus fui? ut me.

*In II Turma. (Ant.* I.). Vigilate et orate, dicit Dominus, ut non intretis in temptatione. ℣ (1) Deus misereatur. II. Assurgentes testes iniqui, quae ignorabam, interrogabant me. ℣ (2) Iudica, Domine, nocentes. III. Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. ℣ (3) Ut faciam voluntatem. IIII. Dissoluti sunt, nec compuncti sunt: temptaverunt me, et deriserunt me. ℣ (4) Anima autem mea exultabit. V. Dormite iam, et requiescite; ecce venit Iudas, qui me traditurus est. ℣ (5) Deus noster refugium. VI. Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obsederunt me. ℣ (6) Deus, Deus meus, respice. VII. Ancilla dixit Petro: Vere tu ex illis es, nam et loquela tua manifestum te facit. ℣ (7) Deus, Deus meus, in te speravi. *Ad lect.* ℟ Circumdederunt me viri mendaces; sine causa flagellis ceciderunt me: sed tu, Domine, defensor, iudica causam meam. ℣ Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuvet: sed tu. ℟ II. Omnes amici mei dereliquerunt me, et praevaluerunt insidiantes mihi; tradidit f. 143'. me quem diligebam, et terribilibus oculis ⁑ plaga crudeli percutiens: aceto potabant me. ℣ Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem, et in scandalum; quia dederunt in escam meam fel: aceto.

*In quinquag.* Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae.

3. videte: *corr. ex* venite. — 5. dicit Dominus: *om.* M. — 7. tibi feci: feci tibi. T. U. V. Z. M. — fui?: fui? responde mihi: ut. V. — 10-11. iniqui, quae ignorabam, interrogabant me: iniqui, et mentita est iniquitas sibi. T.; iniqui, et mentita est, *quem* ignorabam interrogabant me. U.; iniqui, quem ignorabam me. M. — 20. facit: fecit. T. — Deus: *in Psalterio:* Domine. — 21. ℟: ℟ *diac.* M. — 24. ℟ II: ℟ *presb.* M. — 26. crudeli: *1 ma.* crudelis, *sed abr. s. fin.*; cudelis. U. Z. M.

(1) Psalm. 66. (2) Psalm. 34 usq. ad ℣ *Anima autem mea.* (3) Ex psalmo 39. (4) Reliq. psalm. 34. (5) Psalm. 45. (6) Psalm. 21. (7) Psalm. 7.

*Oratio.* Deus, a quo Iudas proditor reatus sui poenam suscepit, et latro confessionis suae praemium sumpsit, concede nobis piae petitionis effectum: ut misericordiae tuae veniam consequamur. Per.

*In Laud.* Cottidie apud vos eram in templo docens, et non me tenuistis: et modo flagellatum ducitis ad crucifigendum. *Cap.* Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem, et in scandalum. *Psalm. dir.* (8) Deus, laudem meam. *Hymn.* Hymnum dicamus Domino. *mat.* Deus Deus meus, ad te de luce vigilo, Deus Deus meus. ℣ Sitivit in te anima mea.

Mane. *Lectio Esaiae prophetae.* Haec dicit Dominus Deus: Si quis captivum duxerit gigantem. *Psalmell.* Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea. ℣ i. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea; et super vestem meam miserunt sortem. ℣ ii. Tu autem, Domine, ne elonge facias misericordias tuas a me; ad defensionem meam inspice. ℣ iii. Eripe a framea animam meam, et de manu canis unicam meam. ℣ iv. Salva me, Domine, de ore leonis, et a cornibus unicornuorum humilitatem meam. ℣ v. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiae laudabo te. ℣ vi. Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Iacob, glorificate eum.

*Lect. Esaiae prophetae.* Haec dicit Dominus Deus: Ecce levo ✠ ad populum manum. *Tunc presbyter aut diaconus*

1. M. *loco hu. orat. ponit seq.:* « Deus, a quo et Iudas reatus sui poenam, et confessionis suae latro praemium sumpsit, concede nobis tuae propitiationis effectum: ut sicut in passione sua I. C. D. noster diversa utrisque intulit stipendia meritorum, ita a nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suae gratiam largiatur. Qui tecum ». — 9. *Hymn.* etc.: M. *ponit hymn. post Grad.* Deus, Deus, etc. — 12. Mane etc.: M. add. rubr.: « *In die sancto parasceve, post cantatam Tertiam, presbyter vadit post altare, et dicit:* Dominus vobiscum. *Et minor diaconus indutus rubea alba ascendit pulpitum, et dicit:* Lectio Esayae prophetae, *in maiori tono evangeliorum:* Haec dicit Dominus. Si quis captivum duxerit gigantem, etc. » et ponit integram lect. ex cap. Es. 49, iuxta vers. LXX, ut in Miss. Ambr. novissime ed. — 13. *Psalmell.: Psalmell.* (Lectoris) *summi terminarii.* M. — 17. ne elonge: ne longe. V. — 18. misericordias tuas: misericordiam tuam. M. — 21. unicornuorum: unicornium. U. — 24-26. M. add.: « *Orat.* Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum su-

(8) Psalm. 108.

*cantet istud cant.* Tenebrae factae sunt super universam terram, dum crucifixerunt Ihesum Iudaei. Et circa horam nonam exclamavit Ihesus voce magna: Deus Deus, quid me dereliquisti. Tunc unus ex militibus lancea latus eius perforavit: Et inclinato capite, emisit spiritum. ℣ Ecce terrae motus factus est magnus, nam velum templi scissum est, et omnis terra tremuit: Et inclinato capite, emisit spiritum.

*Hoc cantato, diaconus legat ita Evangelium. Dicat: Dominus vobiscum.* ℟ *Et cum spiritu tuo. Passio Domini nostri Ihesu Christi secundum Matheum.* ℟ *Gloria tibi Domine. Et non dicat in caput Evangelii: In illo tempore.* Mane facto. *Et scito quia post lectum istud Evangelium non dicitur: Dominus vobiscum, nec, Deus in adiutorium meum, usque ad horam diei Sabbati, qua diaconus cereum benedicit, quia ille in primis dicit: Dominus vobiscum, postea sequitur benedictio cerei. Sed hoc evangelio lecto, dicat presbyter:*

bire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis eius gratiam consequamur. Per. *Tunc alter diac. rubea alba indutus legit* Lect. Esaye prophetae, *in maiori tono evangeliorum* » (Damus integrum textum huius lect. apocryphae, nunc a codd. Ambr. expunctae, qualis habetur in M.). « Haec dicit Dnus Deus: Ecce levo ad populum manum meam, et auferam iudicium manuum mearum, quia dum extenderint ad me manus suas non exaudiam eos; quia manus eorum sanguine plenae sunt. Clamore magno insurrexerunt super me, et velut leo in sylva dederunt super me voces suas: virum dolorum et scientem infirmitatem, et quasi absconditum vultum me habuerunt, dicentes: Nec reputabimus eum: Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, traditus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, et livore eius sanati sumus: Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: Et Dnus posuit eum iniquitates omnium nostrorum: Oblatus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente obmutescet, et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est, post haec induam caelum nubibus et tenebris, et lapides movebuntur de loco suo: Et conteram portas aereas, et vectes ferreos confringam. Et convertam faciem meam ad gentes, et extendam manum meam et liberabo eos, et eripiam de manibus malorum. Dicit Dnus omnipotens. *Sequitur canticum episcopale aut sacerdotale sive diaconile.* Tenebrae factae sunt, etc. », ut in cod. nostro R.

12. Mane facto: M. *add. rubr.:* « *Sed quando legitur:* Emisit spiritum, *statim cicendelarius*, etc., ut in Beroldo, ed. Magistr. p. 106, ll. 5-19.

Benedictus Dominus, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. (℟) Amen.

*Oratio.* Deus, qui pro redemptione nostra accepisti sanguinem Christi, solve opera diaboli, et omnes laqueos disrumpe peccati: ut creaturam regenerationis nulla polluant contagia vetustatis. Per eundem.

*Tunc subiungit presbyter: Benedicat et exaudiat nos Deus.* (℟) *Amen.* ℣ *Procedamus cum pace.* (℟) *In nomine Christi. Benedicamus (Domino.* ℟ *Deo gratias).*

*Tunc pergunt in secretarium, et inveniunt crucem compositam; et dicat sacerdos:* Benedicat Dominus, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. ℟ Amen.

*Oratio.* Immensa pietas Dei, qui latronem ad confessionem eadem die de cruce in ‡ paradisum transtulisti; trans- f. 1
fer a nobis iniquitates nostras, et haeredes nos caelestium bonorum esse concede: Qui tecum.

*Alia orat.* Deus, qui unigeniti Domini nostri Ihesu Christi pretioso sanguine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius: ut qui ad adorandam crucem adveniunt, a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eundem.

*Ant. quando adorant crucem, et portant.* I. Crucem tuam adoramus, Domine, et sanctam resurrectionem tuam glorificamus. II. Adoramus crucem tuam et signum de cruce tua, et qui crucifixus est virtutem. ℣ (1) Beati immaculati.

9. (*Dom.* ℟ *Deo gr.*): *suppl. in hac ed. cum M., qui in marg. add. 2 ma.:* « Sexta et nona sine Deus in adiutorium et Gloria ». — 10-11. *et.... compositam: et subdiaconi honeste praeparant crucem super stadium.* M. — 13. qui: quae. W. — 14. eadem: hac eadem. V. W. M. — 15-16. nos caelestium bonorum: bon. cael. nos. M. — Qui tecum: Per Dominum. U. V. Z. M. — 17. unigeniti: unigeniti tui. M. — 18. humanum genus: genus humanum. M. — 19. crucem: vivificam crucem. V. Z. W. M. — 20. Per eundem: M. add.: « Benedic, Dne, quaes. hanc ✠ crucem tuam, per quam eripuisti mundum a potestate demonum, et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis, per ligni vetiti praesumptionem. ✠ Sanctifica, Dne, istud signa ✠ culum passionis tuae, ut sit inimicis tuis obstaculum, et credentibus in te perpetuum vexillum. Qui cum Deo Patre. *Tunc egrediuntur*, etc. », ut in Beroldo ed. Magistretti, a p. 106, l. 23 ad pag. 107, l. 16 incl., cum orat. et ant. per extens., ut in cod. nostro R. — 24. virtutem: virtute. T. U. V. Z. — immaculati: immaculati *usq. ad* Legem pone. M.

(1) Psalm. 118.

*Adorata vero cruce, revertuntur in secretarium, portando honeste crucem, et cantando hanc ant.* Laudamus te, Christe, et hymnum dicimus tibi, quia per crucem redemisti mundum. *Et cum venerint in secretarium, dicat sacerdos:*

Benedictus Dominus, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. ℟ Amen.

*Orat.* Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum et carnem suscipere, et crucem subire fecisti, concede nobis propitius: ut ad patientiae ipsius documenta, et resurrectionis consortia pertingere mereamur. Per eundem.

*Al. or.* Omnipotens sempiterne Deus, qui omnium operum tuorum dispensatione es mirabilis, intelligant redempti tui, non fuisse excellentius quod initio factus est mundus, quam quod in fine saeculorum Pascha nostrum immolatus est
f. 145. Christus. Qui te-*-cum vivit et cum Spiritu sancto.

*Deinde dicat presbyter: Benedictus Dominus qui. Seq. Benedicat et exaudiat nos Deus.* ℟ *Amen. Dicat diaconus: Procedamus cum pace,* ℣ *In nomine Christi.* ℟ *Benedicamus.*

ITEM AD VESPERAS, *sonito signo ligneo, idest pene octava hora. Dicat presbyter: Benedictus Dominus qui. Statim Lect. Danielis prophetae:* Nabuchodonosor rex fecit imaginem auream. *Hac lecta, tunc infantes cantent simul in pulpito cum magistro scolario hoc canticum:*

Tunc hi tres, quasi ex uno ore hymnum dicentes, glorificabant et benedicebant Dominum in fornace dicentes:

Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus in saecula. Amen.

Et benedictum nomen gloriae tuae, quod est sanctum et laudabile et gloriosum in saecula. Amen.

8. suscipere: sumere. U. V. M. *om.* W. — 9. ad: *om.* U. V. Z. W. M. — 10. resurrectionis: resur. eius. U. W. M. — 10-11. pertingere: *om.* U. V. Z. W. M. — 12. *Al. orat.*, etc.: *om.* M. — 21-25. *Statim* etc.: M. add. rubr. seq.: « *Et legitur a lectore minore Lectio Danielis prophetae* Tunc Nabuchodonosor: *hac lecta, tunc minor magister scholarum cantat primum versum solus in pulpito stans in medio puerorum. Incoepto vero* Benedictus es, *hebdomadarius magister scholarum vel observator, si minor fuerit hebdomadarius, stans subtus gradum cum parte quadam puerorum, in fine uniuscuiusque versus dicit* Amen, *usque* Quoniam eripuit nos. Tunc hi tres, etc. », ut in cod. nostro R. — 25. ex: de. M.

Benedictus es super sedem regni tui, et laudabilis et gloriosus in saecula. Amen.

Benedicite, omnia opera Domini, Domino; hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicite, caeli, Domino; hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicite, Angeli Domini, Domino; hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicite, omnes virtutes Domini, Domino; hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicite, sacerdotes Domini, Domino; hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicite, servi Domini, Domino; hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicite, spiritus et animae iustorum, Domino; hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicite, sancti et humiles corde, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicite, Anania, Azaria, Misahel, Domino; hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. (Amen).

Benedicamus Patrem, et Filium, et Sanctum Spiritum; hymnum dicamus et superexaltemus (eum in saecula. Amen).

Quoniam eripuit nos ab inferis, et de manu mortis liberavit nos, et eripuit nos de media fornace ignis ardentis: confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in saecula misericordia eius.

*Orat.* Largire sensibus nostris, summe Reparator, ⁑ om- f. 14

4. (Amen): *Suppl. hic, et infra, ut patet ex rubr. superallata codicis M.; et constat ex fere omn. all. codd.* — 22. Amen): M. add.: « *Hunc versum, qui sequitur, debet dicere magister scholarum solus, qui dixit primum:* Quoniam eripuit.... ardentis. *Tunc statim chorus incipiat excelsa voce versum hunc:* Confitemini.... eius. (M. *recte om. Orat.* Largire). *Sequitur a lectore minore Visio Danielis proph.*: Tunc Nabuchodonosor. *Cantus lectoris, iussu primicerii:* Supra dorsum.... peccatorum. *Deinde legitur Evangelium cum rubea alba, in quadragesimali tono, privatim, ut tantum a circumstantibus possit audiri. A quarto diacono:* Cum sero factum esset*: et tamen diaconus non salutat cum legit; et quamvis dicat:* Sequentia sci Evangelii sec. Math., *nullus respondeat:* Gloria tibi Dne. *Hoc finito, dicat presb:* Benedictus Dnus qui vivit. *Deinde incipiat hymn.* Hymnum dicamus Dno, *sine* Gloria tibi, Dne. *Hoc finito, subiungat presb.:* Benedictus Dnus qui vivit. ℟ *archidiaconile* Animae impiorum, etc. » ut in cod. nostro R. — 27. *Orat.* etc.: U. V. Z. W. M. om. hoc loco orat., quam ponunt infra ad Vesp.

nipotens Deus: ut temporalem Filii tui mortem per opera sancta, vitam perpetuam esse credamus: Per eundem.

*Sequentia Danielis prophetae.* Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit. *Cant.* Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitates suas. ℣ Dominus iustus concidet cervices peccatorum. *Deinde legitur Evangelium secundum Mathaeum; tamen diaconus (non) salutat cum legitur; et quamvis dicat: Sequentia sancti Evangelii secundum Mathaeum, nullus clericus respondit: Gloria tibi Domine; et non dicitur: In illo tempore.* Cum sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathia.

*Lecto Evangelio, tunc presbyter dicat:* Benedictus Dominus, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. (1) *Deinde hymn., hoc cantato sine Gloria:* Hymnum dicamus Domino. *Subiungit presbyter:* Benedictus Dominus, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. *Tunc diaconus cantat hoc* ℟ *in choro:* Animae impiorum fremebant adversum me, et gravatum est super eos cor meum, pro eo quod statuerunt pretium meum: treginta argenteos, quod appretiatus sum ab eis. ℣ Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem: treginta.

*Ant.* Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. ℣ (2) Deus, Deus meus, respice.

*Orat.* Concede nobis, omnipotens Deus; ut sicut in passione sua Dominus noster Ihesus Christus diversa utrisque intulit stipendia meritorum, ita, ablato a nobis vetustatis errore, resurrectionis eius gratiam consequamur. Per.

f. 146 ℟ *diacon.* Eram quasi agnus innocens; ✝ ductus sum ad immolandum, et nesciebam; consilium fecerunt inimici mei adversum me, dicentes: Venite, mittamus lignum in panem eius, et conteramus eum de terra viventium. ℣ Exur-

1. ut: ut per. Z. M. — 2. sancta: *1 ma.* sanctam, *sed post. abr.* m. *fin.* — 7. (*non*): *suppl., ut patet ex rubr. praeced. et ex all. codd.* — 19. treginta: triginta. U. V. Z. — 21. M. add.: « *Hoc finito, subiungit presb.:* Benedictus Dnus, qui vivit ». — 23-2°. respice: U. add. « *sine* Gloria *et sine* Kyr. »; M. add.: « *Finito psalmo sine* Gloria, *et ant., presb. dicat:* Benedictus Dominus. *Seq. orat.* Largire sensibus, etc. (vide supra). *Tunc subiungit presb.* Benedictus Dnus, qui vivit. ℟ *diaconile.* Eram, etc. ».

(1) Hoc ℣ incip. Vesp., omisso Lucernar. (2) Psalm. 21.

ge, Domine, praeveni eos, et subverte illos, qui cogitaverunt adversum me, dicentes: Venite. ℟ II. Hyerusalem, luge, et exue te vestibus iocunditatis; induere cinere cum cilicio: quia in te est occisus Salvator Israel. ℣ Luctum Unigeniti fac tibi planctum amarum: quia in te. ℟ III. Velum templi scissum est, et omnis terra tremuit; latro de cruce clamabat dicens: Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum. ℣ Miserere mei Deus, miserere mei; quoniam in te confidit anima mea: Memento.

*Orationes Solemnes.*

Oremus, dilectissimi nobis, in primis pro ecclesia sancta Dei: ut eam Deus et Dominus noster pacificare, multiplicare, et custodire dignetur, toto orbe terrarum, subiiciens ei principatus et potestates; detque nobis tranquillam et quietam vitam degentibus glorificare Deum Patrem omnipotentem.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus revelasti, custodi opera misericordiae tuae: ut ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nominis perseveret. Per eun.

*Solemnis.* Oremus et pro beatissimo papa nostro ill.: ut Deus et Dominus noster, qui elegit eum in ordine pontificatus, salvum atque ⁑ incolumen custodiat ecclesiae suae f. 1
sanctae, ad regendam plebem et populum sanctum Dei.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, cuius aeterno iuditio universa fundantur, respice propitius ad preces nostras,

1. qui: *om.* U. — 8. regnum tuum: *corr. ex* regno tuo. — 10. *Orationes solemnes:* M. *habet seq. rubr.:* « Finito ultimo ℟, archipresbyter dicit sollemnes super ambonem a parte dextra chori: presbyteri vero vicissim dicunt orationes, archiepiscopo semper iacente ante altare. Tunc diaconus dicat: *Flectamus genua.* Tunc prosternant omnes se in terram, et debent dicere unusquisque in corde suo secrete: *Flecto genua mea ad Patrem D. N. I. C. ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur.* Et postquam oraverint, dicat diaconus: *Levate vos.* Similiter ad ceteras orationes faciendum est. *Flectamus genua:* Oremus, dilectissimi, etc. ». — 14-15. tranquillam et quietam: quietam et tranq. V. — 16. M. add.: *Levate.* — 17. gloriam: ecclesiam. U. — 18. in Christo gentibus: gentibus in Chr. M. — 19. orbe: orbe terrarum. V. W. M. — 21. *Solemnis: Flectamus genua.* M. — 23-24. suae sanctae: sanctae suae. U. — Dei: M. add.: *Levate.*

et electum nobis antistitem tua pietate conserva: ut christiana plebs, quae tali gubernatur auctore, sub tanto pontifice credulitatis suae meritis augeatur. Per Dominum.

*Solemnis.* Oremus et pro omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, acolythis, exorcistis, lectoribus, ostiariis, confessoribus, (virginibus), viduis, orphanis, et pro omni populo sancto Dei.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, cuius Spiritu totum corpus ecclesiae sanctificatur et regitur, exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes: ut, gratiae tuae munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter et munde serviatur. Per.

*Solemnis.* Oremus et pro christianissimo imperatore nostro ill.: ut Deus omnipotens subditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad nostram perpetuam pacem.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, et omnia iura regnorum, respice ad christianum benignus imperium: ut gentes, quae in sua feritate

f. 147. confidunt, potentiae tuae dextera com-‡-primantur. Per.

*Solemnis.* Oremus et pro catechuminis nostris; ut Deus omnipotens adaperiat aures praecordiorum eorum, ianuamque misericordiae: ut per lavacrum regenerationis, accepta remissione omnium peccatorum, et ipsi inveniantur in Christo Ihesu Domino nostro.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui ecclesiam tuam nova semper prole foecundas, auge fidem et intellectum catechuminis nostris: ut renati fonte baptismatis, adoptionis tuae filiis aggregentur. Per.

*Solemnis.* Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem; ut cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem depellat, aperiat carceres, vincla dissolvat, peregri-

1. nobis: a nobis. U. — antistitem: *corr. ex* antistem. — 4. *Solemnis: Flectamus genua.* M. — 6. (virginibus): *suppl. in hac ed., cum omn. codd.* — 7. M. add.: *Levate.* — 11. et munde: *om.* Z. — 12. *Solemnis: Flectamus genua.* M. — 14. M. add. *Levate.* — 17. ad christianum: *om.* Z. — 19. *Solemnis: Flectamus genua.* M. — 20. eorum: *om.* M. — 23. M. add.: *Levate.* — 28. *Solemnis: Flectamus genua.* M. — dilectissimi: dilect. nobis. U. V. W. M. — 30. vincla: vincula U. V. Z. W.

nantibus redditum, infirmantibus sanitatem, navigantibus portum salutis indulgeat.

*Oratio.* Omnipotens et misericors Deus, moestorum consolatio, et laborantium fortitudo, perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium: ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per.

*Solemnis.* Oremus et pro haereticis, schismaticis: ut Deus et Dominus noster eruat eos ab erroribus universis, atque ad sanctam matrem ecclesiam ⁑ catholicam atque apostolicam f. revocare dignetur.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, et neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas: ut, omni haeretica pravitate deposita, errantium corda resipiscant, et ad veritatis tuae redeant unitatem. Per.

*Solemnis.* Oremus, et pro perfidis Iudaeis; ut Deus et Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum, et ut ipsi cognoscant Ihesum Christum Dominum nostrum.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis, exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcoecatione deferimus: ut agnita veritatis tuae luce, quae Christus est, a suis tenebris eruantur. Per.

*Solemnis.* Oremus et pro paganis: ut Deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum; et, relictis idolis suis, convertantur ad Deum verum et unicum Filium eius Ihesum Christum Deum ac Dominum nostrum; cum quo vivit et regnat cum Spiritu sancto per omnia saecula saeculorum. Amen.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris, suscipe propitius

1. redditum: reditum. U. V.; redditum, infir. san., navig., *om.* Z. — 2. M. add.: *Levate.* — 3. et misericors: sempiterne. M. — 7. *Solemnis: Flectamus genua.* M. — 10. M. add.: *Levate.* — 15. *Solemnis: Hic stent rursum.* M. — 16. et ut: ut et. U. Z. — 19. perfidiam: plebem. Z. — exaudi: exaudias. W. — 23. *Solemnis: Flectamus genua.* M. — 24. a: de. U. — 26. Deum ac: *om.* V. Z. W. — 28. M. add.: *Levate.* — 30. semper: *om.* M.

orationem nostram, et libera eos ab idolorum cultura, et aggrega ecclesiae tuae sanctae ad laudem et gloriam nominis tui. Per.

f. 148. ✠ *Compl.* Benedictus Dominus, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. (℟) Amen.

*Al.* Benedicat et exaudiat.

## SABBATO SANCTO.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Exurge, Domine, adiuva nos, et libera nos propter nomen tuum. ℣ Deus auribus nostris audivimus, patres nostri annuntiaverunt nobis: et libera. ℣ ii. Opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis: et libera nos. ℣ iii. Exurge, quare obdormis, Domine? exurge, adiuva nos: et libera. *Ant.* Frater non redemit, redimet homo pretium redemptionis animae suae. ℣ (1) Audite haec omnes. ii. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. ℣ (2) Domine, Deus salutis. iii. Videns Iudas, quia damnatus est, et ait: Peccavi tradens sanguinem iustum. ℣ (3) Cum iudicatur, exeat. iiii. Descendi in terra, cuius vectes sunt continentes aeterni. ℣ (4) Clamavi ad Dominum. v. Pilatus dixit: Manus meas

2. tuae santae: sanctae tuae. U. — 6. M. add.: « *Diac.* Procedamus cum pace. ℟ In nomine Christi. *Subdiac.* Benedicamus Domino ℟ Deo gratias. *In parasceve, finito vespere in hyemali ecclesia, et sollemnes* (*sic*), *duo maiores custodes debent habere ydriam cum fune apud puteum et brentas similiter in eadem ecclesia: et duo maiores de octo minorum debent aurire aquam, et quatnor minores debent portare aquam in choro. Postea omnes insimul debent lavare altare et chorum. Hoc facto, omnes sedecim custodes debent prandere honorifice cum Archiepiscopo* ». — 7. M. ponit rubr. ut in Beroldo, ed. Magistretti, p. 108, l. 18, usque ad. l. 13, pag. 109; post quam addit: « *In Sabb. Sancto, ad Matut., a sacerdote non dicitur:* Deus in adiutorium meum, *sed tantum imponat hymn.:* Aeterne rerum conditor, *quo finito sine* Gloria, *seq.* ℟ *post hymnum, diac.* Exurge, etc. » — 13. libera: M. add. seq. rubr.: « *Seq. diac. imponit ant.* Laudabilis. *Seq. hymn.* Benedictus es, Dne Deus patrum nostrorum, *sine* Gloria *et sine* Kyr., *cui subiungitur a sacerdote* Benedictus es, Deus. ℟ Amen. *Deinde imponuntur antiphonae per ordinem in psalmis, quibus decantatis sine* Gloria *et sine* Kyr., *et semper additur post singulos psalmos* Benedictus es, Deus. ℟ Amen ».

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 87. (3) Ex psalm. 108. (4) Canticum Ionae.

mundas a sanguine huius iusti vos videritis. ℣ [5] Dixit iniustus. VI *dubla*. Posui vestimentum meum cilicium, et factus sum illis in parabolam. ℣ Adversum me exercebantur, qui sedebant in porta; et in me psallebant qui bibebant vinum; ego vero orationem meam ad te, Domine. ℣ [6] Salva me, Deus. VII. Exurge, Domine, in requiem tuam, tu, et arca sanctitatis tuae. ℣ [7] Memento, Domine, David. VIII. Propter miseriam inopum, et gemitum pauperum, nunc exurgam: dicit Dominus. ℣ [8] Salva me, Domine, quoniam defecit. VIIII. Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Ihesus Nazarenus Rex Iudaeorum. ℣ [9] Dominus regnavit, decorem. X. Quia contrivit portas aereas, et vectes ferreos confregit. ℣ [10] Confitemini Domino: dicant. XI. Zelus domus tuae comedit * me, et obprobria exprobrantium f. 1 tibi ceciderunt super me. ℣ [11] Exaudi me, Domine, quoniam benigna est. XII *ant. dubla*. Abominantes me longe fugiant a me; faciem meam expuere non verentur. ℣ Pedes meos subnervaverunt et oppresserunt semitam meam. *Psalmus* [12] Deus, ultionum Dominus. XIII. Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius. ℣ [13] Et fugiant a facie. XIIII. Posui scapulas meas ad flagella, et faciem meam a confusione sputorum. ℣ [14] Saepe expugnaverunt. XV. Sicut ovis ad victimam ductus est, et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum in humilitate. ℣ [15] Vide humilitatem. XVI. Inclinato capite, Ihesus reddidit spiritum, et terra tremuit. ℣ [16] Adhaesit pavimento. XVII. Exurgens, Domine, misereberis Syon, quia venit tempus miserendi eius. ℣ [17] Domine, exaudi orationem meam, et clamor. XVIII. Ad defensionem meam inspice; eripe a framea animam meam, et de manu canis unicam meam: Salva

3. sum illis: illis sum. U. — 6. Deus: M. add.: « *usque* Exaudi me, Dne; *et dimittuntur duo versus in fine pro* Gloria Patri, *et* Sicut erat; *qui recapitulantur cum antiphonis. Ita fit in omnibus antiphonis duplis* ». — 17. fugiant: fugient. U. — expuere: conspuere. T. — 21. a confusione: ad confusionem. *R 2 ma*. T. V. Z. M.

(5) Psalm. 35. (6) Psalm. 68 usque ad ℣ *Exaudi me*, etc. (7) Psalm. 131. (8) Psalm. 11. (9) Psalm. 92. (10) Psalm. 106. (11) Reliq. psalm. 68 usque ad ℣ *In conspectu*. (12) Psalm. 93. (13) Psalm. ipse 67. (14) Psalm. 128. (15) Ex psalm. 118. (16) Ex psalm. 118. (17) Psalm. 101.

me, Domine, de ore leonis. ℣ [18] Narrabo nomen tuum. XVIIII *dubla*. Popule meus, quid feci tibi? aut quid molestus fui? responde mihi. ℣ Quia eduxit te de terra Aegypti, parasti crucem Salvatori tuo. *Psalm.* [19] Exaudivi te in abscondito. XX. Cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est; et inclinato capite, reddidit spiritum. ℣ [20] In conspectu tuo sunt omnes. XXI. Caelos orror invasit; dies fuit in nocte; luna sanguineo colore fuscata est. ℣ [21] Dominus regnavit, exultet. XXII. Terra tremuit, et quievit, dum resurgeret in iudicio Deus. ℣ [22] Notus in Iudaea Deus. XXIII. Qui te tribulaverunt edant carnes suas, et bibant ut vinum sanguinem suum. ℣ [23] Veniat mors super. XXIIII. Multa corpora sanctorum resurrexerunt, et apparuerunt in sanctam civitatem. ℣ [24] Beati quorum remissae.

*In Confitemini.* Velum templi scissum est, et omnis terra tremuit; sanctorum dormientium resurrexerunt corpora. ℣ [1] Confitemini Domino, quoniam bonus. ℣ Confitemini Deo
f. 149. deorum. *Orat. require retro:* ‡ Deus a quo Iudas. *In Laudate.* Sanctum nomen Domini in cruce exaltatum est; confessio eius super caelum et terram. *Cap.* Venite exultemus. ℟ *ad cornu altaris.* Dominus pastor bonus animam suam ponit: pro ovibus suis. ℣ Vulneratus est propter peccata nostra; afflictus est propter scelera nostra; sicut ovis ad occisionem ductus est: pro ovibus suis. *Psalm. directus.* [2] Deus, Deus meus, ad te de luce. *Hic dimitte: Gloria in excelsis Deo.* ℣ Benedictus Dominus. *hymnus.* Hymnum dicamus Domino. *mat.* Venite, exultemus Domino. ℣ Praeveniamus faciem eius. *Compl.* ℣ Benedictus Dominus. *Al.* Benedicat et exaudiat. *Al.* Procedamus.

3. eduxit: eduxi. T. U. V. Z. — 8. fuit: fugit in noctem. T; fugit. V. — 14. M. add.: « *Statim sequitur orat. secreta*: Protege nos, Deus salutaris noster, et circumda, misericors, remediis praesentibus et futuris. Per. Una. » — 18. *Orat.*, etc.: M. habet: « *Deinde dicit sacerdos:* Benedictus Dnus qui vivit et regnat in saecula saeculorum. *Seq. haec oratio.* Deus a quo (per extensum, ut supra p. 186, l. 1 et seq.) ». — 25. luce etc.: M. add. rubr.: « *Seq. hymn.* Hymnum dicamus Domino, *sine* Gloria, *et sine* Kyr.; *sed dicitur a sacerdote:* Benedictus Dominus qui vivit. *Seq.* Benedicat et exaudiat. Procedamus. Benedicamus Dno ». — 29. In cod. R. seq. spatium fere duar. linearum.

(18) Ex psalm. 21. (19) Ex psalm. 80. (20) Reliq. psalm. 68 usque ad finem. (21) Psalm. 96. (22) Psalm. 75. (23) Ex psalm. 54. (24) Psalm. 31. (1) Psalm. 135. (2) Psalm. 62.

Mane. *Lectio libri Genesis.* Noe vir iustus atque perfectus fuit. ℟ Exurge, Domine, et intende iudicium meum; Deus meus, et Dominus meus: in causam meam. ℣ Non insultent in me, qui adversantur mihi inique, qui oderunt me gratis et annuebant oculis: in causam meam. *Evang. sec. Mathaeum.* Altera die quae est parasceven.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui omnium operum tuorum dispensatione es mirabilis, intelligant redempti tui non fuisse excellentius quod initio factus est mundus, quam quod in fine saeculorum pascha nostrum immolatus est Christus. Qui tecum.

1. Mane, etc.: M., in marg. 2 ma. ponit: « *post tertiam cantatam* » in textu add.: « *Sabb. Sancto, sonito signo tubae, congregato clero in ecclesia aestiva, presbyter retro altaris, et dicit:* Benedictus Dnus qui vivit. *Et minimus lector ascendit pulpitum et legit Lect. libri Genesis.* Noe vir iustus. *psalmel.* Exurge, etc. *Mox minor diaconus, rubea alba indutus, legit hoc evangelium privatim, ut a circumstantibus possit audiri, in quadragesimali tono:* Altera die, etc. ». — 3. et Dominus meus: *om.* U. — 7. omnium: in. V.; in omnium. Z. in omni. W. — 9. initio: in initio. U. V. M. — 11. M. add.: « *Hac oratione finita, archiepiscopus subiungit:* Benedictus Dnus qui vivit. *Seq.* Benedicat et exaudiat. *Diaconus:* Procedamus cum pace. *deinde.* Benedicamus Dno. *Tunc cicendelarius debet habere novum ignem praeparatum in secretario ecclesiae aestivae. Et presbyter cardinalis observator debet benedicere ipsum ignem dicendo has orationes:* Dne D. n., Pater omnip., qui es lumen indeficiens, et conditor omnium luminum, ✠ benedic ✠ et sanctifica hunc ignem: ut per te sanctificatum atque benedictum, qui illuminasti omnem mundum, ab eo accendamur atque illuminemur igne claritatis tuae, quo illuminasti Moysen famulum tuum: ut, illuminatis cordibus et sensibus nostris, ad vitam aeternam pervenire mereamur. Per. *Al. orat.* Dne s. P. o., aet. D., lux et splendor universarum creaturarum, qui ex nihilo cuncta producere dignatus es, te humiliter deprecamur: ut hanc creaturam ignis ✠ benedicere ✠ et sanctificare digneris in nomine dilectissimi Filii tui, et in virtute Sp. s.: ut nobis ad obsequium et ad lumen esse facias tam animae quam corporis, et ut nihil in eo nobis adversarius damni irrogari possit; sed sit nobis in adiutorium per virtutem et potestatem tuam, Salvator mundi. Qui vivis et regnas. *Al orat.* D. s., P. o., aet. D., in nomine tuo et Filii tui ac Dni n. I. C., et Sp. s., ✠ benedicimus ✠ et sanctificamus lumen hoc. Adiuva nos. Qui vivit. *Post haec tres diaconi induti dalmaticis debent ire super tribunam, duobus portantibus duos cereos sine lumine. Et unus subdiaconus ebdomadarius, similiter alba indutus, debet portare rotulum, et debet tenere ipsum rotulum ante diaconum, donec legerit et benedixerit ceram et ignem, dicendo sic:* Exultet iam, etc. ».

*Benedictio Ignis.*

Domine Deus, Pater omnipotens, exaudi nos, lumen indeficiens: tu es sancte conditor omnium luminum. ✠ Benedic, Domine, hoc lumen, quod ante ✠ sanctificatum atque ✠ benedictum est: tu inluminasti omnem mundum, ut ab eo lumine accendamur, et inluminemur igne claritatis f. 149'. tuae, sicut igne inluminasti ‡ Moysen; ita, inluminatis et sensibus et cordibus nostris, ut ad vitam aeternam pervenire mereamur. Per.

BENEDICTIO CEREI.

Exultet iam angelica turba caelorum, exultent divina mysteria; et pro tanti regis victoria tuba intonet salutaris. Gaudeat se tot tellus irradiata fulgoribus: et aeterni regis splendore lustrata, totius orbis sentiat amisisse caliginem. Laetetur et mater ecclesia tanti luminis adornata fulgore; et magnis populorum vocibus haec aula resultet. Quapropter, astantibus vobis, fratres karissimi, ad tam (miram) sancti huius luminis claritatem, una mecum, quaeso, Dei omnipotentis misericordiam invocate: ut qui me, non meis meritis, intra levitarum numerum dignatus est aggregare, luminis sui gratia infundente, cerei huius laudem implere praecipiat. Praestante Domino nostro Ihesu Christo Filio suo, secum vivente atque regnante Deo, in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. (℟) Amen.

*Dominus vobiscum.* *Et cum spiritu tuo.*
*Sursum corda.* *Habemus ad Dominum.*
*Gratias agamus Domino Deo nostro.* *Dignum et iustum est.*

f. 150. Dignum et iustum est: vere quia dignum ‡ et iustum est, ae-

2. Domine Deus....: D. Deus noster, Pater omnip., qui es lumen indeficiens, conditor omnium luminum, benedic et sanctifica hoc lumen, quod a te sanctificatum atque benedictum est, qui illuminasti omnem mundum; ut ab eo accendamur et inluminemur igne claritatis tuae, quo inluminasti Moysen famulum tuum: ut, inluminatis sensibus et cordibus nostris, ad vitam aeternam pervenire mereamur. Per Dnum. T. — 7. inluminatis: *corr. ex* inluminabis. — 9. mereamur: *corr. ex* meremur. — 17. miram: *suppl. in hac ed., ut in omn. codd.* — 20. intra: inter. M. — 21. gratia infundente: gratiam infundendo. T. M.

quum et salutare, nos tibi semper hic et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus. Qui populorum Pascha cunctorum, non pecudum cruore, nec adipe: sed Unigeniti tui Domini nostri Ihesu Christi sanguine corporeque dicasti. Ut, supploso ritu gentis ingratae, legi gratia succederet: et una victima per semetipsam tuae maiestati semel oblata, mundi totius expiaret offensam. Hic est agnus lapideis praefiguratus in tabulis: non adductus e gregibus, sed evectus e caelo: nec pastore indigens, sed pastor bonus ipse tantummodo: qui animam suam pro suis posuit ovibus, et rursus assumpsit. Ut nobis et humilitatem divina dignatio, et spem resurrectio corporalis ostenderet. Qui coram tondente se, non vocem queruli balatus emisit: sed evangelico proclamavit oraculo dicens: Amodo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram maiestatis. Ipse nobis et te reconciliat, Pater omnipotens: et pari tecum maiestate fultus indulget: nam quae patribus in figura contingebant, nobis in veritate proveniunt.

Ecce iam ignis columna resplendet, ⁜ quae plebem Do- f. 15
mini, beatae noctis tempore, ad salutaria fluenta praecedat: in quibus persecutor mergitur, et Christi populus liberatus emergit: nam sancti Spiritus unda conceptus, per Adam natus ad mortem, per Christum regignitur ad vitam. Solvamus igitur voluntarie celebrata ieiunia; quia Pascha nostrum immolatus est Christus: nec solum corpore epulemur agni, sed etiam inebriemur et sanguine: huius enim tantummodo cruor non creat piaculum bibentibus, sed salutem: ipso quoque vescamur et azima; quoniam non de solo pane

3. non: nec. M. — 5. dicasti: dedicasti. M. — 14. Amodo: modo. M. — 15-16. reconciliat: reconciliet. M. — 18. M. *add. seq. rubr.:* « Et hac benedictione finita, statim cicendelarius observator accendit lampadam de novo igne benedicto. Et sic observator subdiaconus portat eam in tribunam, et accendit cereum qui est super candelabrum magnum impositum per manus cicendelarii hebdomadarii, datum de camera archiepiscopi. Et tunc duo diaconi de circumstantibus accendunt cereos, quos tenent cum cantharis, de igne qui est super candelabrum maius. Tunc diaconus dicit excelsa voce: *Ecce iam ignis,* etc. ». — 26. huius: cuius. M.

vivit homo, sed de omni verbo Dei. Siquidem hic est panis, qui descendit e caelo, longe praestantior illo quondam mannae imbre frugifluo, quo tunc Israel epulatus interiit: hoc vero qui vescitur corpore, vitae perennis possessor existit. Ecce vetera transierunt, facta sunt omnia nova: nam circumcisionis mosaycae mucro iam scabruit, et Ihesu Nave acuta lapidum obsolevit asperitas: Christi vero populus insignitur fronte, non inguine; lavacro non vulnere; chrismate, non cruore. Decet ergo in hoc Domini Salvatoris nostri vespertinae resurrectionis adventu ceream nos adolere pin-
f. 151. * -guedinem: cui suppetit candor in spetie, suavitas in odore, splendor in lumine: quae nec marcescenti liquore defluit, nec offensam tetri nidoris exalat. Quid enim magis accommodum, magisque festivum, quam iesseico flori floreis excubemus et tedis? praesertim cum et sapientia de semetipsa cecinerit: Ego sum flos agri, et lilium convallium. Ceras igitur nec pinus exusta desudat, nec crebris sauciata bipennibus cedrus illacrymat; sed est illis arcana de virginitate creatio: et ipsae transfiguratione nivei candoris albescunt. Eandem vero papyrum liquida fontis unda producit: quae instar insontis animae nullis articulatur sinuata compagibus: sed virginali circumsepta materie, fit hospitalis ignibus alumna rivorum. Decet ergo adventum Sponsi dulciatis ecclesiae luminaribus operari; et largitatem sanctitatis acceptam, quanta valet devotionis dote, pensare: nec sanctas interpolare tenebris excubias; sed tedam sapienter perpetuis praeparare luminibus: nec, dum oleum candelis adiungitur, adventum Domini tardo prosequamur obsequio: qui certe in ictu oculi
f. 151v. ut coruscus adveniet. * Igitur in huius diei vespere cuncta venerabilis sacramenti plenitudo colligitur; et quae diversis sunt praefigurata vel gesta temporibus, huius noctis curriculo devoluta supplentur. Nam primum hoc vespertinum

9. nostri: *om.* M. — 18. illis: illi. T. — 23. dulciatis: dulcatis. M. — 24. operari: operiri. T. M. — 27. nec: ne. T. — 30. et quae: ut quae. M.

lumen, sicut illa dux magorum stella, praecedit: deinde mysticae regenerationis unda prosequitur: velut, dignante Domino, fluenta Iordanis: tertio resurrectionem Christi voce apostolica sacerdotes annuntiant. Tum ad totius mysterii supplementum Christo vescitur turba fidelium: quae Summi sacerdotis et antistitis tui Ambrosii oratione sanctificata vel meritis, Resurrectionis dominicae diem, Christo in omnibus prosperante, suscipiat. Per bonum et benedictum Filium tuum Dominum nostrum Ihesum Christum, cum quo beatus vivis et regnas Deus, in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. (℟) Amen.

MANE AD VESPERAS. *Lectio libri Genesis.* In principio creavit Deus caelum et terram. *Psalmel.* Tui sunt caeli et tua est terra. ℣ Misericordias tuas, Domine, in aeternum cantabo.

*Oratio.* Deus, incommutabilis virtus, lumen aeternum, respice propitius ad totius ecclesiae ⁑ mirabile sacramentum, f. 1
et opus salutis humanae perpetuae dispositionis effectu tranquillitatem operare: totusque mundus experiatur et videat, deiecta erigi, veterata innovari, et per ipsum reddere omnia in integrum, a quo sumpsere initium. Per.

II. *Lectio libri Genesis.* Temptavit Deus Abraham. *(Psalmellus).* Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. ℣ Deus, deorum Dominus, locutus est, et vocavit terram.

*Oratio.* Deus, fidelium Pater summe, qui in toto orbe terrarum promissionis tuae filios diffusa adoptione multiplicas; et per paschale sacramentum Abraham puerum tuum universarum, sicut iurasti, gentium efficis patrem: da populis tuis, digne ad gratiam tuae vocationis intrare. Per.

1. praecedit: *corr. ex* praecedat. — 2. prosequitur: subsequitur. T. M. — 3-4 voce apostolica sacerdotes annuntiant: vox apostolica sacerdotis annuntiat. T. M. — Tum: cum. M. — 8. suscipiat: suscipiamus. T. — 11. M. add.: « *Statim seq.* Dnus vobiscum. *Seq. secundus lector*: *Lectio libri Genesis.* In principio, etc.: *psalmel. req. in Vigil. Nat. Dni* ». — 18-19. tranquillitatem: *corr.* tranquillus, *ut in omn. codd.* — 20. veterata: vetera. T. — reddere omnia: redire omnia. T. U. V. Z. W.; omnia redire. M. — 21. initium: principium. T. U. V. Z. W. M. — 22. II: *Tertius lector.* M. — 26. Pater summe: summe Pater. M. — 29. iurasti: iussisti. U. W.

III. *Lectio libri Exodi.* Dixit Dominus ad Moysen et Aaron in terra Egypti. *Benedictio cum fant.*

Hymnum Danihelis.

Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus in saecula. [Amen].

Et benedictum nomen gloriae tuae, quod est sanctum et laudabile, et gloriosum in saecula. Amen.

Benedictus es super sedem regni tui, et laudabilis, et gloriosus in saecula. Amen.

Benedicite, omnia opera Domini, Domino: hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. [Amen].

Benedicite, fontes Domini, Domino: hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. [Amen].

Benedicite, servi Domini, Domino: hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. [Amen].

Benedicamus Patrem, et Filium, et sanctum Spiritum: hymnum dicamus, et superexaltemus eum in saecula. [Amen].

*Oratio.* Deus, celsitudo humilium, et fortitudo rectorum, f. 152'. ⁑ qui per sanctum Moysen puerum tuum, ita erudire populum tuum sacri carminis tui decantatione voluisti, ut illa legis iteratio fieret etiam nostra directio; excita in omnem iustificandarum gentium plenitudinem potentiam tuam, et da laetitiam mitigando terrorem: ut omnium peccatis tua miseratione deletis, quod denuntiatum est in ultionem, transeat in salutem. Per.

(IV) *Lectio libri Exodi.* Haec est haereditas servorum.

*Cant.* Tunc cantabat Moyses et filii Israel canticum hoc Deo, et dixerunt:

Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est.

℣ I. Equum et ascensorem proiecit in mare:

1. III: *Quartus lector.* M. — 2. *Benedictio cum fant.: Seq. cant. trium puerorum; sed tamen unus puerorum solus cantat pr'orem versum in pulpito, celeri tamen cum eo stantes.»* (*sic*). — 5. [Amen]: *suppl. hic et infra.* — 8. sedem: sedem sanctam. U. V. — 17. dicamus: *corr. ex* dicite. — 18. *Oratio: in M. al. ordo Orat.*; post lect. III, orat. V cod. R.; post lect. IV, or. III.; post V, or. IV. — rectorum: iustorum. M. — 26. (IV): *Quintus lector.* M., qui ponit hanc lect. ut V, et V legit hoc loco. — 27. *Cant.: Seq. cantus cum quatuor clavicularιis.* M.

℣ II. Adiutor et protector factus est mihi in salutem:

℣ III. Hic Deus meus, et honorificabo eum: Deus patris mei, et exaltabo eum:

℣ IIII. Dominus conterens bella: Dominus nomen est ei:

℣ V. Dominus regnans in aeternum: et super saeculum et adhuc:

℣ VI. Filii autem ambulaverunt per aridam: in medio maris:

℣ VII. Sumpsit autem Maria prophetissa, soror Aaron, timpanum in manu sua: et exierunt omnes mulieres post eam cum timpanis et choris; praecedebat autem eas Maria dicens: Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, spes unica mundi, qui prophetarum tuorum praeconio praesentium temporum declarasti mysteria, auge populi tui vota placatus: quia in nullo fidelium, nisi ex tua inspiratione, proveniunt quarumlibet incrementa virtutum. Per.

(V) *Lectio libri Exodi.* Armati ascenderunt. *Psalmel.* Benedictus Dominus Deus ✝ Israel, qui facit mirabilia solus. f. 15
℣ Deus iuditium tuum regi da.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrum fidei spopondisti; et promissionis tuae filios sacra adoptione dilata: ut quod priores sancti non dubitaverunt futurum, ecclesia tua magna iam ex parte cognoscat impletum. Per.

(VI) *Lectio Esaie prophetae.* Lavamini, mundi estote. *Cantus.* Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad devotionem populi tui renascentis, qui sicut cervus aquarum expectat fontem; et concede propitius: ut fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio, animam corpusque sanctificet. Per.

*Ant. ad Fontes.* Exurge, quare obdormis, Domine? exurge,

7. maris: mari. U. V. M. — 9. manu sua: manus suas. U. V. M. — 14. populi: *1 ma.* populorum, *sed post corr.* — quia: ut quia. W. — 15. ex tua: in tua. Z. M. — 17. (V): *Sextus lector legit.* M. — 25. (VI): *Septimus lector legit.* M. — 29. tui: *om.* V. W. M. — qui: quia. W. — 32. *Ant. ad Fontes:* M. add. rubr., ut in Beroldo, ed. Magistr. p. 111, l. 4-27. « *Hac (oratione) finita, statim archiepiscopus induit sacras vestes.... sunt illius ecclesiae baptismalis* », cum additionibus, ut in nota, l. c.

et ne repellas in finem. Quare faciem tuam avertis? oblivisceris tribulationem nostram? Exurge, Domine, adiuva nos, et libera nos propter nomen tuum.

ITEM ORATIONES AD FONTES BENEDICENDUM.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnae pietatis tuae mysteriis, adesto sacramentis: et ad creandos novos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, Spiritum adoptionis emitte: ut quod humilitatis nostrae gerendum est ministerio, tuae virtutis impleatur effectu. Per Dominum.

*Al. or.* Deum immensum maiestatis aeternae suppliciter exoramus: ut per verbum, et virtutem, et sapientiam suam,
f. 153′. Dominum nostrum Ihesum ✝ Christum, in hoc lavacro salutari peccatorum omnium admissa concedat, detque sanctificationem suam aquis: ut quicumque easdem ingressi fuerint, remissionem criminum, et benedictionem consequantur. Per eundem Dominum nostrum Ihesum Christum Filium suum, secum viventem, atque regnantem Deum, in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum.

*Al. or.* Oremus et deprecemur Dei Patris omnipotentis clementiam: ut famulis famulabusque suis competentibus, quos in hac hora, et ad hunc beatae regenerationis fontem, dexterae suae protectione perduxit, det gratiam misericordiae suae: et corda eorum spiritali repleat intellectu, ut caeleste sacramentum plena fide et credula mente suscipiant: nobis etiam famulis suis det veniam omnium delictorum, gloriae suae praesentiam tribuat: ut mysteria salutaris baptismatis sine offensione celebremus. Per Dominum nostrum Ihesum Christum Filium suum, secum viventem atque regnantem Deum, in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum.

*Insuffla in aquam ipsam, et dic:*

Adiuro te, creatura aquae, ✠ per Deum verum, ✠ Deum

8. emitte: admitte. M. — 9. effectu: affectu. T. — 13. detque: detque eis. M. — 17. secum viventem: *om.* M. — 18. T. M. *add.*: Amen. — 25. suis: tuis. M. — delictorum: peccatorum. T. — 31. *ipsam: ipsam in similitudinem crucis.* M.

vivum, ✠ Deum sanctum: Qui te in principio a terra separavit: qui te de paradisi ‡ fonte ante produxit, et in quatuor f. 154 fluminibus totam terram rigari praecepit. Adiuro te per Dominum nostrum Ihesum Christum Filium Dei vivi, qui te in Cana Galileae signo admirabili in vinum convertit: qui pedibus super te ambulavit; et a Iohanne in te est baptizatus: qui te amarissimam aquam per lignum passionis suae indulcavit; et populum sitientem, te de petra producens, satiavit; et Neeman syrum in te a lepra sua mundavit; et nomen tibi imposuit Syloa, in qua caecus ut lumen reciperet, oculos lavari praecepit: qui te de latere suo una cum sanguine produxit: qui discipulis suis dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Efficere ergo aqua exorcizata ad effugandam omnem diaboli infestationem, omneque phantasma inimici; et ipsum inimicum eradicare, et effugare atque supplantare a servis Dei, qui in te hodie baptizandi sunt, accepturi etiam remissionem peccatorum suorum, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Ihesu Christi Filii Dei vivi, qui venturus est in Spiritu sancto iudicare saeculum per ignem. Amen.

‡ ✠ Sanctificare per Verbum Dei, unda caelestis; ✠ sancti- f. 154' ficare aqua ✠ Christi calcata vestigiis: quae montibus pressa non clauderis; quae scopulis inlisa non frangeris: quae terris infusa non deficis. Tu sustinens aridam portas montium pondera, nec dimergis. Tu caelorum vertice contineris; circumfusa per totum lavans omnia, nec lavaris. Tu fugientibus Hebreorum populis in glaciem durata constringeris; tu rursus altis resoluta verticibus, Nili incolas perdis, et hostili globo freto saeviente persequeris: una eademque salus fidelium, et ultio criminosis. Te per Moysen percussa rupes

2. produxit: perduxit. T. — 3. praecepit: M. *2 ma. in marg. add. rubr.:* « hic dividat aquam in modum crucis ». — 9. Neeman: Neaman. M. — 12. produxit: perduxit. T. — 14. ad: et ad. T. — 15-16. inimici.... eradicare et: *om.* T. — 17. a servis: *1 ma.* adversus. — 21. ✠ Sanctificare: *Adiuratio aquae.* Sanctificare, etc. M. — 23-24. terris.... aridam: *om.* T. — sustinens: sustines. M. — 26. lavans: lavas. T. M. — 28-29. hostili globo: *2 ma. corr.* hostiles globos.

evomuit; nec abdita cautibus latere potuisti, cum maiestatis imperio iussa prodires. Tu gestata nubibus, imbre iocundo arva foecundas, ne siccatis exanimata visceribus sublimes neget terra proventus. A te principium; in te finis exultat; vel potius tuum est, ut terminum nesciamus. Neque enim, Domine, omnipotens Pater, virtutum tuarum nescii aquarum merita laudamus; sed in his operis tui praedicamus insignia.

Suscipe igitur noxios, solve captivos; redde quod in paradiso Adam perdidit, quod uxor amisit, quod intemperantia
155. crudelis absorbuit. * Da salutarem potum [male saturis acerbitate pomorum]; ut indigesta mortalium et annosa pernicies divino solvatur antidoto. Ablue terram squaloris illuvie; discute paradisi machaeram flammeis obicibus fluctuantem; pateat redeuntibus floribus roris ingressus; recipiant imaginem deitatis, olim perditam livore serpentis. Quidquid noxium de praevaricatione contractum est, huius gurgitis puritate deponant: surgant ad requiem, producantur ad veniam: ut mystici corporis innovati, et redemptos se noverint, et renatos. Per Christum Filium tuum Dominum nostrum, tecum viventem atque regnantem Deum, in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

*Post haec mittendum est chrisma in ipsam aquam: et postquam ingressus fuerit presbyter et diaconus in ipsum fontem, et interrogantur quid (sic) fontem benedix. subdiaconus interrogat patrem cuius filius est, talem et talem, Petrus et Iohannes. Presbyter interrogat symbolum:*

Quid venistis facere? ℟ *Illi respondentes dicunt:* Nos baptizare. *Dicat patri:* Ite, adducite eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Interroga iterum patrem:* Quod nomen est illis? Tale et tale. *Item nominat, pater nominat et dicit (sic).*

10-11. [male.... pomorum]: *suppl. in hac ed., ut in omn. codd.* — 13. macheram: *corr. ex* maceria. — 14. roris: ruris. T. M. — ingressus: incessus. M. — 18. mystici corporis: mystico corpore et sanguine. M. — 22. et seqq. Textus cod. nostri R., ut patet, est corruptus. T habet: « *Post haec mittitur chrisma in ipsam aquam. Deinde cum ingressi fuerint presbyteri et diaconi in ipsum fontem, interrogantur ab eo qui fontem benedixit:* Qui venistis facere? ℟ Baptizare. *Inter. Symb.* Credis in Deum, etc. (ut

*Interroga symbolum:* Cred[it]is in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae? ℟ Credimus. *Int.* Et in Ihesum Christum Filium eius unicum, Dominum nostrum natum et passum? ℟ Credimus. *Int.* Creditis et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum ⁑ carnis resurrectionem, vitam aeternam? ℟ Credimus. f. 155

*Prima mersio.* Baptizote (sic) ergo eos. (1) II *mersio.* In nomine Patris. III *mersio.* Et Filii et Spiritus sancti.

in R). ℟ Credo. *Int.* Et in Ihesum Christum, etc. ℟ Credo. *Int.* Credis et in Spiritum, etc. ℟ Credo. *Tunc dicit Presbyter:* Baptizate eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Item letanias.* Domine, miserere, etc. » ut in R. — U. habet : « *Deinde cum ingressi fuerint presbyteri et diaconi in ipsum fontem interrogantur ab eo qui fontem benedixit.* Quid venistis facere? *Illi respondentes dicunt:* ℟ Baptizare. *Dicit pat(ribus):* Ite, adducite eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Interrogat iterum pat(res):* Quod nomen est illis? ℟ Tale et tale. *Item nominat pat. (?) nomina, et dicit:* Creditis in Deum Patrem omnipotentem? ℟ Credimus. *Int.* Et in I. C. Filium eius unicum dom. nostr., natum et passum? ℟ Credimus. *Int.* Creditis in Sp. s., etc. (ut in R). ℟ Credimus. *Item dicit presbyter;* Baptizate eos in nomine Patris ✠, et Filii, ✠, et Sp. s. *Item letanias,* etc. ». — V. habet : « *Interrogatio Episcopi.* Quid venistis facere? ℟ *Illi respondentes dicunt:* Baptizare. *Interrogat.* Dicit pater (sic). Ite, adducite eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Item interrogat iterum pat.* Quod est nomen ill.? ℟ Tale et tale. *Item nominat pat. nomina, et dicit. Interrogatio.* Creditis in Deum Patrem omnipotentem? ℟ Credimus. *Interr.* Et in I. C. F. ej. unic. dom. nostr. natum et passum? ℟ Credimus. *Interr.* Creditis in Sp. s., etc. (ut in R). ℟ Credimus. *Tunc dicit episcopus.* Baptizate eos in nomine P. ✠ et F. ✠ et S. ✠ s. *Letanie super infantes.* Dne, miserere, etc. ». — M. post adiurationem aquae, add. : « *Tunc cimiliarcha praesens adsistens cum chrismate et cocleari argenteo porrigit archiepiscopo coclear vacuum. Et cimiliarcha tenente chrisma, archiepiscopus fundit ipsum chrisma in fontibus cum praedicto cocleari in modum crucis, dicendo:* Sit fons iste sacer, sanctificatus, et perunctus. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. *Sic tribus vicibus fundit chrisma dicendo:* Sit fons iste. *His ita gestis, statim archiepiscopus vadit ad alteram partem fontium, idest ad orientem, et duo cardinales, idest minor presbyter, et minor diaconus, intrant fontes, et tres custodes observatores de octo minoribus, quaerunt tres pueros per ecclesiam eundo, si possunt invenire, qui vocentur, unus Petrus, secundus Paulus, tertius Iohannes. Et porrigere debent cardinalibus qui sunt in fontibus. Et ipsis cardinalibus tenentibus pueris, archiepiscopus interrogat eos:* Quid venistis facere? ℟ Venimus baptizare. *Item interr.* Quod est nomen

(1) Cfr. in notis praeced. loca parall. in codd. T. U. V. M : legendum : « Baptizate, etc. ».

*Sequitur letania.*
Domine miserere
Christe libera nos
S. Maria
S. Michahel
S. Gabrihel
S. Raphahel
S. Iohannes
S. Petre
S. Paule
S. Andrea
S. Stephane
S. Nazari
S. Celse
S. Protasi
S. Gervasi
S. Ambrosii
Omnes Sancti

*Deinde presbyter faciens crucem cum chrismate in celebro infantum, dicit hanc orationem:*

Deus omnipotens Pater Domini nostri Ihesu Christi, qui vos regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit vobis remissionem omnium peccatorum, ipse vos linit chrismate salutis, in Christo Ihesu Domino nostro in vitam aeternam. Amen.

*Hic debet episcopus lavare pedes infantium post baptisma.*
*Oratio regressum (sic) ad fontem. Dominus vobiscum.*

Celebratis atque perfectis divini baptismatis sacramentis, Domino caeli et terrae, Deo Patri omnipotenti, indefessas gratias referamus; ipsumque supplices postulemus: uti nos atque omnem familiam suam gloriosae resurrectionis Domini nostri Ihesu Christi annuat esse participes. Praestante

illis? ℟ Tale et tale. *Item nominat nomina eorum archiepiscopus, et dicit:* Creditis in Deum Patrem, etc. ℟ Credimus. *Int.* Et in Ihesum, etc. ℟ Credimus. *Int.* Creditis et in Sp. s., s. eccl. cath., sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam? ℟ Credimus. *Et statim subiungit dicens:* Ite, baptizate eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Et statim baptizant dicendo nomina eorum:* Baptizo te, *prima mersio,* In nomine Patris: *secunda mersio,* Et Filii: *tertia mersio,* Et Sp. s. Amen. *Tunc primicerius lectorum statim subinfert letanias istas, etc.* ».

2. Domine miserere: *ter.* T. M. — 3. Christe, etc.: T. U. V. M. *add.* ℟ « Salvator, libera nos ». — 4. Gervasi: U. *add.:* S. Nicolae, S. Martine; M. *add.:* S. Tegla, S. Pelagia. — 6. Omnes Sancti; M. *add. concl. letan., more solito:* « Exaudi, Christe III., Exaudi, Deus III. Kyr., k., k. ». — 7-8. *Deinde, etc.:* T. ponit seq. rubr.: « *Dum signas renatum cum chrisma dicis* »; M. add.: « *Et scito quia archiepiscopus flectit genua sua ante letanias contra orientem, et post letanias surgens chrismat praedictos baptizatos in celebro, in modum crucis, dicendo hanc orationem* ». — 9. omnipotens Pater: Pat. omnip. M. — 10. vos: te. T. — 11. vobis: vos. T. — vos: te. Q. T. — 14. *Hic debet,* etc.: *om.* T. U. V.; M. add. rubr. per extensum, ut in Beroldo, ed. Magistr., p. 112, l. 27. « *Praedicti custodes debent suscipere praedictos pueros,* etc., usque ad or.: Celebratis, etc. » p. 113, l. 17. — 15. *Oratio,* etc.: *om.* U. V. — 18. uti: *corr. ex* ut in; ut. M.

ipso Domino nostro Ihesu Christo Filio suo, secum vivente atque regnante Deo, in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

☩ *Presbyter qui (sic) debet ante Missam canere hoc* ℟ *post* f. 156
*orationem.* Sacri fontis aqua perennis: ubi renovantur. Alleluia. ℣ Beati, quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata: ubi.

*De bapt. in eccl. hyem.* All. all. all. ℣ Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. II. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccata, nec est in ore eius dolus. III. Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die. IIII. Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua. V. Conversus sum in aerumnam, dum confringitur mihi spina. VI. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. VII. Laetamini in Domino, et exultate iusti; et gloriamini omnes recti corde. VIII. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. All. all. all.

[Ad missam]. *In eccl. hyem.* ℣ *in All.* In ecclesiis benedicite Deum Dominum de fontibus Israel. *Al.* ℣ *in All.* Intrate in conspectu eius in exultatione: scitote quod Dominus ipse est Deus noster.

1. ipso: *om.* T. M. — 4-5. *Presbyter....* Sacri: M. habet seq. rub.: « *Sequitur responsorium, quod archiepiscopus debet cantare excelsa voce ad cornu altaris:* Sacri, etc. ». — 9. peccata: peccata. all. Q. U. V. T. Z.; pec... all. all. M. — 10. imputavit: imputabit. T. — peccata: peccatum. Q. T. U. V. Z. — 11. dolus: dolus, all. Q. U. V. M. — 12. die: die, all. Q. U. V.; die, all. all. M. — 13. tua: tua, all. Q. U. V. M. — 14. confringitur: configitur. Q. — spina: spina, all. Q. U. V.; spina, all. all. M. — 15. opportuno: opportuno, all. Q. U. V. M. — VII: T. om. hoc ℣. — 16. corde: corde, all. Q. U. V.; corde, all. all. M. — 19. All., etc.: *semel. in* Q. U. V. Z. — 20 et seqq. [Ad missam]: M. *add. seq. rubr.:* « Dum hoc psallentium cantatur, presbyter observator debet esse vestitus et praeparatus ad canendam Missam in ecclesia hyemali: et hoc finito, praedictus presbyter dicit orationem super populum: et statim secundicerius ascendit pulpitum, et legit: Lect. Actuum Apostolor. *In diebus illis. Aperiens Petrus os suum dixit: Viri Israëlitae;* (omis. quae ad rem non pertinent, v. in Beroldo, p. 113 et seq.). Finita lectione, notarius unus cantat: *All.* ℣ *In ecclesiis....* Epist. ad Rom.: *Paulus servus Christi.* Alter vero notarius subsequitur cantando *All.* de Dnus regnavit. ℣ *Intrate,* etc. Evang. sec. Math.: *Erat homo ex phariseis.* Finito evangelio (*presb. procedit in Missa sua usque in finem*), archiepiscopus, indutus sicut in die solemni, cum clero suo, et cum cruce aurea, antece-

*De eccl. hyem. in eccl. aestivam.* Redemit eos Deus de manu inimici; pressit aqua tribulantes eos. All. all. II. Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro. All. Et omnes ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicunt: All. III. Intonuit de caelo Dominus, altissimus dedit vocem suam, et apparuerunt fontes aquarum. All. all.

[AD MISSAM]. *Hic debet episcopus aut presbyter dicere excelsa voce post altare; et non debet dicere: Gloria in excelsis Deo.*

CHRISTUS DOMINUS RESURREXIT. ℟ DEO GRATIAS.

℣ *in all.* Venite, exultemus in Domino. *Al.* ℣ *in all.* Resurrexit tamquam dormiens Dominus, tamquam potans crapulatus a vino.

AD VESPERAS. *Luc.* All. ℣ Dominus inluminatio mea, et salus mea quem timebo.

*Hymn.* Hic est dies verus Dei: sancto serenus lumine: quo diluit sanguis sacer: probrosa mundi crimina.

f. 156'. ⁑ Fidem refundens perditis: caecosque visu inluminans: quem non gravi solvit metu: latronis absolutio?

Qui praemium mutans cruce: Ihesum brevi quaesivit fide: iustusque praevio gradu: pervenit in regnum Dei.

Opus stupent et Angeli: poenam videntes corporis: Christoque adhaerentem reum: vitam beatam carpere.

Mysterium mirabile: ut abluat mundi luem: peccata tollat omnium: carnis vitia mundans caro.

Quid hoc potest sublimius: ut culpa quaerat gratiam: metumque solvat charitas: reddatque mors vitam novam.

dente schola s. Ambrosii, vadit in ecclesiam aestivam cantando has psallendas: *Redemit*, etc. (ut in R). Tunc archiepiscopus accedit ad altare, et deosculatur altare, et sic pergit in tribunam ad stadium suum, et dicit ter: *Christus Dominus resurrexit:* et chorus respondit excelsa voce: *Deo gratias.* Deinde revertitur ad altare, et incipit Missam. Sed etiam notandum est quod in Sabbato sancto ad Missam non dicitur: *Gloria in excelsis Deo*, nec *Credo in unum;* sed pax publice cunctis datur. Sequitur Lect. Act. Apost. *In diebus illis. Dicebat Petrus ad plebem.* Deinde subdiaconus cantat: *All.* ℣ *Venite, exultemus.* Epist. ad Hebr.: *Obsecro vos ego vinctus.* Subsequitur subdiac.: *All.* ℣ *Resurrexit*, etc. Evang. sec. Math. in mai. tono: *Vespere sabbati, quae lucescit in prima* ».

12. potans: *om.* U. — 18. visu: visus. Q. U. W. — 21. iustusque: iustosque. *R 2 ma.* V *2 ma.* M. — pervenit: praevenit. *R 2 ma.* V. Z. M.

Hamum sibi mors devoret: suisque se nodis liget: moriatur vita omnium: resurgat vita omnium.

Cum mors per omnes transeat: omnes resurgant mortui: consumpta mors ictu suo: perisse [se] sola gemat.

Gloria tibi, Domine.

℟ *in choro.* All. all. all. ℣ Omnis terra adoret te, et psallat tibi. All. *In Magnif.* All. all. all. all. *de Sanctum nomen.*

*Oratio.* Perveniant ad te, Domine, supplicum preces: ut quibus tuam clementiam nosse tribuisti, hanc eis facias iugiter non deesse. Per.

## DOMINICA IN PASCHA.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. All. all. ℣ In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti et laetentur: semper laus. *Ant.* I. De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus. All. II. All. all. III. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. all. all. ℣ Omnis terra adoret. ℟ II. All. all. all. ℣ Pax multa diligentibus legem tuam, Domine; et non est illis scandalum. All.

*In Benedictus.* All. all. all. all. *Ant. ad crucem.* Unde
transgressio ⁑ mortem intulit, inde gratia vitam reddidit: f. 157.
per lignum Adam deceptus est, et per crucem mundus redemptus est; per quem Salvator noster primitiae dormientium factus, hodie surrexit a mortuis: Venite, adoremus eum, dicentes, All. *In Cantem.* Cantemus Domino. All. all. all. *In Benedicite.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino. All. all.

*Oratio.* Da universis famulis tuis, quaesumus, Domine, plenius atque perfectius omnia paschalis festivitatis introire mysteria: ut incunctanter pia corda cognoscant, quantum

2. omnium, 2: hominum. R *2 ma*: V *2 ma.* Z. W. — 4. [se]: suppl. ut in om. codd. — sola: solam. V. Z. — 5. Gloria, etc.: *om.* U. — 6. All.: Q. T. U. V. *add. al.* all. — 9. Perveniant: Praeveniant. Q. V. Z. W. — supplicum: supplicantium. Z. — 11. Per: M. add. rubr. ut in Beroldo, ed. Magistretti; p. 114, ll. 16-28. — 18. all. ℣: all. all. ℣, T. M. — 26. *In Cantem.*: *Orat. secr.* Deus, qui populum tuum. *In Cantem.*, M. — 27. all.: M. add.: *Alia oral. secr.* Deus, qui tribus pueris. — 29. *Oratio*: *Oratio manifesta in Laudate, omni die usque ad octavam.* M.

debeant de confirmata in Christo credentium glorificatione gaudere. Per eundem.

*In Laud.* Laudate Dominum de caelis. All. all. *Cap.* Cantate Domino canticum. *Psalm. direct.* Dominus regnavit, decorem. *De eccl. in bapt.* Maria stabat ad monumentum plorans: vidit Angelum in albis sedentem, et sudarium quod fuerat super caput Ihesu. All. ℟ Pascha nostrum immolatus est Christus Dominus Deus noster: itaque diem festum celebramus. All. all. all. ℣ Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum: itaque diem festum celebremus. All.

*Oratio.* Da, misericors Deus; ut in resurrectione Domini nostri Ihesu Christi percipiamus veraciter portionem. Per eundem.

*De bap. in al.* All. all. all. all. *de Symon dormis.*

*Oratio.* Paschalia nobis, Domine, gaudia, quaesumus, futurae salutis aeternitate confirma. Per.

[Ad missam] *In eccl. hyem. Ingr.* Resurrexi, et adhuc tecum. ℣ *in All.* Domine, refugium. *Al.* Domine, Deus meus.

*Psallentium de hyemali in aestivam.* Qui redempti sunt a Domino venient in Syon laudantes Dominum, et laetitia sempiterna super capita eorum. All. all. all.

[Ad missam]. *Ingres.* Resurrexi, et adhuc tecum sum. All.: posuisti super me manum tuam, All.: mirabilis facta
157'. est scientia tua. All. all. *Psalmell.* Haec dies ✠ quam fecit Dominus: exultemus et laetemur in ea. ℣ Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia eius. ℣ *in*

2. M. add.: « *Alia oratio in Laudate, et haec oratio non dicitur in diebus octavae paschae, sed in octava; et ab octava paschae usque ad pentecosten in dominicis diebus dicendum est:* Deus, qui ad aeternam vitam, etc. » (v. infr. in *R*, *Domin. post Albas*). — 4. *Psalm. direct.: Ps. direct. omni die usque ad octavam.* M. — 7. ℟: ℟ *in bapt. not.* M. — 8. Deus: *om.* U. — 8-9. celebremus: celebramus. Q. — 17. M. add. rubr. ut in Beroldo, ed. Magistretti, p. 115, l. 2. « Sonito signo, etc. » usque ad l. 24 incl., cum var. notatis in calce. — 19-20. tecum, etc.: M. add.: « *Lect. Act. Apost.* Petrus et Iohannes ascenderunt. *Pueri cantant ambas All. cum versibus.* ℣ *in All.* Dne refugium. *Ad Rom.* Commendat Deus suam. ℣ *in all.* All. ℣ Domine Deus meus magnificatus. (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Stabat Ihesus et clamabat ». — 22. et laetitia: in laet. V. M. — 26. M. suis locis add.: « *Lect. Actuum apostolor., subdiac.* Primum

*All.* Pascha nostrum immolatus est agnus, qui est Christus, Dominus Deus noster. *Ant. ante Evang.* Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis, angeli eius; quia hodie resurrexit Dominus, et redemit populum suum. All. all. *Ant. post Evang.* Dicant qui redempti sunt a Domino, All.: quos redemit de manu inimici, de regionibus congregavit eos. All. *Offert.* Angelus Domini descendit de caelo, et dixit mulieribus : Quem quaeritis , surrexit, sicut dixit. All. ℣ I. Euntes dicite discipulis eius: Ecce praecedit vos in Galileam; ibi eum videbitis : sicut dixit. All. ℣ II. Ihesus stetit in medio eorum, et dixit eis: Pax vobis; videte, quia ipse ego sum: sicut dixit. All. *Confract.* Pascha nostrum immolatus est Christus. All.: itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. All. all. *Transit.* Venite, populi; sacrum, immortale mysterium, illibatum agendum ; cum timore et fide accedamus; manibus mundis poenitentiae munus communicemus; quoniam Agnus Dei propter nos Patri sacrificium propositum est: ipsum solum adoremus, ipsum glorificemus, cum angelis laudantes. All. all.

quidem sermonem. *psalmell.* Haec dies, etc. (epist) *Cor. I, diacon.*: Tradidi vobis in primis. ℣ *in all. diacon.*, Pascha nostrum , etc. *Ant. ante evang. cum quatuor pueris.* Laudate, etc. *Evang. sec. Iohannem, archidiacon.*. Maria stabat ad monumentum ».

2. Deus: ipse est Deus. V. M. — 6. M. add. seq. rubr.: « Offerenda incoepta, cicendelarius hebdomadarius porrigit panem azymum subdiacono hebdomadario, receptum de manubio archiepiscopi vel camera eius, et ille dat IIII (panes) archipresbytero, et quatuor archidiacono; presbyteris et diaconibus binos per unumquemque: et primicerio decumanorum, et notariorum, et lectorum, et subdiaconorum, et magistris scholarum binos: et quando dat dicit omnibus per unumquemque: *Christus Dominus resurrexit;* et ℟ *Deo gratias;* et osculantur illum et panem. Similiter dat IIII clavicularìis, et duobus lectoribus qui portant cruces in capitibus arcae, omnibus subdiaconibus et tribus cicendelariis, singulis singulos : sed hebdomadario subdiacono, et cicendelario binos per unumquemque ». — 9. Galileam: Galilea. U. — 12. dixit: dixit, all. *In ultimo versu offerendae paschae canitur alleluia ruffa.* M. — 14. *Transit.: Hoc transit. canit chorus, magistro scholarum incipiente, reiterando cum* Gloria. *Transit.* Venite, etc. M. — 19. laudantes: clamantes. Q. U. V. — M. add. seq. rubr.: « Finita Missa, Vicecomes cum suis servitoribus, et primicerius subdiaconorum, et subdiaconus hebdomadarius, et primicerius lectorum, et primicerius notariorum, et quatuor magistri scholarum, et pueri qui cantant psalmell., et hebdomadarius lector cum altero quovis lectore, et cicendelarius et ostiarius hebdomadarii, et ille qui portavit textum evangelii, omnes debent reficere in domo episcopi. In Pascha ad Vesp. archiepiscopus indutus, sicut ad Missam, etc. » reliqua ut in Beroldo, ed. Magistretti, a pag. 116, l. 23, ad l. 4 pag. seq.

Ad vesperas. *Luc.* All. ℣ Dominus inluminatio. *Ant. in choro.* Crediderunt in verbis eius, All.; et cantaverunt laudes eius, All. *Hymn.* Hic est dies verus Dei. ℟ Resurrexit tamquam dormiens Dominus, tamquam potans crapulatus a vino: All. all. ℣ Pascere Iacob populum suum, et Israel haereditatem suam: All. all. *Ant.* In exitu Israel ex Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. All. all. all. ℣ (1) Facta est Iudea.

*Orat.* Deus, qui per Unigenitum tuum aeternitatis nobis
158. ‡ aditum, devicta morte, reserasti; erige ad te fidelium corda: ut a terrenis cupiditatibus liberati, ad caelestia desideria transeamus. Per.

*In Magnif.* Scio, quod Ihesum quaeritis crucifixum: surrexit. All.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui resurrectionis dominicae sollemnia colimus, innovatione spiritus a morte animae resurgamus. Per eundem.

*De eccl. in bapt.* Cito euntes dicite discipulis, quia surrexit Dominus. All. ℟ *cum fant.* All. ℣ Venite, exultemus.

*Orat.* Deus, qui credentes in te fonte baptismatis innovasti, hanc renatis in Christo concede custodiam: ut nullo erroris incursu gratiam tuae benedictionis amittant. Per eundem.

*Ant.* Beati, quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. All. all. ℣ (2) Beatus vir, cui non.

*Orat.* Da, misericors Deus: ut in resurrectione Domini nostri Ihesu Christi percipiamus veraciter portionem. Per eundem.

*De bapt. in al.* All. all. all. all. all. *de Vigilate.*

*Orat.* Deus, qui nos fecisti paschalia festa celebrare; fac nos, quaesumus, in caelesti regno gaudere. Per.

3. ℟: ℟ *subdiac.* M: — 9. *Orat.: Oratio, et dicitur omni die usque ad octavam.* M. — 13. crucifixum: crucifixus. Q. U. — 19-27. All. 1, etc.: In M. al. ordo; *Orat.* Deus, etc. ℟ *cum fant.*, *Orat.* Da, etc. *Ant.* Beati.... *cum psalm.* Beatus vir, etc. » (sed lectio cod. nostri R, praeferenda). — 20. te: te populos. U. V. — 24. All. all.: *om.* U.

(1) Psalm. ipse 113. (2) Ex psalm. 31.

### Benedictio super agnum in Pascha.

*Oratio.* Deus universae carnis, qui Noe et filiis suis de mundis et inmundis animalibus praecepta dedisti; quique sicut holera herbarum, humano generi quadrupedia munda edere permisisti; qui agno in Aegypto Moysi et populo ⁑ f. 158
tuo in vigiliis paschae comedere praecepisti, in figuram Agni, Domini nostri Ihesu Christi, cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti; et in nocte illa omnem primogenitum in Aegypto percutere praecepisti, servans populum tuum agni sanguine praenotatum: ✠ Dignare, Domine, ✠ benedicere ✠ et sanctificare has ovium mundarum carnes: ut quicumque ex populis tuis fidelibus ex eis comedere (sic) omni benedictione caelesti et gratia repleantur. Per eundem.

## FERIA II.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam Dominum. ℣ In Domino laudabitur. *Ant.* De nocte. ii. All. all. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis terra. ℟ All. ℣ Pax multa.

*In Bened.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Angelus Domini revolvens lapidem sedebat super eum; et dixit ei Maria: Ubi est Dominus meus? In Galileam; resurrexit; ibi eum videbitis: ecce dixi vobis. All. *In Cantem.* Cantemus Domino. All. *In Benedicite.* Benedicite. *In Laud.* Laudate Dominum. *Cap.* Cantate Domino. *Psalm. dir.* Dominus regnavit. *Hymn.* Hic est.

*De eccl. in bapt.* All. Noli flere, Maria, All., resurrexit Dominus. All. all. ℟ Laudemus Filium Dei, Dominum nostrum: qui surrexit, et redemit nos. All. ℣ Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici: qui surrexit. *De bapt. in al.* All. all. all. all. all. *de Levate.*

1. Benedictio. etc.: *om.* M. — 9. Aegypto: *corr. ex* Aegyptum. — 15. FERIA II: *Feria II. de Albis. Ad matut.* ℟ *post hymn. et ant. in Cant., et* ℟ *inter lect., et orationes, require in Pascha, et sic omni die usque ad octavam.* M. — 22. Galileam: Galilea. U. — 23. ecce: sicut dixit. T. — 24. Benedicite: M. add.: « *Orationes hic et in bapt. require in Pascha:* Da universis famulis ». — 28. ℟: ℟ *not.* M.

[Ad missam] *in eccl. hyem. Ingr.* Resurrexi et adhuc. ℣ *in All.* Domine, refugium. *Al. in All.* Domine, Deus meus.

*Psallentium de hyemali in aestivam.* Resurrexit tamquam dormiens Dominus, All., tamquam potans crapulatus a vino: pascere Iacob populum suum, et Israel haereditatem suam, et pavit eos. All. all. all.

[Ad missam]. *Ingressa.* Aqua sapientiae potavit eos, All.; firmabitur in illis, et non flectetur, All.: aedificavit eos in aeternum. All. all. *Psalmell.* Haec dies. ℣ Confitemini. ℣ *in All.* Venite, exultemus. *Ant. post Evang.* Dominus memor fuit nostri, et benedixit nos, All.; bene-
f. 159. dixit domum ‡ Israel, All. benedixit domum Aaron. All. *Offert.* Celebraverunt filii Israel Pascha in die sollemni azimorum, septem dies. All. all. *Confract.* Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra, All. : euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. All. *Transit.* Accedite, et edite, All. ; corpus Christi sumite, All.; gustate et videte, All., quam suavis est Dominus, All.

Ad vesperas. *Luc.* All. ℣ Dominus inluminatio. *Ant. in choro.* All. Magnificemus resurrectionem Salvatoris nostri. All. ℟ Sic in sancto apparui tibi, Domine, Deus meus, ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam: All. All. ℣ Quia melior misericordia tua super vita, labia mea laudabunt te: All. *Ant.* Deus, in nomine tuo salvum me fac. All. ℣ (1) Et in virtute tua. *In Magnificat.* Maria, noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem. Alleluia.

1-3. M. suis locis add.: « *In albarum feriis, ad Missam pro baptizatis in ecclesia hyemali non canitur*: Gloria in excelsis. *Lect. actuum apost.:* In diebus illis aperiens os suum dixit: Viri fratres, scio.... *Epistola ad Cor. I.* Expurgate vetus fermentum. ....*Evang. sec. Math.* Videns Dnus Ihesus turbas, ascendit ». — 9-11. M. suis locis add.: « *Lect. act. apost.* In diebus illis. Angelus Dni locutus est ad Philippum dicens: Surge et vade.... (*Epist.*) *ad Rom.* Quicumque baptizati sumus.... (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Mane sabbati valde diluculo ». — 23. ℟: ℟ *in ch. subdiac.* M. — apparui: apparuit. *R 1 ma., deinde abr.* t *fin.* Q.. M. — 24. viderem: videret. Q. — 25. vita: vitam. Q. T. U. V.; vitas. M. — 27. tua: M. add.: « *Oratio, require retro in pascha:* Deus, qui per unigenitum ». — 28. M. add.: « *Orat.* Concede, quaes., o. D., ut qui resurrectionis ». —

(1) Psalm. 53.

*De eccl. in bapt.* All. Resurrexit Dominus, All., et visus est a Symone. All. ℟ *cum fantibus.* All. ℣ Praeveniamus. *Ant.* Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. All. all. all. ℣ (2) Stantes erant.

*De bapt. in al.* All. all. all. all. *de Symon dormis.*

## FERIA III.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino laudabitur. ℟ *ad lect.* All. ℣ Omnis. ℟ All. ℣ Pax multa. *In Bened.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Resurgens Ihesus Dominus noster, stans in medio discipulorum suorum, dixit: Pax vobis. All. Gavisi sunt discipuli, viso Domino; et edens coram eis, sumens reliquias dedit eis. All. all. *In Cant.* Cantemus Domino, All. *In Benedicite.* Benedicite, omnia. *In Laud.* Laudate. *Cap.* Cantate.

*De eccl. in bapt.* All. Benedictus Dominus, All., qui venit, et redemit nos. All. all. *De bapt. in al.* All. *de Vigilate.*

[Ad missam] *in eccl. hyem. Ingres.* Resurrexi, et adhuc. ℣ *in All.* Domine, refugium. *Al.* Domine, Deus meus.

*Psallentium in eccl. aestivam.* In conspectu Agni steterunt ante thronum, et palmae in manibus eorum; clamabant voce magna dicentes: Salus nostra Deus in saecula. All.

[Ad missam]. *Ingres.* Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, All., quod vobis paratum est ⁑ ab origine f. 159v
mundi. All. all. all. all. *Psalmell.* Haec dies. ℣ Confitemini. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Ant. post Evang.* Benedixit Dominus omnes timentes eum, pusillos et magnos; adiiciat Dominus

2. M. add.: « *Orat.* Deus, qui credentes in te fonte baptismatis ». — 4. M. add.: « *Compl.* Regnum tuum, Dne, all. Et dominatio tua (etc.), *al.* Benedictus es, Dne (etc.). *Orat.* Da, misericors Deus, ut in resurrectione ». — 5. M. add.: « *Compl.* Quoniam tu illuminas lucernam (etc.). *Orat.* Deus, qui nos fecisti paschalia ». — 6. FERIA III: M. add.: « *de albis ad Matut.* ℟ *post hymn., et ant., et* ℟ *inter lectiones, et orat. require in pascha* », et in marg. externo: « *Sciendum est quod festum scae Mariae Magdalenae, fit in tertia feria de Albis ad s. Sepulcrum* ». — 17-18. M. suis locis add.: « *Lect. actuum apostolor.* In diebus illis. Stans Petrus.... (*Epist.*) *ad Cor. I.* Gratias ago. (*Evang.*) *sec. Iohan.* Erat dies festus Iudeorum, et ascendit Ihesus ». — 24-25. M. suis locis add.: « *Lect. libri Regum.* Naaman princeps.... (*Epist.*) *ad Cor. I.* Esca nos non commendat Deo.... (*Evang.*) *sec. Math.* Maria Magdalena et altera Maria ». — 26. pusillos et magnos: *corr. ex* pusillus et magnus.

(2) Psalm. 121.

super vos, All., super vos, et super filios vestros, All. *Offert.* All. Steterunt levitae in vasis David, et sacerdotes in tubis, offerre holocaustomata super altare: in die sollemni. (1) *Confr.* Si conresurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, All.: ubi Christus est, in dextera Dei sedet; quae sursum sunt sapite. All. *Transit.* Post passionem Domini factus est conventus, quia non est inventum corpus in monumento; lapis sustinuit perpetuam vitam, monumentum reddidit caelestem margaritam. All.

AD VESPERAS. *Ant. in choro.* All. Meditabor in mandatis tuis, quae dilexit nimis. All. ℟ Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum: Noli flere, Maria, resurrexit Dominus, All. all. ℣ Venit Maria plorans videre sepulcrum; dicit ei angelus: Noli. *Ant. in psalm.* All. all. all. *de Misericors.* ℣ (2) Beatus vir qui timet. *In Magnif.* Nonne sic oportuit pati Christum, et intrare in gloriam suam? All.

*Psallenda.* Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, et estis tristes? All. all. ℟ *cum fant.* All. ℣ Dominus regnavit. *Ant.* Domini est terra et plenitudo eius, All. ℣ (3) Et universi. *De bapt. in all.* All. *de Symon.*

## FERIA IIII.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Benedicam Dominum in omni tempore. ℣ In Domino laudabitur. *Ant.* De nocte. II. All. all. III. All. all. all. *Ad lect.* ℟. All. ℣ Omnis terra. ℟ All. ℣ Pax multa.

*In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Visus Dominus in via; et duo nuntiaverunt ad undecim, dicentes: All. Surrexit Dominus manifeste; et agnitus est in fractione Panis. All. all. *In Cantemus.* Cantemus. *In Benedicite.*
f. 160. Benedicite, omnia. *In Laud.* ⁑ Laudate. *De eccl. in bapt.* All. Benedictus. *De bapt. in al.* All. *de Vigilate.*

4. Si conresurrexistis: Sicut surrexistis. U.; Si consurrexistis. M. — 4-5. quae.... sedet: *om.* U. — est: *om.* T. — sedet: sedens. V. — 10. AD VESP.: M. add.: « *Luc.* All. ℣ Dnus illuminatio ». — 11. dilexit: dilexi. Q. T. — 14. dicit: dixit. T. — 15. timet: M. add.: « *Orat. hic et in Magnif. require in Pascha* ». — 18. *Psallenda: De eccl. in bapt.* M. — 33. Benedictus: Benedictus Dnus, All., qui venit et redemit nos. All. all. M.

(1) Reliq. ut in off. fer. II praec. (2) Psalm. 111. (3) Psalm. 23.

[Ad missam] *Ingr. in eccl. hyem.* Resurrexi, et adhuc. ℣ *in All.* Domine, refugium. *Al. in All.* Domine, Deus meus. *Psallent. in* [*eccl. aestiv.*] Venite, benedicti.

[Ad missam]. *Ingr.* In conspectu Agni. *Psalmell.* Haec dies quam. ℣ Confitemini. *Post Evang.* Cantate Domino canticum novum, all., cantate Domino, omnis terra, all., cantate Domino, benedicite nomen eius. All. *Offert.* Isti sunt dies, quos ulla umquam delevit oblivio, et per singulas generationes cunctae in toto orbe et provinciae celebrabunt. All. all. *Confr.* Populus adquisitionis, annuntiate virtutes eius, All., qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum, All. all. *Trans.* Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur sanctum nomen tuum, veniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in caelo, et in terra. All. all. all.

Ad vesperas. *Ant. in ch.* All. Dominus memor fuit nostri, et benedixit nos. All. all. ℟ Narrate, all., in progenie altera: quia hic est Deus noster, qui nos regit in saecula. All. ℣ Ponite corda vestra in virtute eius, et distribuite gradus eius, ut enarretis in progenie altera: quia hic est. *Ant.* All. all. all. *de Sana animam.* ℣ (1) Beatus qui intelligit. *In Magnif.* Surrexit Dominus vere, et apparuit Petro. All. *Psall. in bapt.* All. Agnitus est Dominus, all., in fractione panis. All. all.

Ad vesperas. *Ad sanctum Ambrosium. Luc.* All. ℣ Dominus inluminatio. *Ant. in choro.* All. Dominus memor. *Hymn.* Hic est dies. ℟ De ore prudentis procedit mel et lac, all.: dulcedo mellis est lingua eius, all.: favus destillans labia eius. All. all. ℣ Gustate et videte quam suavis est Dominus: beatus vir qui sperat in eum: favus. *(Ant.)* In exitu Israel ex Aegypto. ℣ (2) Facta est Iudaea.

2. M. suis locis add.: « *Lect. actuum apost.* In diebus illis, per manus apostolorum.... (*Epist.*) *ad Gal.* Quicumque in Christo baptizati estis.... (*Evang.*) *sec. Math.* Diligite inimicos ». — 4-5. M. suis locis add.: « *Lect. libri Regum.* In diebus illis. Dixerunt viri prophetarum ad Eliseum.... (*Epist.*) *ad Cor. I.* Nolo vos ignorare quoniam. ℣ *in all.* Praeveniamus. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Duo ex discipulis ». — 8. ulla: nulla. Q. T. U. V. M. — 9. et: *om.* Q. T. U. V. M. — 11. de tenebris: *om.* M. — 13. sanctum: Q. *2 ma. suppl. sup. lin.; om.* U. — 21. intelligit: M. add.: « *Orat. require in Pascha* ». — 26. ℟: ℟ *cum quatuor infant.* M.

(1) Psalm. 40. (2) Psalm. 113.

160'. *Oratio.* ✠ Deus, qui propter Ecclesiae tuae gubernacula disponenda, sic eius principes sublimasti, ut minimos quosque non deseras; praesta, quaesumus: ut apostolicae fidei doctrinaeque vestigia vel longe sequamur imitando, quae licet infirmo comitamur officio. Per.

*In Magnif.* Scio, quod Ihesum quaeritis crucifixum; surrexit, alleluia.

*Oratio.* Sancti Ambrosii nos, quaesumus, Domine, iugiter prosequatur oratio: ut, quod petitio nostra non impetrat, ipso pro nobis interveniente praestetur. Per.

*Psall.* Cito euntes dicite.

## FERIA V.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino. *Ant.* De nocte. II. All. all. III. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis. ℟ All. ℣ Pax multa. *In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Undecim discipuli abierunt in montem, ubi constituit eis Dominus, all.; et videntes eum adoraverunt, all.; et dixit eis Dominus: Data est mihi potestas in caelo et in terra, all. *In Cantem.* Cantemus. *In Bened.* Benedicite omnia. *In Laud.* Laudate. *De eccl. in bapt.* All. Noli flere, Maria. *De bapt. in al.* All. *de Vigilate.*

[AD MISSAM]. *Ingress. in eccl. hyem.* Resurrexi et adhuc. ℣ *in All.* Domine, refugium. *Al.* Domine, Deus meus.

*Psallentium.* Aqua sapientiae.

*Psallent. ad S. Ambrosium.* Qui redempti sunt a Domino. II. Resurrexit tamquam dormiens. III. Venite, benedicti Patris. IIII. In conspectu Agni. V. Dicant nunc Iudaei, quomodo milites custodientes sepulchrum perdiderunt regem ad lapidem positionis; quare non servabant petram iustitiae:

6. crucifixum: crucifixus. Q. R *1 ma.* — 8. quaesumus: *om.* T. U. — 9. impetrat: *corr. ex* impetret. — 20. omnia: M. add.: « *Omnes orationes require in Pascha* ». — 22-23. M. suis locis add.: « *Lect. Actuum apost.* In diebus illis. Aperiens Petrus os suum. (*Epist.*) *ad Philipp.* Hoc sentite. (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Ego sum panis ». — 24. *Psallentium.* Aq. sap.: M. add.: « *In ecclesia aestiva ingressa*; (seq. loc. ras.: ex codd. Q constat *ant. Aqua sapientiae, adhiberi pro ingressa in eccl. aest.*). *Lect. Es. pr.* In anno quo mortuus est Ozias. *Psalmell.* Haec dies quam fecit. ℣ Confitemini Dno. *(Epist.) ad Cor. I.* Calix benedictionis. ℣ *in All.* Venite, exultemus. (*Evang.*) *sec. Math.* Undecim discipuli ». — 25. *Psallent.*, etc.: M. add. rubr., ut in Beroldo, ed. Magistretti, p. 117 in nota.

aut sepultum reddant, aut resurgentem adorent nobiscum dicentes: All. all. VI. Si resurrexistis. VII. Maria stabat ad monumentum. VIII. Populus adquisitionis. VIIII. Data est mihi omnis potestas. X. Undecim discipuli. XI. Cito euntes dicite. XII. ‡ Gavisi sunt discipuli. XIII. Maria, noli f. 16
me. XIIII. Qui sunt hi sermones. XV. Nonne sic oportuit. XVI. Surrexit Dominus vere. XVII. Surrexit Christus; iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. All. all. XVIIII. *post Kyr. cum Gloria.* Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. All.

[AD MISSAM]. *Ingres.* Victricem manum tuam, Domine, laudaverunt pariter, all., quia sapientia aperuit os mutum, et linguas infantium fecit dissertas. All. all. *Psalmel.* Haec dies. ℣ Confitemini. ℣ *in All.* Cito euntes dicite discipulis eius: Surrexit Dominus, sicut dixit vobis *Ant. ante Evang.* Surrexit Christus. *Post Evang.* Ego sum pastor bonus. *Offert.* Ego audivi a Patre meo, quia tu, Domine, assumpsisti Israel ex omnibus gentibus, et patres nostros ex omni progenie eorum in haereditatem aeternam; et fecisti ei quaecumque locutus es: et per singulas. (1) *Confract.* Christus resurgens a mortuis iam non moritur, all.; mors illi ultra non dominabitur. All. all. *Trans.* Hymnum canite, agni mundi, lavacro fontis renati, satiati corpore Christi. All. all.

AD VESPERAS. *Ant. in choro.* All. Quis Deus magnus, sicut Deus noster? All. ℟ Demonstrans mihi Angelus fontem aquae vivae, et dixit mihi: All. Hic Deum adora. All. all. all. ℣ Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Solve corrigiam caltiamenti tui; locus enim in quo tu stas, terra sancta est: hic Deum. *Ant.* Exultate Deo adiutori nostro, all. ℣ (2) Iubilate Deo Iacob. *(In Magnif.)* Undecim discipuli in Galilea videntes Dominum adoraverunt, all.

11. Domine: *om.* Q. — 12. pariter: patres pariter. Q. — 13-16. M. suis locis add.: « *Lect. Esaye proph.* In diebus illis locutus est Esayas dicens. (*Epist.*) *ad Cor. II.* Si consurrexistis. (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Ego sum pastor bonus ». — 15-16. *Ant.* . . . Christus: *om.* M. — 19. haereditatem aeternam: haereditate aeterna. U. M. — 20. ei: eis. T. M. — 26. ℟: ℟ *subdiac.* M. — 28. est: *om.* Q. — 31. Iacob: M. add.: *Orat. require in Pascha.*

(1) *reliq.:* « generationes cunctae in toto orbe provintiae celebrabunt. All. all. » *require sup.* pag. 220, l. 9. (2) Psalm. 80.

*Psall. in bapt.* All. Resurrexit Dominus. ℟ *in bapt.* All. ℣ Aedificans Yerusalem. *Ant.* Lauda, Yerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Syon. All. all. ℣ (3) Quia confortavit. *De bapt. in al.* All. *de Levate.*

## FERIA VI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino. *Ant.* De nocte. ii. All. all. iii. All. all. all. ✠ *Ad lect.*
161r. All. ℣ Omnis. ℟ All. ℣ Pax multa. *In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Cantate Domino, benedicite nomen

1. ℟: ℟ *cum infant. M.* — 5. FERIA VI: M. add. in marg.: « *Notandum etiam denique, festum trium puerorum fit in VI feria de Albis ad scum Stephanum ad rotam. Si vis scire de offitio eorundem, et conditio, require in hoc volumine post conditia omnium festivitatum* », et revera in fine cod., fol. 386, add. seq.: « *Fer. V infra albas, in qua saepius (sic) celebratur deposit. beatissimi Ambrosii, finito Vespere resurrectionis, conveniunt ordines ad s. Stephanum ad rotam. Sollemnitas trium puerorum. Ad Vesp. Luc.* All. ℣ Dnus illuminatio. *Ant. in ch.* Tunc hi tres quasi ex uno ore. *hymn.* Hic est dies verus Dei. ℟ Hymnum cantate nobis. ℣ In salicibus in medio eius. *Ant.* Benedictus Deus Sydrac, Mysac et Abdenago. ℣ (*ps. 65*) Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite. *Orat.* Deus, qui miro ordine tribus pueris in camino ignis consolationis refrigerium praestitisti: da nobis eorum intercessionibus in die illa tremenda iudicii omnium tormentorum poenas evadere: et cum sanctis angelis in caelestibus perenniter consolari. Qui cum Patre. *Ant.* Anania, Azaria, Misael. ℣ (*ps. 136*). Super flumina Babylonis. *Orat.* D. D. o., qui eripere dignatus es tres pueros Ananiam, Azariam et Misaelem de camino ignis ardentis, concede nos huius saec. adversitates declinare, et inferni incendia devitare. Per. *In Magnif.* Caeli et terra, mare et omnia quae in eis sunt, date gloriam Deo. *Orat.* (iii) *require in cotidianis dominicis diebus ad Matut., or. secr.* Deus, qui tribus pueris. *Psallenda.* Tribus pueris in camino ignis. *Orat.* Deus, qui tribus pueris Sydrac, Mysac, et Abdenago mitigasti flammas ignium, concede propitius: ut nos famulos tuos carnalium non exurat flamma vitiorum. Qui cum Patre. *Finito Vespere, maior magister scholarum praesentet omnibus, quibus pertinet, iudicatum, fructus cum vino, qui sint pretii trium solidorum.*

*Altera die, mane facto, conveniant omnes hebdomadarii in eccl. hyemalem. Sacerdos salutet, et diaconus incipit psallentium, eundo cum processione ad scum Stephanum ad rotam. Psallent.* i. Trium puerorum cantemus hymnum. ii. Opera Dni Dno hymnum. iii. Tres pueri testimonium Trinitatis. iiii. Caete et omnia quae moventur. v. Benedictus Deus Sydrac, Mysac. vi. Filii hominum benedicite. vii. Tres video viros deambulantes. viii. Video virum similem. viiii. Tres pueri haebrei facti

(3) Psalm. 147.

eius, all.; bene nuntiate de die in diem, all.; dicite in nationibus: Dominus regnavit in aeternum. All. *In Cantem.* Cantemus. *In Bened.* Benedicite. *In Laud.* Laudate. *Psall.* All. Benedixit Dominus, all. *De bapt in al.* All. *de Vigilate.*

[Ad missam]. *Ingressa in hyem. eccl.* Resurrexi et adhuc. ℣ *in All.* Domine, refugium. ℣ *in All.* Domine Deus meus.

*Psallent. (in eccl. aestiv.).* Ecce ego, (feci) nova, all., in deserto viam, et in aquoso flumina, adaquare genus meum electum, quod adquisivi, ut exponam virtutes meas, all.

[Ad missam]. *Ingres.* Populus adquisitionis. *Psalmell.* Haec dies quam. ℣ Confitemini. ℣ *in All.* Venite, exultemus. *Post Evang.* Exaudivit de templo sancto suo vocem meam, all.; et clamor meus in conspectu eius, all., introivit in aures eius. All. all. all. *Offert.* Resurrexit tamquam dormiens Dominus, tamquam potans crapulatus a vino. All.

sunt filii Dei. x. Sancti et humiles corde. xi. Anania, Azaria et Mysael. xii. Israel Dnum benedicat. xiii. Tres pueri iussu regis in fornacem. xiiii. Sacerdotes Dni. xv. Tres in camino ignis deambulabant. xvi. Tres ex uno ore cantabant. xvii. Maria, flumina, montes. xviii. Sciant gentes quia. *Post Kyr. cum Gloria.* In camino ignis pueri tres. (*Ad Miss.*) *Ingressa.* Tunc hi tres quasi ex uno ore. *Passio trium puerorum de Hyerusalem in Babilonia captivorum.* Anno tertio regni Ioachim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis Hyerusalem. *Psalmel.* Benedictus es, Dne, D. patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in saecula. ℣ Benedicite, Anania, Azaria, et Misael Dno, hymnum dicite et superexaltate eum in saecula. ℣ ii. Benedicamus Patrem, et Filium, et sanctum Spiritum: hymnum dicamus, et superexaltemus eum in saecula. (*Epist.*) *ad Haebreos.* Sancti per fidem devicerunt regna. *All. de In ecclesiis.* ℣ Benedictus Deus Sydrac, Mysac et Abdenago, qui eruit servos suos de camino ignis ardentis. *Alia, All. de In ecclesiis, cum mellodiis. Evang. require in dedic. scorum Stephani et Zachariae.* Loquebatur Dominus turbis exeuntibus de Hyerusalem: Ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas. *Ant. post Evang.* Tribus pueris in camino ignis quartus apparuit. *Offertor.* Quoniam eripuit nos ab inferis. *Confract.* Angeli Dni et filii hominum hymnum dicite: Gloria in excelsis Deo, qui apparuit quartus in medio fornacis ardentis. *Transit.* Mysterium magnum factum est in Babylone ».

1. nuntiate: annuntiate. U. — 3. Benedicite: M. add. rubr.: « *Orat. req. in Pascha* ». — 6. M. suis locis add.: « *Lect. Actuum apost.* In diebus illis aperiens Stephanus. (*Epist.*) *ad Ebreos.* Omnis sermo malus. (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Ego sum panis vitae ». — 7. (feci): *suppl. ex aliis codd.* — 10-12. M. suis locis add.: « *Lect. libri Genesis.* In diebus illis Melchisedech. *psalm.* Haec dies, etc. (*Epist.*) *ad Cor. I.* Si Christus praedicatur. ℣ *in alt.* Dnus regnavit. (*Evang.*) *sec. Math.* Una Sabbati Maria Magdalene ».

*Confract.* Quasi modo geniti infantes, all., rationabile sine dolo lac concupiscite. All. all. *Trans.* Maria et Martha dum venirent ad monumentum, Angeli splendentes paruerunt dicentes: Quem quaeritis viventem inter mortuos, non est hic; venite, videte locum ubi iacuit. Cito euntes dicite discipulis eius, quia surrexit Dominus. All.

Ad vesperas. *Luc.* All. ℣ Dominus inluminatio. *Ant. in choro.* Laudabo Dominum in vita mea, all.; psallam Deo meo, quamdiu ero. All. ℟ Congratulamini mihi omnes, qui timetis Dominum, quia quem quaerebam apparuit mihi; et dum plorem ad monumentum, vidi Dominum meum. All. all. ℣ Dicit ei Angelus: Mulier, quid ploras? quem quaeris? Surrexit enim, sicut dixit: All. all. *Ant.* All. all. all. all. *de Domine Deus meus.* ℣ (1) Benedic, anima mea, Dominum. *In Magnif.* Gavisi sunt discipuli, viso Domino. All.

162. ‡ *De eccl. in bapt.* All. Agnitus est Dominus, all. ℟ *cum fant.* All. ℣ Venite, exultemus. *Ant.* Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro iocunda sit laudatio, all. ℣ (2) Quia confortavit. *De bapt. in aliud.* All. *de Symon.*

## DIE SABBATI DE ALBIS.

Ad matut. ℟ *post. hymn.* Benedicam. ℣ In Domino. *Ant.* De nocte. ii. All. all. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis. ℟ All. ℣ Pax multa. *In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Gaude, Yerusalem, et laetare, all., quia ecce filii tui in circuitu altaris Domini, all., candidati effecti sunt, et in ore eorum. All. *In Cantem.* Cantemus. *In Bened.* Benedicite omnia. *In Laud.* Laudate Dominum. *Psall. in bapt.* All. Resurrexit. *De bapt. in al.* All. *de Vigilate.*

[Ad missam]. *Ingres. in eccl. hyem.* Resurrexi et. ℣ *in All.* Domine, refugium. *al. in All.* Domine Deus meus.

1. rationabile: rationabiles. Q. — 4. viventem: *1. ma.* viventes, *ras.* s *fin.* — 9. ℟: ℟ *subdiac.* M. — 11. plorem: flerem. Q. T. U. V. M. — 19. Quia. etc.: *In M. al.* (ps. 146). Aedificans Hyerusalem. — 20. M. add. in marg.: « *Nota quod festum dedicationis sancti Mathaei ad banchetam fit semper in die sabbati de Albis* ». — 27-28. Dominum: M. add.: « *Cap.* Cantate Dno ». — 30-31. M. suis locis add.: « *Lectio actuum apostolor.* In diebus illis. Aperiens Petrus. (*Epist.*) *ad Cor. I.* Si Christus praedicatur. (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Surgens Dominus Ihesus ».

(1) Psalm. (nunc) 103, sed potius dicendum 102. (2) Psalm. 147, sed corr. cum M.

*Psallentium in eccl. (aestiv.).* Laetare, Yerusalem, et conventum facite [omnes qui diligitis Dominum, gaudete cum laetitia qui in tristitia] fuistis, ut exultetis et satiemini ab uberibus consolationis vestrae. All.

[Ad missam]. *Ingr.* Resurrexit tamquam dormiens Dominus. All. *Psalmell.* Haec dies. ℣ Confitemini. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Ant. post Evang.* Lauda, anima mea, Dominum, all.; laudabo Dominum in vita, all.; psallam Deo meo quamdiu ero. All. *Offert.* In die solemnitatis vestrae, dicit Dominus, inducam vos in terram fluentem lac et mel. All. *Confract.* Ecce iam tertio manifestavit se Dominus Ihesus discipulis suis postquam surrexit a mortuis. *Trans.* Postquam surrexit Dominus a coena, misit aquam in pelvem, coepit lavare pedes discipulorum suorum, all. Si ego Dominus et magister vester lavi pedes vestros, all., quanto magis vos debetis alter alterius pedes lavare. All.

Ad vesperas, *Luc.* All. ℣ Dominus inluminatio. *Ant. in choro.* All. Ecce haereditas Domini: filii merces fructus ventris. All. ℟ Suxerunt mel de petra, all., et oleum de firma petra, all.: perduxit eos Dominus in virtute terrae. All. ℣ all. all. Dominus solus ducebat eos ‡ et non erat cum f. 162'
eis Deus alienus: perduxit. *Ant.* In exitu Israel. ℣ (1) Facta est Iudaea. *In Magnif.* Scio, quod Ihesum quaeritis.

*De eccl. in bapt.* Ecce haereditas Domini, all.; filii, merces fructus ventris. All. all.

Benedicat vobis Dominus de Syon, et videa[ti]s quae bona sunt Yerusalem omnibus diebus vitae vestrae. ℟ *cum fant.* All. ℣ Praeveniamus. *Ant.* Exaudiat te Dominus in die

2-3. [omnes.... tristitia]: *suppl. ex all. codd.* — 6. All.: M. add.: « pascere. *Lectio Esaye prophetae.* Gaudens gaudebo in Domino.... (*Epist.*) *ad Timotheum I.* Obsecro primum omnium.... (*Evangelium*) *sec. Iohan.* Manifestavit se iterum Deus Ihesus. *Ant. post Evangelium.* Dne, Deus noster pacem ». — 8. vita: vita mea. Q. T. — 19. ℟: ℟ *subdiac.* M. — 25. all.: *M. add. seq. rubr.:* « Quando hic sunt in fontibus, archiepiscopus aut presbyter septimanarius facit signum crucis super fontes. Et statim minor ostiarius aperit fontes, ut mos est: et propterea quatuor ostiarii debent habere ab archiepiscopo arietem unum. Similiter minor alter ostiarius aperit fontes in die sabbati post pentecosten, et archiepiscopus similiter dat arietem. — Duo minores praesbyteri de centeno numero debent descooperire capita puerorum stantes in valva ecclesiae s. Iohannis, dicentes: *Benedicat vos*, etc. » (ut in R).

(1) Psalm. 113.

tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob: All. all. all. ℣ [2] Mittat tibi. *De bapt. in al.* Dominus regit me, et nihil mihi deerit. All. all. *seq.* Gloria in excelsis Deo. ℣ Sicut erat in principio.

## DOMINICA POST ALBAS.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino. *Ant.* De nocte. ii. All. all. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis. ℟ All. ℣ Pax multa. *In Benedictus.* All. *Ad crucem.* Decantabat populus in Israel, all., et universa multitudo Iacob colebant Dominum legiptime, et David cum cantoribus cythara repercutiebat in domo Domini, et omnis populus clamabant: All. all. all. *In Cantem.* Cantemus. *In Bened.* Benedicite omnia opera Domini Domino, all.; Deum benedicite, all.

*Orat.* Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas; da populo tuo fidei speique constantiam: ut non dubitemus impleta, quae te novimus auctore promissa. Per.

*In Laud.* Laudate. *Cap.* Cantate Domino. *Psalm. dir.* Dominus regnavit. *Seq.* Gloria in excelsis. *Hymn.* Hic est dies. *De eccl. in bapt.* Clamavi ad te, Domine, Deus meus, tota die. All. all.

*Orat.* Da, misericors Deus: ut in resurrectione Domini nostri Ihesu Christi percipiamus veraciter portionem. Per eundem.

*De bapt. in al.* All. all. all. all. *de Symon dormis.*

*Orat.* Paschalia nobis, Domine, gaudia, quaesumus, futurae salutis aeternitate confirma. Per eundem.

[Ad missam]. *Ingres.* Eduxit Dominus populum suum in exultatione, all., et electos suos in laetitia, all. *Psalmell.*

2. *De*, etc.: M. habet: « *Ant. in bapt.* Dnus regit me, et nihil mihi deerit. All. all. *Dum intrant in ecclesiam hyemalem post kyr.:* Gloria in excelsis Deo et in terra pax. All. all. all. *seq.* Sicut erat, etc. Amen. *Iterum.* Gloria in excelsis Deo ». — 5. POST ALBAS: *in albis depositis. Ad Matut.,* ℟ *post hymn. et ant. in cant. et* ℟ *inter lect. et orat. require in pascha.* M. — 11. cythara: cytharam. Q. T. — 12. clamabant: clamabat. Q. T. U. V. M. — 17. impleta: implenda. Q. — 30. M. add.: « *Lectio actuum apost.* Stans Petrus in consilio ».

(2) Psalm. 89.

Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. ⁑ ℣ Confitemini Domino, quoniam bonus; f. 16 quoniam in saeculum misericordia eius. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *post Evang.* Laudate Dominum omnes Angeli. *Offert.* Praeparatum est ministerium Domini, et celebraverunt Pascha filii Israel; et offerebant holocausta Domino super altare. All. all. *Confr.* Resurgens Ihesus Dominus noster, stans in medio discipulorum suorum dixit: Pax vobis, all. Gavisi sunt discipuli, viso Domino, all. *Trans.* Mitte manum tuam, et cognosce loca clavorum, all., et noli esse incredulus sed fidelis. All. all. all.

Ad vesperas. *Lucern.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. All. all. ℟ Adduxi vos per desertum quadraginta annis ego Dominus; non sunt adtritā vestimenta vestra: manna de caelo plui vobis, et obliti estis me, all. ℣ Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui? responde mihi: manna. *Ant. in psalmos.* (1) All. all. all. all. ℣ Dixit Dominus. II. All. all. ℣ Confitebor tibi. III. All. all. all. ℣ Beatus vir. IIII. Cuius livore sanati sumus. All. all. all. ℣ Laudate pueri. V. In exitu Israel. ℣ Facta est Iudaea. *Orat. require retro ad vesperas in Pascha. In Magnificat.* Quia vidisti me, Thomas, credidisti : beati qui non viderunt, et crediderunt, all.

*De eccl. in bapt.* Misi digitum meum in fixuram clavorum, et manus meas in latus eius; dixi: Dominus meus, et Deus meus. *De bapt. in al.* Stetit Dominus in medio discipulorum suorum, et dixit eis: all. Pax vobis, [videte] quia ego sum. All. all.

*Incipiunt ant. et ℟ in cotidianis diebus, per singulas ferias, ab octava Paschae usque in Pentecosten.*

1-4. M. suis locis add.: (*Epist.*) *ad Colossen.* Videte ne quis vos decipiat. ℣ *in All.* Venite, exultemus. (*Evang.*) *sec. Iohan.* Cum essent discipuli congregati ». — 4. Angeli: Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius, laudate eum sol et luna, laudate eum omnes stellae et lumen. All. M. — 14. All.: *semel in M.* — ℟: ℟ *subdiac.* M. — 22. *Pascha: Pascha.* Deus, qui per unigenitum tuum. M. — 24. all.: all. *Oratio.* Concede, quaesumus, o. D., ut qui resurrectionis. M. — 26. meus: meus. *Orat.* Deus, qui credentes in te. M. — 28. [videte]: *suppl. ex omn. codd.* — 29. M. add.: « *Orat.* Deus, qui nos fecisti paschalia ».

## FERIA II.

Ad matut. ℟ *post hymn.* All. all. all. ℣ Ad te, Domine, levavi animam meam; Deus meus, in te confido, non erubescam. *Ant. in Psalm.* (1) Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum: et in via peccatorum non stetit. All. *In alia hebdomada.* Nonne Deo subdita erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. All. ii. All. all. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Cantabo tibi, Domine, in todo corde meo: all. ℟ All. all. all. ℣ Cantate Domino canticum novum: all.

*In Bened.* All. all. all. all. *In quinquag.* ‡ Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. All.

*Orat.* Deus, qui populum tuum de hostis callidi servitute liberasti, preces eius misericorditer respice: et adversantes ei, tua virtute prosterne. Per.

*In Laud.* All. all. *de Laudate.* *Cap.* Caeli enarrant. *Psalm. dir.* Deus in nomine. *Hymn.* Hic est dies. ℟ *in bapt.* All. all. ℣ Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra: all.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui gratiam dominicae resurrectionis agnovimus, ipsi per amorem Spiritus a morte animae resurgamus. Per eundem.

*Ant.* Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocavit. All. all. ℣ (2) Super aquam. *Compl.* Ostende nobis.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui resurrectionis dominicae sollemnia colimus, ereptionis nostrae laetitiam suscipere mereamur. Per Christum.

Ad vesperas. *Luc.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. *Hymn.* Hic est dies. ℟ Eructavit cor meum verbum bonum: all. ℣ Lingua mea calamus scribae velociter scribentis: all. *Ant.* In diebus meis. ℣ (3) Dilexi quia audiet.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut huius

1. FERIA II: Fer. II post octavam Pasche. M. — 3-4. non erubescam: non erub., all. T.; U, V. M. *om.* addentes *post* confido all. — 10. all.: M. add. « *Or. secreta.* Miserere nobis, omnip. Deus, et lucem ». — 11. all.: *bis in* U. V. M.

(1) Psalm. commun. Decuriae ad Matutinum, inchoatur absolute, et in fine dicitur *all.;* et sic in fer. seqq. (2) Psalm. 22. (3) Psalmi commun. Vesp. Fer. ii.

paschalis festivitatis mirabile sacramentum, et temporalem nobis tranquillitatem tribuat, et vitam conferat sempiternam. Per.

*In Magnif.* All. all. all. *de Magnificat.*

*Orat.* Perfice, Domine, benignus in nobis paschalium munerum votiva commercia: ut a terrenis affectibus liberati, ad caeleste desiderium transferamur. Per.

℟ *in bapt.* All. all. ℣ Propter honorem nominis tui, Domine, libera (nos), et propitius esto peccatis nostris: all.

⸸ *(Orat.).* Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut ecclesia f. 164. tua, et suorum firmitate membrorum, et nova semper foecunditate laetetur. Per Christum.

*Ant.* Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te, confidit anima mea, all. ℣ (4) Et in umbra.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui paschalis festivitatis sollemnia colimus, in tua semper sanctificatione vivamus. Per.

## FERIA III.

Ad matut. ℟ *post hymn.* All. all. all. ℣ Afferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum: all. *Ant. in psalm.* Diligam te, Domine, virtus mea: Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus. All. *In al. hebdom.* Deus, iudicium tuum regi da: et iustitiam tuam filio regis. All. ii. All. all. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Cantabo tibi. ℟ ii. All. all. all. ℣ Cantate Domino canticum.

*In Bened.* All. all. all. all. *In quinquag.* Miserere mei Deus.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui populum tuum Unigeniti tui sanguine redemisti, solve opera diaboli, rumpe

5. Domine, benignus in nobis: in nobis, Dne. M. — 7. transferamur: transeamus. M. — 9. (nos): *suppletum ex all. codd.* — 14. all.: *bis in* U. V. M. — M. add.: « *Compl.* Benedictus es, Dne, Deus patrum nostrorum ». — 22. et liberator: liberator. M. — 24. ii etc.: M. habet rubr.: « Aliae antiphonae in psalmis, et ℟ inter lect. require supra in secunda feria; et antiph. in *Benedictus* require in pascha, per singulas ferias ». — 27. all.: M. add. « *Orat. secreta.* Tu nos, Dne, qui lux es ».

(4) Psalm. 56.

vincula peccati: ut qui aeternam vitam in confessione tui nominis sunt adepti, nihil debeant mortis auctori. Per eundem.

*In Laud.* All. all. *de Angeli eius.* *Cap.* Afferte Domino. *psalm. dir.* Deus misereatur. ℟ *in bapt.* All. all. all. ℣ Cantate Domino canticum novum: all.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, spiritalibus gaudiis nos repleri: ut quod actu gerimus, mente sectemur. Per.

*Ant.* Domini est terra, et plenitudo eius, all. ℣ (1) Orbis terrarum. *Compl.* In matutinis.

*Orat.* Exaudi nos, misericors Deus, et redemptionis nostrae subsidia, devota nos effice semper mente tractare. Per

Ad vesperas. ℟ Cantate Domino canticum novum: all.
. 164'. ℣ Cantate Domino, benedicite nomen eius; bene ✠ nuntiate de die in diem: all. *Ant.* Fiat pax. ℣ (2) Laetatus sum in iis, quae.

*Orat.* Concede nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur, a cunctis malis imminentibus per haec paschalia festa liberemur. Per.

*In Magnif.* Magnificat anima mea Dominum, all. all.

*Orat.* Deus, qui conspicis familiam tuam omni humana virtute destitui, paschali interveniente solemnitate, tui eam brachii protectione custodi. Per.

℟ *in bapt.* All. ℣ Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: all.

*Orat.* Deus, conditor totius creaturae, famulos tuos [quos fonte baptismatis renovasti] quosque gratiae tuae plenitudine solidasti, in adoptionis sorte facias dignanter adscribi. Per Christum.

*Ant.* Laetatus sum in iis quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus (3). All. all. all.

*Orat.* Tribue, quaesumus, omnipotens Deus: ut illuc

13. Ad vesp.: M. add.: « *Luc.* Dnus illuminatio. ℣ Dnus protector ». — 17. nobis, quaesumus: quaes. nobis. M. — 26-27. [quos.... renovasti]: *suppl. ex codd.* W. M.; *facilis omissio ex seq.* quosque.

(1) Psalm. 23. (2) Psalm. comm. Vesp. fer. III. (1) Psalmus 121: inchoatur absolute, et in fine *all.*

tendat christianae devotionis affectus, quo tecum est nostra substantia. Per eundem.

## FERIA IIII.

Ad matut. ℟ *post hymn.* All. ℣ Ad te, Domine. *Ant. in psalm.* Beati, quorum remissae sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. All. *In al. hebdom.* Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem Deus discernit. All. ii. All. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Cantabo tibi. ℟ ii. All. all. all. ℣ Cantate Domino canticum.

*In Bened.* All. all. all. all. *In quinquag.* Secundum magnam misericordiam tuam, all. all.

*Orat.* Deus, qui nos resurrectionis dominicae annua sollemnitate laetificas, concede propitius: ut per temporalia festa quae agimus, pervenire ad gaudia aeterna mereamur. Per.

*In Laud.* All. all. all. *de In excelsis. Cap.* Te decet hymnus. *Psalm. dir.* Deus in adiutorium. *Hymn.* Hic est dies. ℟ *in bapt.* All. ℣ Cantate Domino.

*Orat.* ⁑ Da nobis, quaesumus, Domine: ut quae piis ope- f. 165.
ribus celebramus, et intelligere possimus, et assequi. Per Christum.

*Ant.* Dominus regit me, et nihil (1). *Compl.* Domine, exaudi orationem.

*Orat.* Deus, qui multiplicas ecclesiam tuam in sobolem renascentium: fac eam gaudere propitius de suorum profectibus filiorum. Per Christum.

Ad vesperas. ℟ Laudate Dominum in chordis et organo, all. ℣ Laudate eum in tympano et choro: laudate eum: in chordis. *Ant.* Nisi tu. (2)

*(Orat.).* Omnipotens sempiterne Deus, qui resurgens a mortuis, passione cassata, potentiorem te tuis discipulis reddidisti, concede, propitius: ut nos quoque maiestatis tuae

10. all.: M. add. « *Or. secreta.* Tuae, Dne, nobiscum ». – 24. ecclesiam tuam in: *om.* M. — sobolem: sobole. W. — 25, eam: eos. M. — 25-26. profectibus filiorum: venia peccatorum. M. — 27. Ad vesp.: M. add.: « *Luc.* Dnus illuminatio ».

(1) Psalm. 22. (2) Psalm. comm. Vesp. fer. iv.

mysteria celebrantes, praesentiae divinae beneficia consequamur. Qui vivis.

*In Magnif.* Quia fecit mihi magna qui potens est, all.

*Orat.* Deus, qui nos per paschalia festa laetificas, concede propitius: ut ea quae devote agimus, te adiuvante, fideliter teneamus. Per.

(℟ *in bapt.*). Psallam Deo meo, quamdiu fuero, all. all. ℣ Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in vita mea: quamdiu.

*Orat.* Da nobis, Domine, quaesumus: ut paschalia gaudia, quae laetanter exequimur, perpetua virtute nos tueantur, et salvent. Per Christum.

*Ant.* Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in vita mea. (3) All. all.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut nova proles ecclesiae sempiterna retributione percipiat: quod magnis est mysteriis assecuta. Per Christum.

## FERIA V.

Ad matut. ℟ *post hymn.* ‡ All. ℣ Afferte. *Ant. in psalm.* Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus. All. *Al. hebdom.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo, Altissime. All. II. All. all. III. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Cantabo tibi. ℟ All. all. all. ℣ Cantate Domino.

*In Bened.* All. all. all. all. *In quinquag.* Auditui meo, Domine, dabis gaudium. All. all.

*Orat.* Deus, qui nobis ad celebrandum paschale sacramentum liberiores animos praestitisti; doce nos: et metuere quod irasceris, et amare quod praecipis. Per.

*In Laud.* All. all. *de Stellae. Cap.* Laudate pueri. *Psalm. dir.* Laudate pueri. *Hymn.* Hic est dies. ℟ *in bapt.* All. all. ℣ Cantate Domino.

*Orat.* Deus, qui multiplicas sobolem renascentium; fac

14. all.: M. add.: « *Compl.* Benedictus es, Domine Deus ». — 16. percipiat: *corr. ex* precipiat. — 25. all.: all. *Orat. secreta.* Miserere nobis, omnipotens Deus: ut magna. M. — 33. sobolem: ecclesiam tuam sobole. W; ecclesiam tuam in sobole. M.

(3) Psalm. 145.

eos gaudere propitius de suorum venia peccatorum. Per Christum.

*Ant.* Domini est terra et plenitudo eius. All. ℣ (1) Ipse super maria. *Compl.* Benedicam Dominum.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui paschalia festa peregimus, haec, te largiente, moribus et vita teneamus. Per Christum.

Ad vesperas. ℟ *in choro.* Eructavit cor meum verbum bonum. ℣ Lingua mea. *Ant.* Memento, Domine (2).

*Orat.* Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, erige nos ad consedentem in dextera tua, nostrae salutis auctorem: ut qui propter nos iudicandus advenit, pro nobis iudicaturus mitis adveniat Dominus noster. Qui tecum.

*In Magnif.* Recordare, Domine, misericordiae tuae. All.

*Orat.* Deus, qui credentes in te populos, gratiae tuae largitate multiplicas, respice ad electionem ⁑ tuam: ut qui f. 166.
sacramento baptismatis sunt renati, regni caelestis mereantur introitum. Per.

℟ *in bapt.* Laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo. All. ℣ Suavis sit ei disputatio mea; ego vero delectabor in Domino: all.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut festa paschalia, quae venerando colimus, etiam vivendo teneamus. Per Christum.

*Ant.* Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus (3). Alleluia.

*Orat.* Clementiam tuam supplices exoramus, omnipotens Deus: ut ecclesiam tuam, quam sacro baptismate renovare dignatus es, per haec paschalia festa ad aeternae vitae gaudia pervenire concedas. Per Christum.

1. eos: eam. M. — venia peccatorum: prolectibus filiorum. M. — 8. Ad vesp.: *Luc.* Dnus inluminatio, etc. M. — 13-14. Dominus, etc.: M. *male concludit* Per. — 17. respice: respice propitius. W. M. — tuam: nostram. M. — 27. All.: *bis in* M.

(1) Psalm. 23. (2) Psalm. commun. fer. v. (3) ℣ Psalmus 146.

## FERIA VI.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* All. ℣ Ad te, Domine. *Ant. in psalm.* Quid gloriaris in malitia: qui potens es, iniquitate. All. *Al. hebdom.* Domine, exaudi orationem meam: et clamor meus ad te perveniat. All. ii. All. all. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Cantabo tibi. ℟ ii. All. all. all. ℣ Cantate Domino canticum.

*In Bened.* All. all. all. all. *In quinquag.* Averte faciem tuam a peccatis meis, Deus. All. all.

*Orat.* Deus, per quem nobis et redemptio venit, et praestatur adoptio, respice in opera misericordiae tuae: ut in Christo renatis, et aeterna tribuatur haereditas, et vera libertas. Per.

*In Laud.* All. all. all. all. *de Rorate caeli. Cap.* Cantemus Domino. *Psalm. dir.* Domine, exaudi. *Hymnus.* Hic est dies. ℟ *in bapt.* All. all, ℣ Cantate Domino canticum novum, cantate.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Christe, Filius Dei: ut qui tua passione sunt redempti, tua resurrectione laetentur. Qui vivis.

*Ant.* Dominus regit me et nihil. ℣ (1) Super aquam. *Complet.* Exurge, Domine, adiuva.

f. 166′. *Orat.* ✠ Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut per haec paschalia festa, quae agimus, devoti in tua semper laude vivamus. Per Christum Filium.

Ad vesperas. ℟ *in choro.* Cantate Domino canticum. ℣ Cantate Domino.

*Orat.* Adesto, quaesumus, Domine, familiae tuae, et dignanter impende: ut quibus fidei gratiam contulisti, et coronam largiaris aeternam. Per.

*In Magnif.* All. all. all. ℣ Magnificat.

*Orat.* Deus, qui per Unigenitum tuum aeternitatis nobis

8. all.: all. *Orat. secr.* Exurge, Dne, fer opem. M. — 11. respice: respice propitius. W. M. — 26. Ad vesp.: *Luc.* Dnus inluminatio, etc. M. — 27. all.: M. add.: « *Ant. in psalm.* Opera manuum ». — 29-30. coronam: *suppl. al. ma. in ras.* — 30. aeternam: *corr. ex* aeterna.

1) Psalm. 22.

aditum, devicta morte, reserasti; perfice desiderium nostrum, ex tua inspiratione conceptum: ut quo renati sumus, in ipso consortium resurrectionis habeamus. Per eundem.

*In bapt.* All. ℣ Laudate Dominum, quoniam.

*Orat.* Deus, qui nos paschalia festa annua celebrare concedis: fac nos unigeniti Filii tui Domini nostri resurrectionis gloriam misericorditer consequi. Per Christum.

*Ant.* Lauda, Iherusalem, Dominum: lauda Deum tuum Syon (2). All. all.

*Orat.* Solita, quaesumus, Domine, quos salvasti, pietate custodi: ut qui tua passione sunt redempti, tua resurrectione laetentur. Per.

## FER. *(sic)* SABBATO.

Ad matut. ℟ *post hymn.* All. ℣ Afferte. *In Cantem.* Cantemus Domino. All. all. all. *Ant. in psalm.* Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. All. *In al. hebdom.* In aeternum, Domine: verbum tuum permanet in caelo. All. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Cantabo tibi, Domine. ℟ II. All. ℣ Cantate Domino canticum.

*In Benedictus.* All. all. all. all. *In Confitemini.* Confitemini Domino. All. all. all.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui festa paschalia venerando egimus, per haec pertingere ad gaudia aeterna mereamur. Per.

*In Laud.* Laudate Dominum de caelis: laudate eum in excelsis. All. *Cap.* Cantate Domino . . . . ⁑ laudatio eius in f. 167. ecclesia sanctorum. All. all. *Cap.* Laudate Deum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. All. all. all. *Psalm. dir.* Domine, refugium. *Hymn.* Hic est dies. ℟ *in bapt.* All. all. all. all. *de Sit splendor.* ℣ Domine, refugium.

*Orat.* Da, misericors Deus: ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium et pietas actionum. Per Christum.

2. quo: in quo. W. M. — 5. nos: nobis. W. M. — celebrare: celebritate. M. — 6. nostri: nostri Iesu Christi. M. — 20. all.: all. *Orat. secreta.* Protege nos, Deus salutaris noster. M. — 23. egimus: agimus. W. — 26. Domino: *seq. locus rasus.... supple:* canticum novum, *cum* U. M. — 27. *Cap.*: corrige cum M.: *Alia* . . . . — 29. all.: M. add.: « *Cap.* Venite, exultemus ».

(2) Psalm. 147.

*Ant.* Beati quorum remissae sunt iniquitates.[1] *Compl.* Repleti sumus mane misericordia.

*Orat.* Deus, qui multiplicas ecclesiam tuam in sobole renascentium; fac eam gaudere protinus de suorum profectibus filiorum. Per Christum.

Ad vesperas. *Luc.* Quoniam tu inluminas. ℣ Quoniam in te eripiar. ℟ All. all. all. ℣ Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo, all. *Ant.* Benedictus. ℣ [2] Qui docet.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, quem, docente Spiritu sancto, paterno nomine invocare praesumimus, effice in nobis filiorum corda fidelium: ut haereditatem promissam mereamur ingredi per debitam servitutem. Per. in unitate.

*(In Magnif.).* All. all. all. all. *(de) Sanctum nomen Domini.*

*Orat.* Deus, innocentiae restitutor, et amator, dirige ad te tuorum corda filiorum: ut quos de infidelitatis tenebris liberasti, numquam a tuae veritatis luce discedant. Per.

℟ *in bapt.* All. all. ℣ Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui: all.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui paschale sacramentum vera fide et devota mente exequimur, aeternae vitae gaudia percipere mereamur. Per Christum.

f. 167'. *Ant.* Exaudiat te Dominus in die tribula-‡-tionis, protegat te nomen Dei Iacob. All. all. all. ℣ [3] Mittat tibi.

*Orat.* Tribue, quaesumus, Domine: ut confessione tui nominis, et sacro baptismate renovati, sempiternam beatitudinem consequantur. Per Christum.

3-5. *Orat.* Deus, qui multiplicas, etc.: *in* M. *al.*: « Deus, qui humani generis es reparator et auctor, fac ecclesiam tuam in nova plebe semper augeri; et devotione cunctorum crescere filiorum. Per Chr. ». — 3. ecclesiam tuam in sobole: sobolem. W. — 4. eam: eos. W. — 13. unitate: *seq. loc. ras.* — 14 (*In Magnif.*). . . . (*de*): suppl. in hac ed., ut in antiphonariis. — 15. dirige: erige. M. — 18. all.: M. add.: « *de Spera in Domino* ».

(1) Psalm. 31. (2) Psalm. Vesp. sabb. commun. (3) Psalmus 19.

## DOMINICA II POST ALBAS.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam Dominum. ℣ In Domino. *Ant.* De nocte. II. All. all. III. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis terra. ℟ All. ℣ Pax multa. *In Bened.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Angelus Domini revolvens. *In Cantem.* Cantemus Domino. *In Bened.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino: et hymnum dicite Domino Deo nostro. *Item orat. require retro de dominicis post albas:* Deus, qui ad aeternam vitam in Christi. *In Laud.* Laudate Dominum. *Cap.* Cantate Domino. *Psalm. direct.* Dominus regnavit. *Hymn.* Hic est dies. *De eccl. in bapt.* Clamavi ad te. *De bapt. in al.* All. *de Symon.*

[Ad missam]. *Ingressa.* Misericordia Domini plena est terra, all.: verbo Dei caeli firmati sunt, all. all. *Psalmel.* Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣ Misit de caelo, et liberavit me: dedit in obprobrium conculcantes me. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *post Evang.* Nos populus tuus. *Offert.* Iubilate Domino Deo. *Confract.* Pater, cum essem cum eis, ego servabam eos quos dedisti mihi, all.; nunc autem ad te venio: non rogo ut tollas eos de mundo. sed ut serves eos a malo. All. all. *Trans.* Qui manducaverit corpus.

Ad vesperas. *Lucern.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te eripiar. *Ant. in choro.* All. Magnificemus. ℟ Hymnum cantate nobis, all.; quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? All. all. ℣ In salicibus, in medio eius su-

2. ℟ *post hymn.*: M. *habet seq. rubr.* « Ad Matut. ℟ post hymn., et ant. in cant., et ℟ inter lect., et orat. require retro in Pascha. Similiter in omnibus dominicis diebus usque ad Pentecosten. Et sciendum est quod in hac dominica semper celebratur festum beati Galdini archiepiscopi Mediolan. atque Confess. » — 7-8. et.... nostro: all. Deum benedicite, all. U. V.; et hymnum dicite Dno, all. M. — 14. Dei: Domini. U. — 15-18. M. suis locis add.: « *Lect. actuum apostol.* In diebus illis fuit Petrus cum discipulis.... (*Epist.*) *ad Philip.* Imitatores mei estote et observate.... (*Evang.*) *sec. Iohannem.* Vidit Iohannes Baptista ». — 22. M. add.: « *in fine All. Mane ad psallentium ad scum Galdinum in atrio ecclesiae sce Tegle. Psallent.* Respice, Dne, ad fragilitatem. II. Dicit Dominus super quem. *Post Kyr. cum Gloria.* Gratia Dei sum. *Ingressa.* Dispersit dedit. *Psalmel.* In memoria aeterna. ℣ Beatus vir. (*Epist.*) *ad Ephes.* Audistis dispensationem. ℣ *in all.* Dispersit dedit. (*Evang.*) *sec. Iohann.* Ego sum pastor bonus. *Ant. post. Evang.* Ego sum pastor bonus. *Offert.* Pastor bonus. *Confr.* Dne, quinque talenta. *Trans.* Fidelis servus ». — 25. cantabimus: *corr. ex* cantavimus.

spendimus organa nostra: quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos: in terra. *In Magnif.* All. all. all. all. all. all. all. *de Magnificemus, honoremus. Psall. in bapt.* Inclina ad me aurem tuam, et salva me. All. all. all. *De*
168. *bapt. in al.* ✠ Iohannes praecursor vidit Dominum, et ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. All. all.

## DOMINICA III POST ALBAS.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam Dominum. ℣ In Domino laudabitur. *Ant.* De nocte. II. All. all. III. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℟ Omnis. ℟ All. ℣ Pax multa. *In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Resurgens Ihesus Dominus. *In Cantem.* Cantemus. *In Bened.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino, all.: Deum benedicite, all. *In Laud.* Laudate. *Cap.* Cantate Domino. *Psalm. direct.* Dominus regnavit. *Hymn.* Hic est dies. *Psall. in bapt.* Clamavi ad te, Domine. *De bapt. in al.* All. *de Levate.*

[Ad missam]. *Ingres.* Inclina, Domine, aurem. *Psalmel.* Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii: ut salvum facias me. ℣ Deus, in te speravi; Domine, non confundar in aeternum: in tua iustitia libera me, et eripe me. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Sperate in eo. *Offertorium.* Super flumina Babylonis. *Confr.* Panem de caelo dedisti nobis, Domine, habentem omne delectamentum, et omnem saporem suavitatis. All. all. *Trans.* Sacramentum caeleste.

Ad vesperas. *Lucern.* Quoniam tu. A Quoniam in te. *Ant. in choro.* All. Meditabor. ℟ In voce cataractarum tuarum abyssus abyssum invocat. Memor ero tui, Domine, de terra Iordanis; ut desideret te anima mea: all. ℣ Apud me oratio Deo vitae meae; dicam Deo: Susceptor meus es: all. *In Magnif.* All. all. all. all. all. *de Magnificemus Christum. Psall.* Inclina ad me. *Al.* All. *de Vigilate.*

13-14. all.... all.: et hymnum dicite Domino, all. U. V. — 18-22. M. suis locis add.: « *Lectio actuum apost.* In diebus illis: insurrexerunt principes sacerdotum. (*Epist.*) *ad Cor. II.* Tristitia quae secundum Deum est. (*Evang.*) *sec. Iohann.* Modicum, et iam non videbitis ». — 30. te: *suppl. al. ma. sup. lin.* — 31. me: te. U. V. M. — 33. M. add. rubr.: « *In die festo mediante Evangelium secundum Iohannem:* Die festo mediante » (*sic*).

## DOMINICA IIII POST PASCHA.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino laudabitur. *Ant.* De nocte. ii. All. all. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis. ℟ All. ℣ Pax multa.

*In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Visus Dominus in via. *In Cantem.* Cantemus. *In Bened.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino, all.: et hymnum. *In Laud.* Laudate. *Cap.* Cantate. *Psalm. dir.* Dominus regnavit. *Psall. in bapt.* Clamavi. *De bapt. in aliud.* All. *de Symon.*

[Ad missam]. *Ingres.* ⁑ Dominus inluminatio. *Psalmel.* f. 168'. Oculi mei. ℣ Respice in me. ℣ *in All.* Venite, exultemus. *Post Evang.* Domine, Domine Deus, omnium creator. *Offert.* Exaudi, Domine. *Confract.* Domine, Deus meus, in te speravi. *Trans.* Angeli circumdederunt.

Ad vesperas. *Ant. in chor.* All. Dominus memor fuit. ℟ Hymnum cantate. ℣ In salicibus. *In Magnif.* All. all. all. all. *de Recordatus.* *Psall. in bapt.* Inclina ad me. *De bapt. in al.* All. *de Levate.*

## DOMINICA V POST PASCHA.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino. *Ant.* De nocte. ii. All. All. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis terra. ℟ Pax multa.

*In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Undecim discipuli. *In Cantem.* Cantemus Domino. *In Bened.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino, all.: Deum. *In Laud.* Laudate. *Cap.* Cantate. *Psalm. dir.* Dominus regnavit. *Psall. in bapt.* Clamavi ad te. *De bapt. in al.* All. *de Symon.*

[Ad missam]. *Ingres.* Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, all., qui videt me, videt et Patrem meum: non credis, quia ego in Patre, et Pater in me est? All. all. *Psalmel.* Iacta cogitatum. ℣ Dum clamarem. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post Evang.* Custodi

11-12. M. suis locis add.: « *Lect. actuum apost.* In diebus illis. Multitudinis credentium. (*Epist.*) *ad Philip.* Obedite Deo sicut semper. (*Evang.*) *sec. Iohann.* Vado ad eum qui me misit ». — 33-34. M. suis locis add.: « *Lect. actuum apost.* In diebus illis. Factum est, ut Petrus pertransiret. (*Epist.*) *ad Hebraeos.* Deponentes omne pondus. (*Evang.*) *sec. Iohann.* Amen dico vobis. Si quid ».

Deus portionem. *Offert.* Deus enim firmavit. *Confr.* Voce mea. *Trans.* Diligamus nos invicem.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* All. Quis Deus magnus. ℟ In voce cataractarum. ℣ Apud me oratio. *In Magnif.* All. all. all. all. all. *de Fac Deus. Psall. in bapt.* Qui sequitur me, non ambulat in tenebris; sed habet is lumen vitae, all. *De bapt. in al.* All. *de Vigilate.*

## IN ASCENSIONE DOMINI.

Ad vesperas. *Luc.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit data hominibus. All. all.

*Hymnus.* Optatus votis omnium: sacratus inluxit dies: quo Christus mundi spes, Deus: conscendit caelos arduos.

Ascendens in altum Dominus: propriam.... sedem remeans: gavisa sunt caeli regna: reditu Unigeniti.

Magni triumphum proelii: mundi perempto principe: Patris praesentans vultibus: victricis carnis gloriam.

169. Est elevatus in nubibus: et spem fecit credentibus: ⁑ aperiens paradisum: quem protoplasti clauserant.

O grande cunctis gaudium: quod partus nostrae Virginis: post sputa, flagra, post crucem: paternae sedi iungitur.

Agamus ergo gratias: nostrae salutis vindici: nostrum quod corpus vexerit: sublimem ad caeli regiam.

Sit nobis cum caelestibus: commune manens gaudium: illis quod se praesentavit: nobis quod se non abstulit.

Nunc provocatis actibus: Christum expectare nos decet: vitaque tali vivere: quae possit caelos scandere.

℟ Ascendens in altum captivam duxit captivitatem; dedit dona hominibus, all., Dominus Deus benedictus: prosperum

6. habet is: *in R* habetis; habebit. U. V. M. — 10. altum: altum Dominus. U. — 11. data: dona. U. V. M. — all. all.: U *semel.* — 14. propriam: *post* propriam, ad, *sed ras.*; ad, U; in, V *rasura.* — remeans: remeat. U. — 17. praesentans: praesentat. U. — 18. in: *om.* U. — 19. protoplasti clauserant: protoplasti clauserat. U; protoplasti clauserat. W. M. *1 ma.;* M. *ex corr.* protoplastis (reprobata *s* fin.) clauserant. — 23. quod: qui. V. — vexerit: *corr. ex* vixerit. — 25. quod se: *suppl. al. m. sup. lin.* — 27. scandere: U. *add.* Gloria tibi. — 28. altum: *post* altum *loc. ras.*

iter facit. All. all. ℣ Regna terrae, cantate Domino, qui ascendit super caelos caelorum ad orientem: prosperum.

*Ant.* Parata sedes tua, Deus, all. all. all. ℣ (1) Dominus regnavit, decorem.

*Orat.* Deus, qui ad declaranda tuae miracula maiestatis, post resurrectionem a mortuis, hodie in caelos, apostolis astantibus, ascendisti; concede nobis tuae pietatis auxilium: ut secundum tuam promissionem, et tu nobiscum semper in terris, et nos tecum in caelo vivere mereamur. Qui vivis.

*Ant.* Ascendit Deus in iubilatione. All. all. ℣ (2) Omnes gentes.

*Orat.* Deus, qui ad caelos ascendens discipulis tuis Spiritum sanctum collaturum te dignatus es polliceri, praesta, quaesumus: ut, sicut apostoli tui multifaria doctrinae caelestis munera perceperunt, ita nobis quoque spiritalia dona concedas. Qui cum Patre.

*In Magnif.* Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi, all. all.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui hodierna die ‡ Unigenitum tuum redemptorem nostrum ad f. 169v.
caelos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in caelestibus habitemus. Qui tecum.

*Psall.* Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, Dominus Deus benedictus, all.

*Orat.* Adesto, Domine, supplicationibus nostris: ut sicut humani generis Salvatorem consedere tecum in tua maiestate confidimus; ita usque ad consummationem saeculi manere nobiscum, quemadmodum est pollicitus, sentiamus. Qui tecum.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino. *Ant.* De nocte. ii. All. all. iii. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis terra. ℟ All. ℣ Pax multa.

*In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Viri galilaei, quid admiramini aspicientes in caelum, all.; quemadmodum

7. astantibus: stantibus. U. — 13. te: *om.* M. — 14. multifaria: multifarie. M. — 27. est: *corr. ex* es: *om.* W.

(1) Psalm. 92. (2) Psalm. 46.

vidistis eum euntem in caelum, ita veniet. All. all. *In Cantemus.* Sedes tua. *In Benedicite.* Parata.

*Orat.* Exultationem conditionis humanae substantiae conditor, respice, Deus: ut tua dignatione mundati, sacramentis magnae pietatis aptemur. Per.

*In Laud.* Ascendit Deus. *Cap.* Cantate Domino. *Psalm. dir.* Dominus regnavit, decorem. *Seq.* Gloria in excelsis. *Hymn.* Optatus votis. *Psall.* Ascendisti in altum. ℟ Excelsus super omnes gentes Dominus, super caelos gloria eius: all. ℣ Quis, sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat; et humilia respicit in caelo et in terra: all.

*Orat.* Da, quaesumus, omnipotens Deus, illuc subsequi tuorum membra fidelium, quo caput nostrum principiumque praecessit. Qui tecum.

*De bapt. in al.* Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum, all.

[Ad missam]. *Ingres.* Psallite Domino, qui ascendit super
f. 170. caelos caelorum ad orientem, all. ⁜ *Psalmel.* Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit in caelo et in terra. ℣ Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem. ℣ *in All.* Ascendit Deus in iubilatione, et Dominus in voce tubae. *Post Ev.* Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum et Dominum vestrum; et remittam vobis Paraclitum Spiritum. All. all. *Offert.* Dominus regnavit. *Confr.* Si abiero, et praeparavero vobis (locum), all., iterum veniam, et accipiam vos: ut ubi ego sum, et vos sitis mecum, all. *Transit.* Pater noster qui es.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* (Ascendens in altum). ℟

3. Exultationem: Exaltationem. M. — 9. super caelos: et sup. caelos. U. V. M. — 11. all.: M. add.: « *Compl.* Dnus in caelo, paravit sedem suam » (etc.). — 12. Da, etc.: M. *hanc or. ponit ultimam ad Laud. et hoc loco seq.*: « Implorantes, Dne, misericordiam tuam, populos fideles propitius intuere: ut qui praeter te alium non noverunt, tuis beneficiis glorientur. Per ». — 16. all.: M. add.: « *Compl.* Sit splendor Domini. *Orat.* Da, quaes. », *ut supra.* — 18-22. M. suis locis add.: « *Lect. actuum apostol.* Locutus est Dnus discipulis suis. (*Epist.*) *ad Ephes.* Unicuique nostrum data est. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Stetit Dnus Ihesus in medio discipulorum ». — 19. humilia: *corr. ex* humiliat. — 26. (locum): *suppl. ex* U. V. M. — 22. (Ascendens, etc.): *suppl. in hac ed. cum codicibus* U. V. M.

Ascendens. ℣ Regna terrae. *Ant.* Parata. ℣ (1) Dominus regnavit, decorem. II. Ascendit Deus. ℣ (2) Omnes gentes. *In Magnificat.* Sedes tua, Deus. *Psall.* Ascendisti. *Alia.* Ascendo ad Patrem.

## DOMINICA POST ASCENSIONEM DOMINI.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino. *Ant.* De nocte. II. All. all. III. All. all. all. *Ad lect.* ℟ All. ℣ Omnis. ℟ All. ℣ Pax multa.

*In Benedictus.* All. all. all. all. *Ad crucem.* Cantate Domino, benedicite. *In Cantem.* Cantemus. *In Benedicite.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino, et hymnum. *In Laud.* Laudate. *Cap.* Cantate Domino. *(Psalm.) dir.* Dominus regnavit. *Hymn.* Hic est dies. *Psall. in bapt.* Clamavi ad te. *De bapt. in al.* All. *de Levate.*

[Ad missam]. *Ingr.* Pacem meam do vobis, all.; pacem meam relinquo vobis, all. Non turbetur cor vestrum, donec veniam ad vos. All. all. *Psalmel.* Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, dedisti dona hominibus. ℣ Qui regis Israel, intende; qui sedes super Cherubim, manifestare: dona. ℣ *in All.* Ascendit Deus. *Post Evang.* Ascendo ad Patrem. *Offert.* Curvati sunt caeli, dum calcaret capita nubium creator astrorum; et dum ascenderet caelos dominator omnium, terrore concussus est numerus Angelorum, laudantium, et dicentium: Quantus sit iste, cui Throni et Dominationes occurrunt. All. all. *Confr.* Cum venerit Paraclitus, Spiritus veritatis, ille arguet mundum ‡ de peccato, et de iuditio, f. 170r.
et de iustitia. All. all. *Trans.* Si diligitis me, mandata mea servate, all. Iterum mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. All. all. all.

Ad vesperas. *Ant. in choro.* Laudabo Dominum in vita. ℟ Hymnum cantate. ℣ In salicibus, in medio. *In Magnif.* Ego sum via, veritas, et vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me. All. all. all. all. all. *De eccl. in bapt.*

3. *Psall.*, etc.: M. *ponit* Ascendisti *secundo loco.* — 17-20. M. suis locis add.: « *Lect. actuum apostol.* Exurgens Petrus in medio. (*Epist.*) *ad Romanos.* Scimus, quoniam quaecumque lex. ℣ *in all.* Praeveniamus. (*Evang.*) *sec. Iohann.* Sublevatis Dnus Ihesus oculis in caelum dixit ». — 24. Quantus: *1 ma.* Quantum. — 26. et de iuditio: *suppl. ma. dub. sup. lin.*; et de iustitia et de iudicio. V. M. — 31. vita: vita, all. U; vita mea, all. V. —

(1) Psalm. 92. (2) Psalm. 46.

Clarifica me, Pater, claritatem quam habui, priusquam mundus fieret. All. *De bapt. in al.* All. *de Symon.*

Benedictio cineris et cilicii.

Omnipotens et misericors Deus, qui peccantibus ninevitis triduano ieiunio mortis iacturam evadere tribuisti, adesto propitius supplicationibus nostris; et huic cineri, quem pro peccatis nostris suscipere contrito corde decrevimus, tuae benedictionis virtutem effunde de caelis: ut sicut in veteri populo vitulae cinis cum aqua respersus lustrationem peccantibus, te iubente, praestabat; ita et hic, in tuo nomine sanctificatus, cinis iste ad abluendas peccatorum nostrorum sordes proficiat, et animarum nostrarum salutem operetur. Per.

## INCIPIUNT LETANIAE
*secundum morem traditionis ambrosianae.*

### I. DIE.

*Ant.* 1. Convertimini ad me in toto corde vestro, dicit Dominus, in ieiunio, fletu, et planctu; quia nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat. Kyr. kyr. kyr.

*Oratio usque* (1) *ad portam Civitatis.*

Moestorum refugium, Deus, tribulantium consolator, clementiam tuam suppliciter exoramus: ut afflictis oppressione gentium, auxilium tuae defensionis impendens, eripere nos et salvare digneris: Tribue, quaesumus, fortitudinem fessis, laborantibus opem, solatium tristibus, adiutorium tribulanti-
171. bus. Circumda ‡ plebem hanc virtutis tuae auxilio; et omnes

1. claritatem: claritate. V. M. — 3. ET CILICII: IN LETANIIS. U. V. — 4-13. In M. Oratio *Omnipotens, etc.* ponitur per extensum inter rubricam satis longam, quam habes in *Beroldo,* ed. Magistretti, a pag. 118, lin. 12, ad lin. 37 pag. seq. — et misericors: sempiterne. U. — 6. propitius: *om.* M. — 8. benedictionis: ✠ bened. V. M. — effunde: infunde. U. V. — 11. sanctificatus: sanctif. ✠. M. — 17. *Ant.: Ant. usque ad portam Civitatis.* M. — 19. Kyr.: *om.* M. — 20 *usque: om.* U. V. M. — 25-26. tribulantibus: tribulatis. V. M. — 26. plebem: civitatem. U. V. M. — auxilio: praesidio. U. V. M.

(1) *usque, etc.:* referendum ad ant. praeced., hic et infra, ut in M.; et semel advertisse sufficiat.

in ea manentes immensae pietatis defende iuvamine. Pone in fines *(sic)* et portis eius Angelorum custodiam, salutis ancilia, munitionem omnium sanctorum tuorum; ut qui pro peccatis nostris iuste affligimur, de sola tua misericordia confidentes, miserationis tuae munere adiuvemur. Quatenus a pressura hac, quae nos circumdedit, erepti, liberis tibi mentibus gratias agentes servire possimus. Per. Kyr. *(sic)*.

*Ant.* (II). Domine Deus virtutum, Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Egypti, et fecisti tibi nomen gloriae, peccavimus, impie egimus, iniquitatem fecimus; miserere nobis, Salvator mundi. Kyr. (1) *usque ad scum Simplicianum.*

| | | |
|---|---|---|
| Domine, miserere | S. Raphahel | S. Ampelli |
| Domine, miserere | S. Iohannes | S. Ambrosi |
| Domine, miserere | S. Petre | S. Simpliciane |
| (℣) Christe, libera (nos) | S. Paule | S. Benedicte |
| (℟) Salvator, lib. (nos) | S. Andrea | Omnes Sancti: intercedite pro nobis |
| (℣) Christe, lib. | S. Stephane | (℣) Exaudi, Christe, *tribus vicibus* |
| (℟) Salvator, lib. | S. Sysinni | (℟) Voces nostras. |
| (℣) Christe, lib. | S. Martyri | (℣) Exaudi, Deus, |
| (℟) Salvator, lib. | S. Alexander | (℟) Et miserere nobis |
| S. Maria | S. Vigili | Kyr. kyr. kyr. |
| S. Michahel | S. Geronti | |
| S. Gabrihel | S. Benigne | |

*Oratio.* Deus, qui ad ineffabilis observantiam sacramenti famulorum tuorum praeparas voluntates, donis tuis corda nostra purifica: ut quod sancta est devo-|-tione tractandum, sinceris mentibus exequamur. Per. (2) f. 171r

1. pietatis: pietatis tuae. V. — 2. fines: muris. U. V. M. — 3. munitionem: munitiones. M. — 4. tua misericordia: miser. tua. U. V. — 5. miserationis tuae: tuae miserationis. U; miser. eius. V. — 12. *Post* Ampelli V. M. *add.* S. Antonine. — 15. Benedicte: *om.* M., *et eius loco ponit* S. Ambrosi *praeced.*

(1) *Kyr.* duodecies, vel sexies canebatur in ingressu eccl.: deinde ante nomen *S. Mariae*, et post *Omnes Sancti*, ℣℣ communia, ut in hac litania: haec notanda etiam pro seqq. litaniis. (2) In singulis stationibus huius tridui habetur veluti Missa catechumenorum, ritu feriali; nempe canitur post orat. Lectio cum suo ℟, et deinde Evangelium, quo absoluto, processio pergit ad seq. stationem canendo ant.

℟. I. Convertimini ad me, dicit Dominus, et convertar ad vos; agite poenitentiam, et vivetis coram me: quia ego Dominus auxiliabor vestri. ℣ Adtendite, populus meus, legem meam; inclinate aurem vestram in verba oris mei: quia ego.

*Ant.* III. Peccavimus ante te, Deus; ne des nos in obprobrium propter nomen tuum, quia tu es Dominus Deus noster, quem propitium expectamus. Kyr. *usque ad scum Carpoforum.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Paule | S. Hylarine |
| S. Michahel | S. Andrea | S. Geminiane |
| S. Gabrihel. | S. Stephane | S. Domnine |
| S. Raphael | S. Carpofore | S. Gaudenti |
| S. Iohannes | S. Donate | S. Ambrosi |
| S. Petre | S. Abundi | Omnes Sancti. |

*Oratio.* Inclina, Domine, precibus nostris aures pias: ut qui auxilium tuae miserationis implorant, sanctificationis gratiam referant; et quae pie precantur, obtineant; quodque fideliter postulant, efficaciter consequi mereantur. Per

℟ II. Tibi, Domine, placeat servitus nostra; rogamus suppliciter: ut non nos confundas, dum veneris iudicare terram. ℣ Rogamus te, Domine, pie Pater: ut non nos.

*Ant.* IIII. Misereris omnium, Domine, et nihil odisti eorum, quae fecisti, dissimulans peccata hominum propter poenitentiam, et parcens illis, quia tu es Dominus Deus noster. *Usque ad sanctum Protasium in campo* [Kyr].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Iohannes | S. Barnaba |
| S. Michael | S. Philippe | S. Marce |
| S. Gabrihel | S. Bartholomaee | S. Luca |
| f. 172. S. Raphahel | ✠ S. Thoma | S. Stephane |
| S. Iohannes | S. Mathaee | S. Protasi |
| S. Petre | S. Iacobe | S. Gervasi |
| S. Paule | S. Symon | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Taddaee | Omnes Sancti |
| S. Iacobe | S. Mathia | Exaudi, Christe. |

1-5. M. add. « *Lect. Ioelis proph., secundicerii* (*nempe a lectore secundicerio*). Convertimini ad me. ℟ *notarii* Convertimini, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Nolite putare quoniam veni solvere ». — 10. *Post* Maria V. M. *hic infra omitt. tria nomina angelor.* — 20-22. M. add.: « *Lect. Esaye proph., notar.* Creans te, Iacob. ℟ *lectoris.* Tibi, Dne, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Audistis quia dictum est ». — 26. [Kyr.]: *suppl. hic et infra, ubi desideratur in cod., omiss. ex oscit. amanuensis.* — 35. Iacobe: *male om.* M.

*Oratio.* Exaudi nos, Deus salutaris noster; et aeternitatis tuae nobis dona concede: ut qui te totis sensibus confitemur, nulla fraude diaboli capiamur. Per.

℟ III. Rogamus te, Domine Deus, quia peccavimus tibi; veniam petimus, quam non meremur: manum tuam porrige lapsis, qui latroni confitenti paradisi ianuas aperuisti. ℣ Vita nostra in dolore suspirat, et in opere non emendat; si expectas, non corripimur; et si vindicas, non duramus: manum.

*Ant.* V. Qui fecisti magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro, non tradas nos in manus gentium, nec dominentur nobis, qui oderunt nos. VI. Circumdederunt nos mala, quorum non est numerus; da nobis auxilium de tribulatione: opera manuum tuarum ne despicias, Deus. *Usque ad scum Victorem ad Ulmum.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Andrea | S. Secunde |
| S. Michael | S. Stephane | S. Martiane |
| S. Gabrihel | S. Innocenti | S. Patrici |
| S. Raphahel | S. Candide | S. Brigida |
| S. Iohannes | S. Victor | S. Ambrosi |
| S. Petre | S. Exuperi | Omnes Sancti. |
| S. Paule. | S. Calocere | |

*Oratio.* Domine Deus omnipotens, in cuius iuditio misericordia semper obtinet principatum, tribue indulgentiam reis: ut maiestatis tuae parcente iam ‡ dextera, non iudi- f. 172'
tium, sed indulgentiam sentiamus. Per.

℟ IIII. Peccante me cottidie, nec poenitente, timor mortis conturbat me; et quia in inferno nulla est redemptio: miserere mei, Domine, et salva me. ℣ Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, et peccatum meum contra me est semper: miserere mei.

*Ant.* VII. Si fecissemus praecepta tua, Domine, habitassemus cum securitate et pace omni tempore vitae nostrae;

4-8. *In* M. *ex oscitantia amanuensis omissa:* « *Lectio Epistolae b. Iacobi apost.* Karissimi, omne gaudium existimate » *sed add., ut in R.* « ℟ *subdiacon.* Rogamus, etc. (*et Evang.*) *sec. Lucam.* Cum implesset Dominus Ihesus omnia ». — 11. nos: V. M. *add.:* « ℣ (*ps. 105*). Confitemini Dno, quoniam bonum. Quis loquetur ». — 16. Stephane: *om.* V. — 25. M. add.: « *Lectio Danielis proph., notarii.* Ego Nabucodonosor. ℟ *lectoris.* Peccantem me, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Orantes nolite multum loqui sicut ethnici ». — 26-27. Peccante.... poenitente.... conturbat me: Peccantem.... poenitentem.... conturbat. M.

nunc, quoniam peccavimus, supervenerunt in nos omnes tribulationes: pius es, Domine; miserere nobis, et dona remedium populo tuo. Kyr. *Usque ad s. Victorem ad corpus.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Milocres |
| S. Michael | S. Felix | S. Ambrosi |
| S. Gabrihel | S. Fortunate | S. Martine |
| S. Raphahel | S. Victor | S. Gregori |
| S. Iohannes | S. Urbane | Omnes Sancti |
| S. Petre | S. Tiburti | Exaudi, Christe |
| S. Paule | S. Valeriane | |
| S. Andrea | S. Cecilia | |

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, cui potestas est sine fine miserendi, preces humilitatis nostrae placatus intende: ut quod delictorum nostrorum catena constrinxit, a tua nobis misericordia relaxetur. Per.

℟ v. Convertamur ad Dominum Deum nostrum, et effundamus coram ipso preces nostras cum lacrymis: credo, recordabitur, et miserebitur nostri. ℣ Convertamur unusquisque a via nostra mala, et confiteamur peccata nostra cum lacrymis: credo.

*Ant.* VIII. Iniquitates nostras agnoscimus, Domine; petimus deprecantes te: remitte nobis, dimitte nobis, Domine, peccata nostra. Kyr. *Usque ad sanctum Martinum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| | S. Maria | S. Stephane | S. Martine |
| | S. Iohannes | S. Saturnine | S. Ambrosi |
| | S. Petre | S. Prote | Omnes Sancti |
| f. 173. | S. Paule | S. Ianuari * | |
| | S. Andrea | S. Gavine | |

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui ad correptionem plebis tuae, indulgentiae magis quam iustitiae uteris potestate, confitentium tibi parce peccatis: ut quos salubri emendas verbere, clementi foveas lenitate. Per.

2. es: *2 ma. in* U. — 4. Milocres, etc.: Mirocles, Dati, Gregori, Ambrosi, Omnes. U.; Mirocles, Dati, Protasi, Gregori, Ambr., Omnes. V.; Mirocles, Brigida, Dati, Protasi. Ambrosi, Omnes. M. — 14. constrinxit: constringit. V. M. — 15-20. M. add.: « *Lect. Daniel.; primicerii.* Hoc somnium vidi ego rex. ℟ *notar.* Convertamur, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Nolite solliciti esse in crastinum ». — 24. *ante* Martine, V. *add.* S. Ylari. — 28. Gavine, *ante* Prote *in* M. — 29. correptionem: correctionem. U. V. — 32. M. add.: « *Lectio Esaye proph. notarii.* Beatus homo, qui habet semen in Syon. ℟ *lector.* Peccavi, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Homo quidam habebat duos filios ».

℟ vi. Peccavi, Domine, peccavi super numerum arenae maris: flecto genua cordis; ne perdas me cum peccatis meis. ℣ Peccavi, Domine, peccavi; et iniquitatem meam ego agnosco: flecto.

*Ant.* viiii. Vide, Domine, afflictionem populi tui, quoniam amara est nimis: humiliati enim sumus pro peccatis nostris. Exaudi nos, qui es in caelis; quia non est alius praeter te, Domine. *Usque ad sanctum Vincentium.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Cesille | S. Abundi |
| S. Iohannes | S. Camerine | S. Vincenti |
| S. Petre | S. Rebustiane | S. Augustine |
| S. Paule | S. Marce | S. Agatha |
| S. Andrea | S. Apiane | S. Ambrosi |
| S. Stephane | S. Nicomedis | Omnes Sancti |
| S. Luxori | S. Quirine | |

*Oratio.* Propitiare, Domine, iniquitatibus nostris, et exorabilis tuis esto supplicibus; non extendatur super nos ira iustitiae, nec differatur medicina misericordiae: ut, concessa venia peccatorum, quam precamur, perpetuo maiestatis tuae munere gloriemur. Per.

℟ vii. Numquid, Domine, peccatorem sic emendas, ut perdas? sed ut ad poenitentiam convertatur misericors expectas. ℣ Voce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Deum deprecatus sum: misericors.

*Ant.* x. Liberator noster de gentibus iracundis, ab insurgentibus ⁑ in nos, libera nos, Domine. *Usque ad sanctum* f. 173' *Ambrosium.* [Kyr.]

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Clemens | S. Ambrosi |
| S. Iohannes | S. Nazari | S. Satire |
| S. Petre | S. Celse | S. Marcelina |
| S. Paule | S. Protasi | S. Benedicte |
| S. Andrea | S. Gervasi | Omnes Sancti |
| S. Thoma | S. Grisante | Exaudi. |
| S. Luca | S. Daria | |
| S. Stephane | S. Pantaleon | |

9. Abundi: *omit.* U. — 10. Vincenti: U. *ponit ante* Marce; M. *ante* Quirine. — 11. Robustiane: Kalimeri. M. — 12. Marce: *om.* V. — Agatha, *ante* Augustine *in* V. — 19. venia peccatorum: pecc. venia. U. — 20-25. M. add.: « *Lect. Ezechielis proph.; lectoris.* Fili hominis, loquere. ℟ *not.* Numquid, etc. (*Evang.*) *sec. Math.* Intrate per angustam portam ». — 22. misericors: *suppl 1 m. sup. lin.* — 30. Marcelina: U. *add.:* Iustina; V. M. *add.* Candida, Iustina. — 35. Pantaleon: Pantalimon. U. V.

*Oratio.* Deus, qui confitentium tibi corda purificas, et accusantem se conscientiam ab omni vinculo iniquitatis absolvis, da indulgentiam reis, et medicinam tribue vulneratis: ut, exclusa dominatione peccati, liberis tibi mentibus serviamus. Per.

℟ VIII. In te, Domine, sperabunt omnes animae, dicentes: Cito, Deus, miserebitur nostri; ipse Dominus locutus est dicens: Gaudebo super uno poenitente, quam super nonagintanovem iustis non indigentibus poenitentia. ℣ Vere dico vobis, quod erit gaudium magnum in caelo super uno poenitente: quam super.

*Ant.* XI. Tu, vir Dei, ora pro nobis ad Dominum, quia peccata nostra adversantur nobis: ut faciat nobiscum Dominus secundum magnam misericordiam suam, et recedant a nobis. Kyr. *Usque ad sanctum Vitalem.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Andrea | S. Cosma |
| S. Iohannes | S. Stephane | S. Damiane |
| S. Petre | S. Vitalis | S. Mona |
| S. Paule | S. Agricola | S. Ambrosi |

*Orat.* Respice propitius, quaesumus, Domine, afflictionem
f. 174. populi tui: et ne ad perdendum nos ⁑ peccata nostra praevaleant, tua nos potius ad salvandum misericordia copiosa praeveniat. Per.

℟ VIIII. Domine, miserere nobis, et libera nos, quia alium Deum nescimus praeter te: tu propitius esto plebi tuae Israel. ℣ Qui regis Israel intende; qui deducis velut ovem Ioseph; qui sedes super Cherubim: tu propitius.

*Ant.* XII. Ne avertas, Domine, hominem in humilitatem, quoniam tu dixisti: Convertimini ad me, et sanabo vos, filii hominum. *Usque ad sanctam Valeriam.* (Kyr.)

3. tribue: *om.* U. — 5-11. M. add.: « *Lectio Ezech. proph.; notarii.* Tu, fili hominis, speculatorem. ℟ *diac.* In te, Dne, sperabunt, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Erant appropinquantes ad Dominum Ihesum ». — 23-27. M. add.: « *Lectio Esaye proph.; Lectoris.* Audi me, Iacob et Israel. ℟ *notarii.* Domine, miserere, etc. (*Evang.*) *secundum Matheum.* Super cathedram Moysi sederunt ». — 28. humilitatem: humilitate. V. M.

S. Maria
S. Michael
S. Gabrihel
S. Raphahel
S. Iohannes
S. Petre
S. Paule
S. Andrea
S. Stephane
S. Vitalis
S. Valeria
S. Iuliana
S. Ursicine
S. Aureli
S. Diogenis
S. Ambrosi

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, cuius bonitatis inmensitas nullo fine concluditur, praesta: ut qui de nostris meritis diffidimus, de tua tibi indulgentia placeamus. Per.

℟ x. Quo ibo, Domine, a spiritu tuo? et a facie tua: ubi fugiam? ℣ Si ascendero in caelos tu illic es; et si descendero in infernum ades: ubi fugiam?

*Ant.* xiii. Memento, Domine, quoniam pulvis sumus: propitiare omnibus iniquitatibus nostris. *Usque ad scm. Naborem.*

(Kyrie)
S. Maria
S. Iohannes
S. Petre
S. Paule
S. Andrea
S. Stephane
S. Nabor
S. Felix
S. Materne
S. Remedi
S. Alexander
S. Ambrosi
Omnes sancti.

*Orat.* Exaudi nos, Deus salutaris noster, et ne dies nostros ante finiri iubeas, quam peccata dimittas: et quia in inferno superflua ⁑ poena est, et nullum spatium corri- f. 174r.
gendi, hic te supplices rogamus et petimus: ut ubi das spatium supplicanti, iubeas et peccata dimitti. Per.

℟ xi. Domine, non secundum peccata nostra retribuas nobis; quia tu scis figmentum nostrum: recordare quia pulvis sumus. ℣ Peccavimus cum patribus nostris; iniuste egimus; iniquitatem fecimus: recordare.

[*Ant.* Fac nobiscum, Domine, misericordiam tuam; quia multa sunt peccata nostra: libera nos, Deus, in tempore tribulationis.]

1. Ursicine: *om.* U. V. M. — 9-12. M. add.: « *Lect. Ierem. proph.; notarii.* Iustus es, Dne, in omnibus. ℟ *lect.* Quo ibo, etc. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Cum esset Dnus Ihesus in Bethania in domo ». — 14. omnibus: Domine. M. — 15. *post* Andrea *M. add.:* Marce, Luca. — 18. Felix: V. *add.*: Alexander, Gai, Materne, Remigi, Ambrosi; M. *vero add.* Gai *ante* Materne. — 23. poena: M. *1 ma.* pena, *2 m.* penitentia *suppl. super lin.* — 24. supplicanti: supplicandi. U. V. M. — 24-28. M. add.: « *Lectio Esaye prophetae; lectoris.* Ecce servi mei comedent. ℟ *notar.* Dne, non secundum, etc. (*Evang.*) *secundum Matheum.* Simile est regnum caelorum homini ». — 29-31. [Fac, etc.: *suppl.*

*Ant.* xiiii. Plebem istam tu circumda, Domine; et angeli tui custodiant fines eius; populum ad te clamantem exaudi misericors. xv. Gemitus noster, Domine, ad te non est absconditus; cor nostrum conturbatum est in nobis, et deseruit nos fortitudo nostra: exurge, Christe, adiuva nos, et libera nos propter (nomen) tuum. Kyr. *Usque ad sanctum Victorem ad refugium.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Damiane | S. Severe |
| S. Iohannes | S. Antime | S. Ursicine |
| S. Petre | S. Leonti | S. Leochati |
| S. Paule | S. Euprepri | S. Victor |
| S. Andrea | S. Apolinaris | S. Ambrosi |
| S. Stephane | S. Vitalis | |
| S. Cosma | S. Theodate | |

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus: da populo tuo digne atque sapienter ad confessionem tuae laudis accedere: ut si qua in nobis sunt sauciata per culpas, sentiamus reparari posse per gratiam. Per.

℟ xii. Transeat a me delictum meum: et ne irascaris peccatis meis, Domine. ℣ Averte faciem tuam a peccatis nostris, et omnes iniquitates meas dele: et ne irascaris.

xvi. Populus meus si in viis meis ambulasset, ad nihilum inimicos eorum humiliassem; et super tribulantes eos misissem manum meam. xvii. Propter peccata nostra, Deus, commovisti terram, et conturbasti eam; sana, Domine, contritiones eius, quoniam mota est. xviii. Serviamus Domino
175. in timore; et exultemus ei ⁑ cum tremore: apprehendamus disciplinam, ne quando irascatur nobis. xviiii. Adiutor noster esto; ne derelinquas nos, neque despitias nos, Deus salutaris noster. xx. Dies tribulationis et irae invenerunt

2. *m. in marg.* — M. *add. rubr.:* « *Ant. ad portam civitatis.* Fac, etc. *Seq. oratio ad portam civitatis.* Mestorum refugium Deus. *Ant. ad s. Victorem ad theatrum.* Civitatem istam tu circumda (*ut in R.*) ».

1. Plebem: Civitatem. U. V. M. — 2. fines: muros. U. V. M. — 7. *ad refugium*: *ad theatrum.* U. V. M. — 8. Severe: M. *add.* S. Dati. — 10. Leochati: U. V. M. *add.* S. Armagora. — 13. Vitalis: *in* M. *post* Theodate. — 14. Cosma: *om.* U. — 17. culpas: culpam. V. M. — 18-21. M. *add.*: « *Lect. Esaye proph.; notarii.* Memor esto horum Iacob. ℟ *Lectoris.* Transeat, etc. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Simile est regnum caelorum homini regi qui voluit ». — 22. xvi: M. add. rubr.: *Ant. ad s.* (sed nomen desideratur: legendum *ad s. Theclam*, vel *eccl. aestivam.*

nos: confusio et improperium cecidit super nos, et non sumus obliti te. Exurge, Domine, adiuva nos; et libera nos propter nomen tuum. Kyr. kyr. kyr. *Seq.* Agnus Dei.

Ad missam. *Cant.* Conserva me, Domine.

Ad vesperas. *Lucern.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Appropinquet oratio nostra in conspectu tuo, Domine. ℣ Intret postulatio nostra: in conspectu. *Ant.* In diebus meis. (1)

## DIE SECUNDO DE LITANIIS.

*Ant.* I. Convertamur unusquisque a via nostra mala: quis novit si miserebitur Deus, aut avertat iram suam a nobis, ut non pereamus. Kyr. *Usque ad scum Fidelem.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Petre | S. Abundi |
| S. Michael | S. Paule | S. Ambrosi |
| S. Gabrihel | S. Andrea | Omnes sancti, intercedite |
| S. Raphahel | S. Stephane | |
| S. Iohannes | S. Fidelis | Exaudi Christe |

*Orat.* Domine Deus, qui timore sentiris, qui te diligentium ore caneris, confessione placaris, misericordiam tuam nobis tuis ostende supplicibus: ut qui de meritorum qualitate diffidimus, de tua semper potentia gloriemur. Per.

℟ I. Domine, secundum actum meum noli me iudicare; nihil dignum in conspectu tuo egi; ideo deprecor pietatem tuam: ut tu Deus deleas iniquitates meas. ℣ Peccavi, Domine, peccavi tibi, et ideo peto pietatem tuam: ut tu Deus.

3. Kyr, etc.: *om.* M., *ubi* Agnus Dei *per extensum, ut supra.* — 4. M. add.: « *Lect. Esaye proph.; Lectoris.* Ego sum Dnus creans caelos. *Cant. pueri.* Conserva me. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Videns Dnus Ihesus turbas ascendit in montem ». — 5. *Lucern.: Luc. sicut in quadrag.* M. — 8. M. add.: « *In Magnif.* (*ant.*) Magnificat. *Omnia de cottidiano. Finito cantico* Magnificat *et orat., seq.* XII Kyr. Benedicat et exaudiat nos Deus. (℟) Amen. ℣ Procedamus cum pace, etc. *Finitis Litaniis non dicitur* Benedicat et exaudiat nos Deus, *in primo die aut secundo, sed tantum Missa incipiatur: in die vero tertio finitur cum* Benedicat, *et* Kyrie » (sic). — 10. *Ant.: Ant. ab ecclesia....* (*sic*) *ad scum Fidelem.* M. — 16. Stephane: M. *add.* S. Symon, S. Taddee. — 17. Fidelis: U. V. *add.* S. Iohannes, S. Paule: *haec duo nomina* M. *ponit post* S. Abundi. — 21-25. M. add.: « *Lectio Esaye proph.; notarii.* Custodite iudicium. ℟ *lectoris.* Dne, secundum, etc. (*Evang.*) *sec. Marcum.* Venerunt ad Dnum Ihesum Saducei ». — 25. peto: deprecor. U. V. M.

(1) Psalm. Fer. II comm., ad Vesp.

*Ant.* II. Quem deprecemur, qui te mitiget omnium, Domine; nisi ministros tuos, misericors, Michahel principem Angelorum, Gabrihel nuntium Virginis? Angelorum chorus, iustorum animae, intercedite pro nobis dicentes: Miserere, f. 175'. Deus, tuae plasmae; tuam * imaginem ne despitias, Domine. *Ant.* III *for. muros, post Kyr.* In te speraverunt patres nostri, Domine; speraverunt, et liberasti eos: ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te speraverunt, et non sunt confusi. *Usque ad scum Dionysium.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Corneli | S. Proti |
| S. Iohannes | S. Cypriane | S. Grisogone |
| S. Petre | S. Fidelis | S. Eusebi |
| S. Paule | S. Canti | S. Aureli |
| S. Andrea | S. Cantiane | S. Dionisi |
| S. Stephane | S. Cantianilla | S. Ambrosi |

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, cuius indignatio tarda est, et cita propitiatio; cuius continua est pietas, et misericordia sempiterna; impende te supplicationibus nostris, et ad preces famulorum tuorum aures pias inclina; ut tuo beneficio roborati, ea quae praecipis implere possimus. Per.

℟. II. Recordare, Domine, testamenti tui, ut non desoletur terra: et non perdas omnem animam vivam. ℣ Exaudi, Domine, voces servorum tuorum, et ne facias consummationem: et non perdas.

*Ant.* IIII. Media vita in morte sumus: quem quaerimus adiutorem, nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris irasceris? Sancte Deus, sancte fortis, sancte misericors, Salvator, amarae morti ne tradas nos. *Ant.* V. Anima mea, cessa iam peccare; cogita de subitanea transpositione aeterna tormenta; ibi enim non suscipitur poenitentia, nec lucrifaciunt lacrymae: dum tempus adest, convertere, clama dicens: Deus meus, miserere mei. Kyr. *Usque ad scum Romanum.*

5-6. Domine. M. *add.:* « *Oratio ad portam civitatis.* Mestorum refugium Deus ». — 10. Corneli: *om.* V. — 13. Aureli: *om.* M. — 20-24. M. add.: « *Lect. Esaye prophetae; Lectoris.* Non est gaudere impiis. ℟ *notarii.* Recordare, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Factum est cum intraret Dominus Ihesus in domum ». — 32. *scum Romanum: ad concilia sanctorum.* M.

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Vigili ✠ f. 176 |
| S. Iohannes | S. Petre | S. Iuli |
| S. Petre | S. Laurenti | S. Ambrosi |
| S. Paule | S. Babylla | Omnes sancti |
| S. Andrea | S. Romane | |

*Orat.* Deus, cui nihil est impossibile, nihilque difficile, concede propitius: ut ad omnia potentiae tuae beneficia, dignae conversationis provocemur obsequio. Per.

℟. III. Scio culpas in me, Domine: non me tribulent flagella tua, misericors. ℣ Ego autem ad flagella paratus sum, et dolor meus ante me est semper: non me.

*Ant.* VI. Peccavimus, Domine; peccatum nostrum contra nos est. Petimus deprecantes te: Remitte nobis, Domine; ne simul perdas nos cum peccatis nostris; quoniam tu es Deus poenitentium. VII. Aufer iram tuam a nobis deprecantibus te: non sustinemus iram gloriae tuae. Sancto Spiritu tuo tu creasti omnia: quia populi tui sumus, et opera manuum tuarum, Domine, libera nos. *Usque ad sanctum Stephanum.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Martiniane |
| S. Iohannes | S. Zacharia | S. Auxane |
| S. Petre | S. Mammes | S. Arsati |
| S. Paule | S. Agapite | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Vincenti | |

*Orat.* Conserva in nobis, quaesumus, Domine, maiestatis tuae consuetudinem miserendi: ut, sicut humilitatem nostram sine merito redemisti, ita redemptionis tuae operam per nostram cassari non patiaris offensam. Per.

℟ IIII. Commovisti, Domine, terram, et conturbasti eam; sana contritiones eius: ut liberentur dilecti tui, Domine. ℣ Deus, repulisti nos, et destruxisti nos: iratus fuisti, et misertus es: ut liberentur.

2. Iuli: V. M. *add.*: S. Nicolae. — 8-11. M. add.: « *Lect. Ezechielis prophetae; notarii.* Non propter vos ego faciam, domus. ℟ *lect.* Scio, etc. (*Evang.*) *sec. Marcum.* Conveniunt ad Dnum Ihesum ». — 20. *Stephanum: Stephanum ad rotam.* M. — Martiniane: Martiane. V. — 22. Arsati: *V. add.*: S. Gaudenti; *M.* S. Syste, S. Gaudenti. — 26. humilitatem: humanitatem. U. V. M. — 28-32. M. add.: « *Lect. Ionae proph.; Primicerii Lectorum.* Factum est verbum Dni. ℟ *subd.* Commovisti, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Accessit ad Dnum Ihesum quidam legis — (peritus) ». — 30. sana: sana, Domine. M.

*Ant.* VIII. Peccavimus, peccavimus ante faciem tuam, Deus: caeli, terra, mare testimonium dicunt adversus peccata no-
176'. stra; ne festines per-‡dere, Domine, imaginem tuam, quam dilexisti cum Patre super omnia. VIIII. Domine, si inquiras cordis nostri secreta, rea est ante te omnis conscientia; et si respexeris in nobis plasma tuum, cito flecteris ut Deus ad misericordiam; et ideo clamat ad te omnis terra: Peccavimus, peccavimus tibi; dona nobis indulgentiam. *Usque ad scum Kalimerum.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Andrea | S. Kalimere |
| S. Iohannes | S. Stephane | S. Antonine |
| S. Petre | S. Clemens | S. Savine |
| S. Paule | S. Apolinaris | S. Ambrosi |

*Orat.* Deus, qui sola nos miseratione reservas, tribue, quaesumus: ut eam iugiter consequentes, austeritatem possimus evitare iudicii, quod nemo, nisi per tuam gratiam, securus ingreditur. Per.

℟ V. Precamur, Domine, ut audias voces servorum tuorum, et obliviscaris: iniquitates nostras, et peccatum nostrum non recorderis. ℣ Nos quoque oramus ut servi Dei Patris tui, deleas: iniquitates nostras, et peccatum.

*Ant.* X. In te, Domine, speramus: non confundamur in aeternum: in tua iustitia libera nos, et eripe nos: ut non pereamus. Kyr. *Usque ad sanctam Agatham.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Agatha |
| S. Iohannes | S. Petronilla | S. Margarita |
| S. Petre | S. Agnes | S. Ambrosi |
| S. Paule | S. Anastasia | Omnes Sancti |
| S. Andrea | S. Iustina | |

*Orat.* Exaudi, Domine, tuorum supplicum preces; et confitentium tibi parce peccatis: ut quos conscientiae reatus accusat, indulgentia tuae miserationis absolvat. Per.

℟ VI. Liberet nos, Domine, manus tua, et adiuvet nos: quia peccata nostra multa sunt. ℣ Peccavimus tibi, Domine,
177. peccavimus tibi; remitte ‡ nobis: quia.

17-21. M. add.: « *Lect. Esaye proph.; notarii.* Oravit Esayas ad Dominum dicens. ℟ *lect.* Precamur, etc. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Cum venerit filius hominis ». — 32-35. M. add.: « *Lect. Esaye proph.; lectoris.* Gaudens gaudebo. ℟ *not.* Liberet, etc. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Egressus Dnus Ihesus secessit in partes Tyri ».

*Ant.* XI. Domine, non sumus digni aspicere altitudinem caeli prae multitudine iniquitatum nostrarum: Deus patrum nostrorum, ne perdas nos in finem cum peccatis nostris. Kyr. *Usque ad basilicam Apostolorum, ad scum Nazarium.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Bartholomee | S. Line |
| S. Michahel | S. Thoma | S. Perpetua |
| S. Gabrihel | S. Mathee | S. Nazari |
| S. Raphael | S. Iacobe | S· Celse |
| S. Iohannes | S. Symon | S. Veneri |
| S. Petre | S. Taddee | S. Mirocle |
| S. Paule | S. Mathia | S. Cliceri |
| S. Andrea | S. Barnaba | S. Lazare |
| S. Iacobe | S. Marce | S. Iuliane |
| S. Iohannes | S. Luca | S. Matroniane |
| S. Philippe | S. Stephane | S. Ambrosi |

*Orat.* Adesto, Domine, supplicationibus nostris; et sperantes in tua misericordia, intercedentibus omnibus Apostolis tuis, caelesti protege benignus auxilio. Per.

℟ VII. A facie furoris tui, Deus, conturbata est omnis terra: sed miserere nobis, et ne facias consummationem. ℣ Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego velut foenum arui: sed.

*Ant.* XII. Domine, si iratus fueris adversum nos, quem adiutorem quaerimus, aut quis miserebitur infirmitatibus nostris? Cananeam et publicanum vocasti ad poenitentiam, et Petrum lacrymantem, Domine, suscepisti: et nostram poenitentiam suscipe, misericors, et salva nos, Salvator mundi. XIII. Fine tua inexpugnabili circumcinge nos, Domine; et armis tuae potentiae protege nos semper: libera, Deus Israel, clamantes ad te. Kyr. *ad scum Alexandrum.*

5. Line: M. *add.* S. Apollinaris. — 8. Celse: V. *add.* S. Apollinaris. — 10. Mirocle: Marole. U. V. M. — 14. Matroniane: V. *add.* S. Maurili; M. *add.* Margarita, Maurili, Galdine. — 18. caelesti.... auxilio: caelestibus.... auxiliis. U. — 18-21. M. add.: « *Lectio Ieremiae prophetae; notarii.* Oravit Ieremias ad Dominum dicens. ℟ *diaconi.* A facie, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Accessit ad Dominum Ihesum quidam princeps ». — 28. XIII: M. add.: « *Orat ad portam civitatis.* Moestorum refugium, Deus. *Ant. usque ad scum Alexandrum.* Muro tuo inexpugnabili, etc. — Fine tua: Muro tuo. U. V. M.

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Febronia |
| S. Iohannes | S. Alexander | S. Eufraxia |
| S. Petre | S. Pancrati | S. Grata |
| S. Paule | S. Afra | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Eulalia | |

177'. *Orat.* Deus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse ‡ da cordibus nostris inviolabilis charitatis affectum: ut desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint temptatione mutari. Per.

℟ VIII. Includite elemosinam in sinu pauperum, et ipsi orabunt pro vobis ad Dominum: quia, sicut aqua extinguit ignem, ita et elemosina purgat peccata. ℣ Bona est oratio cum ieiunio, et elemosina cum iustitia: quia sicut.

*Ant.* XIIII. Exaudi, Domine, voces servorum tuorum, clamantium ad te, et dicentium: Domine, miserere nobis. Kyr. *Usque ad scum Iohannem ad concam.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Syre |
| S. Iohannes | S. Iacobe | S. Zeno |
| S. Petre | S. Iohannes | S. Procule |
| S. Paule | S. Marce | S. Bassiane |
| S. Andrea | S. Luca | S. Ambrosi |

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui nos castigando sanas, et ignoscendo conservas; praesta, quaesumus, supplicibus tuis: ut sanitatis optatae consolatione fruamur, et ad correptionis effectum tuam mereamur consequi medicinam. Per.

℟ VIIII. Angelus tuus, Domine, circumdet plebem istam, et perambulet eam: ut iam, Domine, sit secura, et habitetur, et requiescat. ℣ Noli claudere, Domine, aurem tuam ad preces nostras; sed respice, et vide afflictionem populi tui: ut iam, Domine.

3. Pancrati, etc.: *U. add.*: S. Maruti (*sic*), Grata, Affra, Eufraxia, Ambrosi; *V.* Mauriti, Grata, Affra, Eulalia, Febronia, Eufraxia, Ambrosi. — 5. Eulalia: M. *add.* S. Mustiolla. — 9-13. M. add.: « *Lector. Lectio Ieremiae.* Factum est verbum Domini ad me dicens. ℟ *notarii.* Includite, etc. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Simile est regnum caelorum homini regi ». — 15. et: *om.* M. — 17. Stephane: *in* U. V. M. *post* Luca. — Syre: *V. add.:* Procule. Syre, Bassiane, Zeno, Castritiane, Ambrosi. — 20 Bassiane: M. *add.* S. Castritiane. — 26-31. M. add.: « *Notarius. Lect. Epistolae beati apost. et evang. Iohannis.* Quod fuit ab initio. ℟ *lectoris.* Angelus tuus, etc. *Evang. sec. Lucam.* Iudex quidam erat in quadam civitate ». — 27. plebem: civitatem. U. V. M.

*Ant.* XV. Peccavimus, Domine, peccavimus; parce peccatis nostris, et salva nos: qui gubernasti Noe super undas diluvii, et Ionam de abysso verbo revocasti, libera nos: qui Petro mergenti manum porrexisti, auxiliare nobis, Christe, filius Dei. *Ant.* ⌊XVI⌋. Erigat nos dextera tua, quos ✝ f. 178.
peccatorum pondus inclinat; et quia ad terram corruimus, tua, Domine, misericordia sublevemur. XVII. Domine, inclina aurem tuam, et audi; respice de caelo, et vide gemitum nostrum; et de manu mortis, Domine, libera nos. Kyr. *Seq.* Agnus Dei.

AD MISSAM. *Cantus.* In convertendo.

AD VESPERAS. *Luc.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Fiant aures tuae: intendentes in orationem servi tui, Domine. ℣ De profundis clamavi ad te, Domine; Domine, sint aures tuae: intendentes. *Ant.* Fiat pax.

## DIE TERTIO DE LITANIIS.

*Ant.* I. Convertere, Israel, ad Dominum Deum tuum: tollite vobiscum legem; dicite Deo: Potens es salvare nos, Deus noster. II. Convertimini, et agite poenitentiam ab omnibus abominationibus vestris. Quare moriemini, Deus Israel? quia nolo mortem morientis, sed revertimini, et vivetis: dicit Dominus. III. *post Kyr. foris muros.* Deus noster, exaudi nos peccatores, et ostende in nobis tuam misericordiam; et conforta plebem istam in tempore: intercessione Genitricis tuae, salva plebem istam. Kyr. *Usque ad s. Eufimiam.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Paule | S. Eufimia |
| S. Michahel | S. Andrea | S. Lucia |
| S. Gabrihel | S. Stephane | S. Felicitas |
| S. Raphael | S. Senator | S. Savina |
| S. Iohannes | S. Diogenis | S. Ambrosi |
| S. Petre | S. Ypolite | Omnes Sancti |

2-3. diluvii: diluvii, exaudi nos. U. V. M. — 11. M. add.: « *Lect. Esaye prophetae: Lect. ad Missam.* Audite me: audite. *Cant. pueri.* In convertendo. (*Evang.*) *sec. Math.* Venit Dnus Ihesus secus mar e ». — 15 M. add.: « *Ant. in Magnif.* Quia fecit. *Fimuocant. Magnif. et orat., seq. XII* Kyr., *et sic finitur Vesp.* ». — 16. DE LITANIIS: *Omnia ut supra de ecclesia aestiva (eundo) ad scam Eufimiam.* M. — 22. III: M. add.: « *Orat. ad portam civitatis.* Moestorum refugium, Deus. *Ant. usque ad s. Celsum.* Deus noster, etc. ». — 24. conforta plebem: conf. civitatem. U. — in tempore: misericors, U. V. M. — 30. Savina: M. *add.* S. Galdine. — 31. Ypolite: V. *add.* S. Cassiane.

*Orat.* Deus, qui per adoptionem gratiae, lucis nos esse filios voluisti; praesta, quaesumus: ut errorum non involvamur tenebris; sed in splendore veritatis semper maneamus conspicui. Per.

℟ I. Spem in alio numquam habui praeter in te, Deus f. 178'. Israel, qui irasceris, ⁑ et clementer ignoscis: et omnia peccata hominum in tribulatione dimittis. ℣ Confitebimur tibi, Deus; confitebimur tibi, et invocabimus nomen tuum: et omnia.

*Ant.* IIII. Terribile est, Christe, iuditium tuum; ubi Cherubim et Seraphim contremiscunt; ubi Angeli tremunt, qui non peccaverunt; ubi iusti terrentur, qui placuerunt coram te, Domine: illi splendore tuo satiantur. Libera, Salvator, libera populum tuum de morte aeterna. Kyr. *Usque ad s. Celsum.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Nazari |
| S. Iohannes | S. Line | S. Celse |
| S. Petre | S. Clete | S. Donate |
| S. Paule | S. Clemens | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Perpetua | Omnes Sancti |

*Orat.* Deus, cuius spiritu regimur, cuius protectione servamur; praetende nobis misericordiam tuam, et exorabilis tuis esto supplicibus: ut in te credentium fides *(sic)* tuis semper beneficiis gloriemur. Per.

℟ II. Abscondi tamquam aurum peccatum meum; et iniquitatem celavi in sinu meo: peccavi, Domine, miserere mei. ℣ Averte faciem tuam a peccatis meis; et omnes iniquitates meas dele: peccavi.

*Ant.* V. Rex sanctorum, Deus, converte nos; et in tempore malo non nos derelinquas. *Usque ad s. Nazarium.* [Kyr.].

4-9. M. add. « *Lect. Danielis proph.; notarii.* Erat vir habitans in Babylone. ℟ *lectoris.* Spem, etc. *Evang. sec. Lucam.* Rogavit Dnum Ihesum quidam ». — 18. Donate: V. *add.* S. Carpofore. — 24. gloriemur: glorietur. V. adiuvetur M. — 24-28. M. add.: « *Lect. Ieremiae proph.; lectoris.* Convertimini (*2 ma. corr.* Constantes estote) filii. ℟ *notarii.* Abscondi, etc. *Evang. sec. Lucam.* Accessit homo (*sic*) ad Dominum Ihesum quidam ». — 26. miserere: et miserere. M.

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Tyburti |
| S. Iohannes | S. Silvester | S. Dalmati |
| S. Petre | S. Nazari | S. Ambrosi |
| S. Paule | S. Celse | Omnes Sancti |
| S. Andrea | S. Columbane | |

*Orat.* Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserendo manifestas, multiplica super nos gratiam tuam: ut ad tua promissa currentes, caelestium bonorum facias esse consortes. Per.

℟ III. Domine, non posuisti poenitentiam super iustos, sed super me * peccatorem: qui peccavi super numerum f. 179. arenae maris. ℣ Flecto genua cordis mei; peto veniam magnitudinis tuae: qui peccavi.

*Ant.* VI. Non despexisti, multum misericors, in tribulatione clamantes ad te per Genitricem tuam: sed nunc advenisti ad salvandum populum tuum, rex ad captivos, medicus ad infirmos, pastor ad errantes, vita desperatis: ideoque clamamus ad te: Reple, Domine, gaudio animas nostras, et miserere nobis. VII. Propitiare, Domine, creaturae tuae, quia de terra facti sumus; plasma tuum suscepimus, sanguine tuo redempti sumus; ecce precamur: Sancte omnipotens, in tempore angustiae subveni, et miserere nobis. VIII. Dum indignaretur Dominus populo suo, multum flendo non cessavit Moyses; exclamavit voce magna, et dixit: Si iam, Domine, dimittis peccata populo tuo, dimitte: si non, dele me de libro quem scripsit manus tua. VIIII. Super flumina Babylonis sedimus et flevimus, dum recordaremur tui Syon; hymnum cantemus Deo: Domine, inclina caelos, et descende; libera nos de aquis multis, et de manu eorum qui nos persequuntur, Domine, Deus noster. *Usque ad s. Eustorgium.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Dionisi | S. Magne |
| S. Iohannes | S. Rustice | S. Eugeni |
| S. Petre | S. Eleutheri | S. Ambrosi |
| S. Paule | S. Victor | Omnes Sancti |
| S. Andrea | S. Corona | |
| S. Stephane | S. Eustorgi | |

7. miserendo: miserando. U. *ex corr. 2 ma., et* M. — 9-13. M. add.: « *Lect. Ieremiae ; notarii.* Constantes estote, filii (2 *ma. corr.* Convertimini, filii). ℟ *lectoris.* Dne, non, etc. (*Evang.*) *sec. Marcum.* Cum transcendisset Dominus in navi ». — 27. Babilonis: *1 ma add.* illic, *reprob. per ras.* — 32. Dionisi: *om.* U.

*Orat.* Deus, qui es mirabilis in operibus, iustus in iuditiis, largus in donis; multiplica super nos misericordiam tuam: et quia tu nobis es bonorum causa meritorum, custodi quod tribuis, ut invenias quos corones. Per.

℟ IIII. Haec dicit Dominus: Non cessabo benefacere populo meo; timorem meum dabo in corda eorum, et ut non f. 179'. discedant a me: laetabor in illis dum bene fecero eis. ℣ ⁑ Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea, et quae docebo illos: laetabor.

*Ant.* X. Impetum inimicorum ne timueritis; memores estote quomodo salvi facti sunt patres nostri in mari rubro: nunc ergo proclamemus ad Dominum, et miserebitur nostri. *Ant.* XI. Peccata nostra diviserunt inter nos et Deum nostrum; et iniquitates nostrae averterunt faciem eius, ne videret nos; et ideo nos supplices et extremi servuli tui ad te clamamus dicentes: Parce, Domine, populo tuo, et miserere nobis. XII. Propitiare, Domine, populo tuo, quia peccavi[t] tibi, et omnes iniquitates eorum ne memineris, sed da eis misericordiam: exaudi eos in quibus invocaverint te, Domine. *Usque ad s. Laurentium.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Xyste | S. Euprepi |
| S. Michael | S. Laurenti | S. Adriane |
| S. Gabrihel | S. Ypolite | S. Valentine |
| S. Raphael | S. Cassiane | S. Natalia |
| S. Iohannes | S. Genesi | S. Concordia |
| S. Petre | S. Cosma | S. Eusebi |
| S. Paule | S. Damiane | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Antime | Omnes Sancti |
| S. Stephane | S. Leonti | |

*Orat.* Mentem familiae tuae, quaesumus, Domine, intercedente beato Laurentio martyre tuo: et munere compunctionis aperi, et largitate pietatis exaudi. Per

2. misericordiam: gratiam. U. M. — 4. invenias: *corr. ex* invenies. — 4-9. M. add.: « *Lect. Danielis; primicerii lectorum.* Oravit Azarias ad Deum. ℟ *notarii.* Haec dicit, etc. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Homo quidam peregre proficiscens ». — 16. Domine: *om.* M. — 19. eos: *1 ma.* nos: eos. M. — 21. Xyste: *om.* U. — 26. Eusebi: U. M. *add.* S. Nicolae. — 31. martyre: levita et martyre. M.

℟ V. Sacerdotes et levitae, principes et seniores: orate ad Deum, ut sit propitius omnibus. ℣ Universa multitudo populi gaudeant gaudium magnum cum exultatione: orate.

*Ant.* XIII. In tribulatione nostra invocamus te, Domine; libera nos propter ⁎ nomen tuum; et super tribulantes eos f. 180.
mitte manum tuam. *Usque ad scm Systum.* ]Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Xyste | S. Paule |
| S. Iohannes | S. Felicissime | S. Sebastiane |
| S. Petre | S. Agapite | S. Solutor |
| S. Paule | S. Abdo | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Semnis | |
| S. Stephane | S. Iohannes | |

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, doce nos facere voluntatem tuam: et quaecumque praecipis ut agamus, ipse adiuva, ut implere possimus. Per.

℟ VI. Pater, peccavi in caelum, et coram te; et iam non sum dignus vocari filius tuus, sed: fac me sicut unus de mercenariis tuis. ℣ Surgam, et vadam ad patrem meum; et dicam illi: fac.

*Ant.* XIIII. Petite, et accipietis; quaerite Dominum, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. *Usque ad scum Yenesium.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Andrea | S. Supplici |
| S. Iohannes | S. Stephane | S. Christina |
| S. Petre | S. Vite | S. Scolastica |
| S. Paule | S. Modeste | S. Ambrosi |

*Orat.* Deus, qui omnem animam confitentium tibi magis vis emendare, quam perdere; averte a nobis iram indignationis tuae: et dimitte omnia peccata nostra. Per.

1-3. M. add.: « *Lect. Danielis* (*proph.*); *notarii.* Oravit Daniel ad Dnum dicens. ℟ *diaconi.* Sacerdotes, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Homo quidam habuit duos filios ». — 3. gaudium magnum: gaudio magno. U. V. M. — — 5. eos: nos. U. V. M. — 9. Solutor: M. *add.* S. Genesi, S. Galdine. — 15-19. M. add.: « *Lectio Epistolae beati Iacobi apostoli*; *Lectoris.* Omne datum optimum. ℟ *notarii.* Pater, peccavi, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Homo quidam erat dives qui habebat vilicum ». — 17. unus: unum. M. — 20. *Ant.*, etc.: *Eundo ad S. Vitum.* M. *cum* U. V. — 23. Andrea: V. M. *add.* S. Iacobe. — Supplici: Suppliti U, Sulpiti M. — 24. Christina: U. V. M. *add.* S. Crescentia.

℟ vii. Qui iudicas omnem mundum, libera nos: quia tu es redemptor noster, et salvator mundi. ℣ Domine, exaudi orationem nostram; et clamor noster ad te perveniat: quia tu es.

*Ant.* xv. Nolite timere, quoniam Deus in proximo veniet, et misereatur, et praesit plebi et populo flenti et gementi nimis, effundenti lacrymas ante Dominum Deum nostrum.

. 180'. ⁑ xvi *infra civitatem, post Kyr.* Deprecamur te, Domine, in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira tua a plebe ista, et de domo sancta tua, quoniam peccavimus tibi. Kyr. *Usque ad scm Mariam ad circulum.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Mauriti | S. Marine |
| S. Iohannes | S. Candide | S. Crispine |
| S. Petre | S. Victor | S. Martine |
| S. Paule | S. Exuperi | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Innocenti | |
| S. Stephane | S. Leo | |

*Orat.* Deus, apud quem nemo per se est innocens, nemo de suis meritis gloriosus, concede propitius: ut, cum nobis nostra opera prodesse non possunt, gloriosius tua misericordia succurrat indignis. Per.

℟ viii. Ascendat, Domine, oratio nostra ad thronum maiestatis tuae: et ne vacua revertatur ad nos postulatio nostra. ℣ Domine, exaudi orationem nostram; et clamor noster ad te perveniat: et ne vacua.

*Ant.* xvii. Dei Genitrix, quae Archangeli gaudium suscepisti, et Deum in utero portasti sanctum, quem videre ut est non praesumunt Angeli, Cherubim et Seraphim multis luminibus incessabili eum voce glorificant; quem tu portasti, ipsum deprecare, donare nobis magnam misericordiam deprecamur. xviii. Sicut promisisti, omnipotens, in scri-

1-7. M. add: « *Lect. Esaye; notarii.* Si revertimini ad me. ℟ *lect.* Qui iudicas. (*Evang.*) *sec. Marcum.* Cavete a scribis qui volunt in stollis. *Ant. usque ad portam civitatis.* Nolite, etc. *Oratio ad portam civitatis.* Moestorum refugium, Deus. *Ant. ad S. Mariam ad circulum.* Deprecamur, etc. ». — 5. et misereatur: ut mis. U. V. M. — plebi: civitati. U. V. M. — 6. effundenti: et effundenti. V.; et fundenti. M. — nostrum: suum. U. V. M. — 9. plebe: civitate. U. V. M. — peccavimus: *1 ma.* peccavi. — 13-14. S. Mart. S. Ambr.: S. Ambrosi S. Martine. U. M. — 19. nobis nostra opera: nostra opera nobis. U. M. *et* V., *sed om.* nobis. — 20-24. M. add.: « *Lect. Esaye proph.; lectoris.* Oravit Esayas ad Dnum dicens. ℟ *not.* Ascendat, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Homo quidam erat dives, qui induebatur ».

pturis: Ego occidam et vivificabo; qui quaerunt me invenient me; in die tribulationis clamabunt, et ego exaudiam; ecce tempus promissionis, tribulatos exaudi, et miserere. Kyr. *Usque ad scm Quiricum.*

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Andrea | S. Quirice |
| S. Iohannes | S. Stephane | S. Iulitta |
| S. Petre | S. Firme | S. Ypolite |
| S. Paule | S. Rustice | S. Ambrosi |

*Orat.* Preces populi tui, Domine, clementer exaudi: et quos conscientiae rea-✝-tus accusat, indulgentia tuae virtutis f. 181.
absolvat. Per.

℟ (IX). Peccata mea multa sunt, Domine; miserere mei, Deus. In ira concitavi te: spem in alio non habui praeter in te, Deus Israel. ℣ Ego sum, Domine, qui peccavi, et qui inique egi: spem.

*(Ant.)* XVIII. Inluxisti, Domine, diem in qua iuste corripuisti nos; et cum timore omnes supplicamus dicentes: Sancte, sancte, (sancte) Domine, Salvator mundi, miserere nobis. XX. Exaudi, Domine, vocem fletus nostri; exaudi, Deus, preces populi tui; suscipe, Domine, orationem nostram. *Usque ad scm Georgium.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Petre |
| S. Iohannes | S. Georgi | S. Marceline |
| S. Petre | S. Theodore | S. Latina |
| S. Paule | S. Faustine | S. Gregori |
| S. Andrea | S. Iubitta | S. Ambrosi |

*Orat.* Domine, Deus omnipotens, qui concreta humani pectoris vulnera studio pietatis incidis, respice ad infirmitatem mentis nostrae, et vitiosis actibus verbo oris tui poculum salutis infunde: ut solatio pietatis tuae, diabolicae artis blandimenta valeamus excludere. Per.

℟ [X]. Nolite tardare converti ad Dominum, quia nescitis quid pariat superventura dies: a mane usque ad ve-

11-15. M. add.: « *Lect. Ezechielis; notarii.* Factus est sermo: quid est quod inter. ℟ *subdiac.* Peccata, etc. (*Evang.*) *sec. Marcum.* Veniens Dnus Ihesus ad discipulos suos vidit turbam ». — 16. Illuxisti: *sic in omn. codd.: lege* Illuxit. — diem: *ma. corr.* dies. — 18. (sancte): *suppl. in hac ed. cum ceteris codd. et ant.* — 19. vocem: voces. M. — 20. Deus: Domine. M. — 26. Iubitta: Iovitta. V. M. — 31. M. add.: « *Lectio Ieremiae proph.; primicerii lectorum.* Ecce dies venient, et feriam domus Israel. ℟ *notarii.* Nolite, etc. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Homo quidam fecit coenam magnam ».

sperum mutabitur tempus. ℣ Nolite sperare in iniquitate; et in rapinis nolite concupiscere: a mane.

*Ant.* xx. Videns vidi afflictionem populi mei, et clamorem eorum audivi, ut liberarem eos: dicit Dominus. xxi. Propitiare peccatis nostris, Domine, ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum? et innotescat in nationibus coram oculis nostris. *Usque ad scm Sebastianum.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Sebastiane | S. Policarpe |
| S. Iohannes | S. Solutor | S. Castole |
| S. Petre | S. Chromati | S. Eugenia |
| S. Paule | S. Tranquilline | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Marcelliane | |
| S. Stephane | S. Marce | |

. 181r. ✠ *(Orat.)* Afflictionem familiae tuae, quaesumus, Domine, intende placatus: ut, indulta venia peccatorum, de tuis semper beneficiis glorietur. Per.

℟ xi. Miserere, Domine: supplicantibus da nobis veniam. ℣ Pacem rogamus, Domine: supplicantibus.

*(Ant.)* xxii. Gemitum populi tui, Deus, exaudi; et angustias, quas patimur, vide, et celeriter miserere. xxiii. Peccavimus, Deus; malum coram te fecimus; respice, ut pius pater: parce, et indulge nobis. *Usque ad scm Mariam Bertradae.* [Kyr.].

| | | |
|---|---|---|
| S. Maria | S. Stephane | S. Agatha |
| S. Iohannes | S. Tecla | S. Anastasia |
| S. Petre | S. Pelagia | S. Columba |
| S. Paule | S. Agnes | S. Ambrosi |
| S. Andrea | S. Cecilia | Omnes Sancti |

*Orat.* Miserere iam, quaesumus, Domine, intercedente beata et gloriosa semperque Virgine Dei genitrice Maria, populo tuo: et continuis tribulationibus laborantem, celeri propitiatione laetifica. Per.

℟ xii. Ne recorderis peccatum meum, Domine; dum veneris iudicare saeculum per ignem. ℣ Cui monti dicturus sum in illa die: Cade super me, et absconde me: dum veneris.

4. eorum: *corr. ex* meorum. — audivi: audivi, et descendi. U. V. M. — 9. Castole *ante* S. Policarpe. V. — 13. Marce: 2 *ma. add.* sce Aquille (*sic*). — 16. glorietur: *1 m.* glorientur. — 16-18. M. add.: « *Lectio Ezechielis proph.; notarii.* Tu, fili hominis, loquere. ℟ *lect.* Miserere, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Factum est in una dierum ». — 25. Anastasia: M. *add.* S. Febronia. — 32-35. M. add.: « *Lect. Ieremiae proph.; lectoris.* Ecce addu-

(*Ant.*) XVIIII. Nunc exequimur te toto corde nostro: et timemus te, Domine; quaerimus faciem tuam; ne confundas nos. XXV. Desiderium pauperum exaudi, Domine; et oratio populi tui intret in conspectu gloriae tuae. XXVI. Nisi acceleraveris, Christe, liberare nos, simul peribimus cum peccatis nostris; angustiati per singulos dies deprecamur te: Domine, miserere nobis. XXVII. Non expandimus manus nostras ad Deum alienum; exurge, Domine, adiuva * nos, et libera nos, Deus noster. XXVIII. Inclina, Domine, f. 182. aurem tuam, et exaudi nos; respice de caelo, Deus, et vide afflictionem populi tui; propitiare, Domine, et esto placabilis. XXVIIII. Respice in servos tuos, et in opera tua, Domine. XXX. Exurge, libera, Deus, de manu mortis; et ne infernus rapiat ut leo animas nostras. XXXI. Ascendant ad te, Domine, preces nostrae: et ad aures misericordiae tuae supplicantium vota perveniant. XXXII. Christe, tuis famulis subveni: quos magno precio redemisti, caelesti defende protectione, quia pius es. XXXIII. Miserere nobis, Domine, miserere nobis: quia multum apud te propitiatio est. XXXIIII. Non est aliud refugium nisi in te sperare, Christe: precibus sanctorum tuorum libera nos, Domine. XXXV. Ne obliviscaris, Domine, voces famulorum tuorum; intende, libera quos redemisti, Domine, sanguine tuo. XXXVI. Deus, qui conteris bella, adiutor et protector esto nobis. XXXVII. Liberati serviamus Domino Deo nostro in sanctitate. *Post* Kyr. kyr. kyr., *excelsa voce, seq.* Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. *Al.* Suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dexteram Patris. *Al.* Agnus Dei. *Seq.* Gloria Patri. *Al.* Agnus Dei.

Ad missam. *Cant.* Laudate Dominum, omnes gentes: et conlaudate eum, omnes populi. ℣ Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas Domini manet in aeternum.

cam ego filios Israel. ℟ *notarii.* Ne recorderis, etc. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Intravit Dnus Ihesus in quoddam castellum. *Ant. eundo ad ecclesiam aestivam.* Nunc exequimur, etc. ».

1. te... nostro: *corr. ex* de.... meo. *cum omn. codd.* — 23. libera: et libera. U. V. M. — 24. nobis : U. V. M. *add.* et confringe inimicos nostros. — 27. *Alia*, etc. : *corrige cum* U. V. M. « ℣ Gloria Patri. ℣ Sicut erat. *Seq.* Agnus Dei. ℣ Suscipe deprecationem, etc. *Iterum.* Agnus Dei. *Seq.* Kyr. ». — 29. M. add.: « *Seq.* Kyr. *ter communiter : postea* Benedicat et exaudiat. Procedamus cum pace, etc. ». — 30-33. M.

AD VESPERAS. *Luc.* Dominus inluminatio. ℣ Dominus protector. ℟ Precatus sum faciem. ℣ Legem pone. *Ant.* Nisi tu, Domine. ℣ Nisi Dominus aedificaverit. *In Magnificat.* Recordare, Domine.

℟ *diacon.* Peccavimus tibi, qui es in caelis, Pater sancte: patientiam habe in nobis. ℣ Quoniam mandatis tuis non
f. 182r. obedivimus, Domine, nec observavimus ⁑ neque fecimus quae praecepisti nobis: patientiam. ℟ II. Te deprecamur, Domine: qui es misericors et pius, esto nobis propitius. ℣ Domine, exaudi orationem nostram, et clamor noster ad te perveniat: qui es misericors.

## IN VIGILIA PENTECOSTES.

AD VESPERAS. *Luc.* Quoniam tu inluminas. ℣ Quoniam in te eripiar.

*Hymn.* Iam Christus astra ascenderat: regressus unde venerat: promisso Patris munere: sanctum daturus Spiritum.

Sollemnis surgebat dies: quo mystico septemplici: orbis volutus septies: signat beata tempora.

Cum hora cunctis tertia: repente mundus intonat: apostolis orantibus: Deum venisse nuntians.

De Patris ergo lumine: decorus Ignis almus est: qui fida Christi pectora: calore Verbi compleat.

Impleta gaudent viscera: afflata sancto Lumine: voces diverse consonant: fantur Dei magnalia.

Ex omni gente cogitur: graecus, latinus, barbarus: cunctisque admirantibus: linguis loquuntur omnium.

Iudaea tunc incredula: vesano turba spiritu: ructare musti crapulam: alumnos Christi concrepat.

suis locis add.: « *Lect. Malachiae proph.* Orietur vobis qui timetis nomen meum. *Cant.* Laudate. (*Evang.*) *sec. Matheum.* Misereor turbae, quia perseverant ».

5. ℟ *diac.*: M. add. rubr.: « *Finito cantico* Magnificat *et oratione, seq. tantum* III Kyr.; *et sic finitur Vesperum cum* Benedicat et exaudiat. Procedamus, etc. *Seq.* ℟ I. Fac nobiscum, Dne, misericordiam, da veniam: da indulgentiam, et miserere placatus. ℣ Dne, exaudi orationem nostram, et clamor noster ad te perveniat: da indulgentiam. ℟ II. Peccavimus, etc. ». — 8. nobis: ut bene nobis esset. V. M. — 24. diverse: diversae. U. — 25-26. cunctisque: cunctis. U. — 27. vesano: vesana. M.

Sèd signis et virtutibus: occurrit et docet Petrus: falsa profari perfidos: Iohele teste comprobans.

Gloria tibi, Domine.

℟ *diac.* All. all. all. all. ℣ Omnis terra adoret.

*Lectio* I. In diebus illis. Egressus Iacob. *Psalmell.* Tui sunt caeli. ℣ Misericordias tuas, Domine.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, lumen indeficiens,
qui Spiritum tuum sanctum cum super aquas in mundi crea-
tionis exordio ferretur, humanae declarasti salutis auctorem,
praesta, quaesumus: ut idem Spiritus ‡ veritatis, Ecclesiae f. 183.
tuae dona multiplicet. Per. in unitate (eiusdem).

*Lectio* II. Factum.... elevare.... vellet Dominus. *Psalmell.* II. In ecclesiis benedicite. ℣ Exurgat Deus, et dissipentur.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, Domine, per gratiam Spiritus sancti novam tui Paracliti spiritalis observantiae disciplinam: ut mentes nostrae sacro purgante ieiunio, cunctis reddantur eius muneribus aptiores. Per. in unitate.

*Lectio* III. Apparuit Dominus Salomoni. *Psalmell.* II. Benedictus Dominus, Deus Israel. ℣ Deus iuditium tuum regi da.

*Orat.* Deus, qui primis temporibus impleta miracula, novi testamenti luce reserasti; quod mare rubrum forma sacri fontis existeret; et liberata plebs ab aegyptia servitute, christiani populi sacramenta praeferret, da: ut omnes gentes Israhelis privilegium merito fidei consecuti, Spiritus tui participatione regenerentur. Per.

*Lect.* IIII.... Exiet virga de radice Iesse. *Cant.* Sicut cervus desiderat.

4. ℟ *diac.:* ℟ *in choro; primicerii lectorum.* M. — *Lectio...* Iacob.: *Minor lector. Lect. Esaye proph.* Egredietur virga. M. — 7. *Orat.* Omnipotens, etc. M. *hanc or. ponit post lect.* II *al hoc loco seq.* Dat nobis. — 8. tuum sanctum: sanctum tuum. M. — 9. ferretur: ferreretur. T. — 12. *Lectio...* Dominus: *in ras.* M. « *Secundus lector. Lect. libri Regum.* Egressus Iacob de Bersabe. — 16. sacro: sacrae. T. — 18. *Lectio...* Salomoni: *Tertius lector. Lectio libri Regum.* In diebus illis. Cum levaret Dns Eliam per turbinem. — 21. mare: per mare. M. — 22. aegyptia: aegyptiaca. U. V. M. — 24. consecuti: *2 m. corr.* consecutae: consecutae. V. M. — 25. regenerentur: regantur. M. — 26. *Lect...* Jesse: *Quartus lector. Lect. libri Regum.* Apparuit Dns Salomoni per somnium nocte. Dicens. *Cant. pueri.* Sicut cervus. *Hoc cantato statim seq. haec. or.* Deus, etc. M.

*Orat.* Deus, qui nos ad celebrandam festivitatem, utriusque testamenti paginis instruis; da nobis intelligere misericordiam tuam: ut ex perceptione praesentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per. (1)

*Post, psallentium de bapt. in eccl.* Dominus regit me, et nihil mihi deerit, all. Impinguasti in oleo caput meum, all. all.

[Ad missam]. ℣ *in All.* Emitte Spiritum tuum, et creabuntur; et renovabis faciem terrae. *Off.* Curvati sunt caeli. *Confract.* Cum venerit paraclitus Spiritus. *Trans.* Si diligitis me. (2)

*In Magnif.* Spiritu principali confirma nos, Domine. All. all.

*Orat.* Deus, qui credentium in te primitias, tui Spiritus
f. 183'. ‡ adventu mirifico decorasti: da nobis de tua maiestate praesumere, non de nostris meritis superbire. Per.

## [IN DIE SANCTO PENTECOSTES].

Ad matut. ℟ *post hymn.* Benedicam. ℣ In Domino laudabitur. *Ant.* (I). De nocte. II. All. all. III. All. all. all. *Ad lect.* ℟ Apparuerunt apostolis disperditae linguae tamquam ignis, all.: seditque supra singulos eorum Spiritus sanctus. All. all. all. ℣ Et coeperunt loqui variis linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis:... ℟ II. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et coeperunt loqui prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis: et convenit multitudo dicentium, all. ℣ Loquebantur variis linguis apostoli magnalia Dei: et convenit.

*In Bened.* All. all. all. all. *Ad Crucem.* Spiritus Domini replevit orbem terrarum, all.; et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. All. all. all. *In Cantem.* Dum com-

1. festivitatem: festivitatem hodiernam. M. — 4. M. add. rubr. « *In Vigiliis Pentecostes: sarcitectus emundat fontes*, etc. » ut in *Beroldo*, edit Magistretti, a pag. 120, l. 13, ad pag. 122, l. 5, ubi cf. not, in calcc, pag. 000. — 7. ℣ *in All.* . . . diligitis me: M, omissis *Off. Confr.* et *Trans.*, haec ponit « *Epist. ad Cor. I.* Nobis revelavit Deus. ℣ *in All.* Emitte, etc. (ut in ℟). *Evang. sec. Iohan.* Cum venerit paraclitus. *et legitur in majori tuo.* — 15. [IN DIE, etc.]: *Suppl. in hac ed., ut in* M. — 16. ℟ *post hymn., etc.*: ℟ *post hymnum et antiphonas in Canticis require in Pascha resurrectionis.* M. — 18. disperditae: dispertitae, T. U. V. M. — 21. illis: *seq. loc. ras: supple* seditque. — 28. all.: M. add. « *Orat. secretas require in cottidianis dominicis diebus.* »

(1) Post hanc orat. seq. bened. fontis bapt., ut Sabb. Sancto.
(2) Expleta Missa, absolvuntur Vesperae.

plerentur dies Pentecosten, erant omnes pariter dicentes, all. *In Benedicite.* Repleti sunt omes Spiritu sancto; et coeperunt loqui variis linguis. All. all. all. all.

*Orat.* Omnipotens, sempiterne Deus, qui paschale sacramentum, quinquaginta dierum voluisti mysterio contineri, praesta: ut gentium facta dispersio divisione linguarum, ad unam confessionem tui nominis caelesti munere congregetur. Per.

*In Laud.* Loquebantur variis linguis apostoli magnalia Dei. All. all. all. *Cap.* Prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. *Psalm. dir.* Dominus regnavit. *Hymn.* Iam Christus astra. *De eccl. in bapt.* Spiritus sanctus docebit vos, all., quae oportet addicere. All. ℟ Pentecosten diem festum Domini celebrantes, All., qui est sanctus a septimanis Paschae. All. all. all. ℣ Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum: qui est sanctus.

*Orat.* ✠ Domine Deus omnipotens, qui primitias Spiritus f. 184.
tui dedisti credentibus: da nobis eundem Spiritum divinae virtutis interpretem, et aeternae sanctificationis auctorem. Per eundem.

*De bapt. in al.* Redde mihi laetitiam salutaris tui; Spiritu principali confirma me, Deus. All.

*Orat.* Deus, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per Christum.

[Missa] *in ecclesia hyemali. Ingr.* Factus est repente. ℣ *in All.* Emitte Spiritum.

*Psallentium de ecclesia (hyem. ad aestivam). Ant.* I. Redemit eos Deus. II. Vidi aquam egredientem. II. Intonuit de caelo.

[Ad missam]. *Ingres.* Factus est repente de caelo sonus

1. erant : *corr. ex* erat. — 13. oportet addicere: oporteat dicere. U. V. M. — 14. celebrantes: *ras.* te; celebramus. U. V. M. — septimanis: *corr. in hac. ed. ex* septem annis; septemanis. U. V. M. — 19. virtutis: veritatis. M. — aeternae sanctificationis: divinae virtutis. M. — 22. me: nos. T. V. M. — 26. M. add. rubr. seq. « *Mane sonito signo, et Tertia cantata, presbyter observator cantat Missam in ecclesia hyemali, et lector legit Lectionem Actuum Apostolor., finita ingressa*, Petrus et Iohannes ascendebant. ℣ *in All.* Emitte Spiritum. *Evang. sec. Iohannem.* In novissimo die magno; *quod observator diaconus debet legere. Finito Evangelio, Archiepiscopus procedit cum omni clero suo in ecclesiam aestivam, sicut in die resurrectionis. Psallentium.* Redemit, etc. »

advenientis Spiritus vehementis, ubi erant sedentes, all.: et repleti sunt omnes Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei. All. *Psalmel.* Cor mundum crea in me, Deus: Spiritum rectum innova in visceribus meis: ne proiicias me a facie tua: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. ℣ Redde mihi laetitiam salutaris tui; et Spiritu principali confirma me. ℣ *in All.* Spiritus Domini replevit orbem terrarum; et hoc [quod] continet omnia scientiam habet vocis. *Post Evang.* Cum sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de universo mundo: dabo vobis cor novum. All. all. *Offert.* Erit hic vobis dies memorialis, all.; et diem festum celebrabitis sollemnem Domino: in progenies vestras legitimum sempiternum diem. All. all. ℣ All. Dixit Moyses ad populum: Bono animo estote, adveniet vobis salus a Domino Deo, et pugnabit pro vobis: in progenies. *Confract.* Ultimo fe-
f. 184ʳ. stivitatis die, dicebat Ihesus: Qui in me credit, flumina * de ventre eius fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. All. all. *Trans.* Hymnum canite.

Ad vesperas. *Luc.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: All. all. *Hymn.* Iam Christus astra. ℟ Apparuerunt apostolis. ℣ Et coeperunt loqui. *Ant.* (1). All. all. all. all. ℣ (1) Dixit. ii. All. all. ℣ Confitebor. iii. Dum complerentur dies. ℣ Beatus vir. iiii. Repleti sunt omnes. ℣ Laudate, pueri. v. Loquebantur. ℣ In exitu Israel.

*Orat.* Deus, qui sacramento festivitatis hodiernae universam ecclesiam tuam in omni gente et natione sanctificas;·

3. *Psalmell.:* M. add. « *Seq. Lectio Actuum Apostolorum: Subdiaconi* Dum complerentur dies pentecostes. *Et dum haec lectio legitur*, etc (ut in Beroldo, ed., p. 121, in nota). — 4. meis: *bid in* R *ex oscitantia amanuensis.* — 7. me: me, doceam legem tuam. T. — M. *suis locis add.* « *Epist. ad Cor.* I: *diaconi.* De spiritalibus nolo vos ignorare. ℣ *in all.; diaconi.* Spiritus Domini, etc. (*Evang.*) *Sec. Iohannem: Archidiaconi,* Si diligitis me, mandata. » — 8. [quod]: *suppl. ex all. codd.* — vocis: *corr. ex* vobis. — 11. vobis dies: dies vobis. U. — 14. adveniet: adveniens. U. — 19. M. add.: « *Finita missa, presbyteri et diaconi cardinales et subdiaconus ebdomadarius cum primicerio lectorum et magistris scholarum cum duobus lectoribus ebdomadariis, et cicendelarius et hostiarius septimanarii cum illo qui portat textum Evangeliorum, omnes isti honorifice debent prandere cum archiepiscopo.* »

(1) Psalmi de comm. Domin.

in totam mundi latitudinem Spiritus tui dona multiplica: ut quod inter ipsa evangelicae praedicationis exordia, operata est divina dignatio, nunc quoque per credentium corda diffundat. Per eundem. in unitate.

*In Magnif.* Spiritus sanctus docebit vos.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, deduc nos ad societatem caelestium gaudiorum: ut Spiritu sancto renatos regnum tuum facias introire; atque eo perveniat humilitas gregis, quo praecessit celsitudo pastoris. Per Dominum. una cum eodem.

*De eccl. in bapt.* Pacem meam do vobis, all.; pacem meam relinquo vobis, all.

*Orat.* Exaudi, Domine, preces nostras: et sicut profanas mundi caligines sancti Spiritus luce evacuasti, sic hostes nostros et inimicos catholicae professionis expugna. Per Christum.

*De bapt. in al.* Ihesus praecepit eis dicens; ab Ierosolimis ne discederent; sed expectarent promissionem Patris, all.

*Orat.* Illo nos igne, quaesumus, Domine, Spiritus sanctus inflammet, quo Dominus Ihesus Christus terram voluit vehementer accendi. Qui tecum [et] eodem Spiritu sancto vivit et regnat.

## SABBATO POST PENTECOSTEN.

* Ad vesp. *Ant. in choro.* All. Ecce haereditas Domini f. 185.
filii; merces, fructus ventris, all. ℟ All. ℣ Omnis terra.

*In Magnif.* Spiritus sanctus docebit. *De eccl. in bapt.* Ecce haereditas Domini. All. all. *De bapt. in al.* Dominus regit me, et nihil mihi deerit, all.: impinguasti in oleo caput meum. All. all. *post Kyr.* Gloria in excelsis Deo. ℣ Sicut erat in principio. (1)

1. tui: tui sancti. T. — 3. per credentium: *corr. ex* precedentium. — 5. vos: vos, all. T. U.; vos, all., quae oporteat dicere, all. M. — 14. sancti Spiritus: Spiritus sancti. M. — 20. quo.... terram: quem Dominus noster Ihesus Christus misit in terram et. V. W. M. — Dominus: Dominus noster. U. — 21. [et] eodem: et cum. T. — 28. all.: all. all. M.

(1) Cfr. supra in Sabb. in albis.

## DIE XII. MENSE MARTII. GREGORII PAPAE.

*Orat. ad Vesperas.* Concede, quaesumus, Domine, fidelibus tuis digne sancti Gregorii pontificis tui celebrare mysteria: ut eius quae fideliter exequuntur, et hic experiantur auxilia, et aeternis affectibus apprehendant. Per.

*Alia.* Infirmitatem nostram respice, omnipotens Deus: ut quia nos pondus propriae actionis gravat, beati Gregorii pontificis tui intercessio nos gloriosa protegat. Per

*Alia omnia di communi.*

## DIE XXI. MENSE MARTII. SANCTI BENEDICTI.

Ad vesperas. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Hymn.* Ihesu corona celsior. ℟ Sapientia. ℣ Iustus autem. *Ant.* Laboravit. ℣ (1) Audite haec.

*Orat.* Aures tuas, quaesumus, Domine, precibus nostris inclina: ut qui peccatorum nostrorum flagellis percutimur, intercedente confessore tuo Benedicto, tua gratia liberemur. Per.

*Ant.* In memoria aeterna. ℣ (2) Beatus vir qui timet.

*Orat.* Deus, qui nos beati Benedicti confessoris tui annua sollemnitate laetificas, concede propitius: ut cuius natalitia colimus, per eius apud te exempla gradiamur. Per.

*In Magnif.* Euge, serve.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui glorioso in beati abbatis exemplo humilitatis, triumphale nobis ostendisti iter, da, quaesumus: ut viam tibi placitae obedientiae, per quam
f. 185′. venerabilis pater inlesus ante-✠ cedebat, nos praeclaris eius meritis adiuti sine errore subsequamur. Per.

*Psallenda.* Os iusti meditabitur.

1. M. ponit ante Septuag. propria festor. S. Gregorii, S. Benedicti, et Annunciat. — 5. apprehendant: comprehendant. T. — 8. tui: *om.* U. — 10. S. BENEDICTI: *Depositio S. Ben.* T. *In nat. S. Bened. Abb.* M. — 11. Ad vesp., etc.: M. *om. Luc. et rell., exceptis orat.* — 16. confessore: beato conf. U. M.; sancto conf. W. — 19. confessoris: Abbatis et Conf. V. W. M. — 20. solemnitate: annua festivitate. V. M. — 23. beati: beati Benedicti. T. U. V. W. M. — 24. ostendisti: contulisti. T. — 26. venerabilis: ille ven. T. V. W. M. — 27. adiuti: *corr. ex* aditu. —

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 111.

## DIE VIII KALENDAS APRILIS.
## ANNUNCIATIO SANCTAE MARIAE.

*Orat. ad Vesperas.* Omnipotens sempiterne Deus, qui coaeternum tibi Filium hodie pro mundi salute, secundum carnem Spiritu sancto concipiendum, angelico mysterio beatae Mariae semper Virginis declarasti, adesto propitius populo tuo : ut ad eius nativitatem, pace concessa, liberioribus animis occurramus. Per Dominum.

*Alia oratio.* Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui per beatae Mariae sacri uteri divinae gratiae obumbrationem universum mundum illuminare dignatus es, maiestatem tuam suppliciter exoramus : ut quod nostris meritis non valemus obtinere, eius adipisci praesidiis mereamur. Per.

*Alia oratio.* Protege, Domine, famulos tuos subsidiis pacis : et beatae Mariae patrociniis confidentes, a cunctis hostibus redde securos. Per.

*Alia.* Beatae et gloriosae semperque virginis Dei Genitricis Mariae, quaesumus, omnipotens Deus, intercessio nos gloriosa protegat : et ad vitam perducat aeternam. Per.

*Orat.* Beatae et gloriosae semperque virginis Dei Genitricis Mariae nos, quaesumus, Domine, merita prosequantur : et tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per.

*Alia oratio.* ‡ Porrige nobis, Deus, dexteram tuam : et f. 186.
per intercessionem beatae et gloriosae semperque virginis Dei Genitricis Mariae, auxilium nobis supernae virtutis impende. Per Christum.

4. mundi salute : sal. mundi. M. — 5. mysterio : mystisterio (sic) T.; ministerio. U. V. W. M. — 6. Virginis : Virgini. T. U. W. — 10-11. qui per.... obumbrationem : qui.... obumbratione. U. W. V. — 14. M. *add. seq. rubr.: « Iste orationes quae secuntur, require in festo sce marie in dominica ante natalem Dni, ad vesp. sive vigil.* *Orat.* Omnip. semp. Deus famulos tuos. *Alia.* Concede nobis famulis tuis. *Al.* Protege Dne famulos tuos subsidiis suis. » *et add. al. tres orat. per extensum, ut supra.* — 19. nos gloriosa : gloriosa nos. W. M. — 22. quaesumus, Domine : Dne, quaes. U. V. W. M.

## DIE XXIIII. MENSE APRILI. SANCTI GEORGII.

AD VESPERAS. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus.

*Hymn.* Gesta sanctorum martyrum: meminisse iocundum est: et in eorum laudibus: Deo canere gloriam.

Georgius Christi miles: hortus est Capadotiae: qui vana mundi respuit: mercatus est caelestia.

Pecuniam quam detulerat: propter honorem fragilem: fide repletus Domini: stipem dedit pauperibus.

Tunc compulsus a principe: saxis vota persolvere: quos ille per fidem Christi: profundum mersit abyssi.

Ira accensus tyrannus: poenam invexit martyri: flagella saeva, carceres: seras sive sartagines.

Quos ille non contremuit: confortatus a Domino: sed magis in populo: fructus divinos intulit.

Reginam Alexandriam: vocavit ad martyrium: contempsit mundi thesauros: Dei coronam meruit.

Bis ternis annis et uno: triumphat mundi principem: cervice caesa gladio: migravit ad caelestia.

Gloria tibi, Domine.

℟ *cum infant.* Sanctus Georgius dixit tenentibus se: Sustinete me modicum, fratres, donec deprecer Dominum dare nomini meo et corpori meo gratiam. ℣ Quicumque commemorationem meam fecerit, ne sis memor delictorum eius: dare. *Ant.* Sanctus Georgius precabatur Dominum dare nomini suo et corpori gratiam. ℣ (1) Domine in virtute.

*Oratio.* Fac nos, quaesumus, Domine, beati martyris tui
f. 186′. Georgii ☨ sollemnitatem multipliciter celebrare: ut de tanto agonis certamine discat populus christianus, et firmam solidare patientiam, et pie exultare de eius victoria. Per.

*Ant.* II. Georgi, martyr Christi, deprecare pro nobis Do-

7. respuit: respuens. U. V. W *1 ma.* — 8. detulerat: tulerat. U. V. M. — 11. profundum: *al. ma. ras.* û *et corr.* *o:* profundo W *2 ma.* — 13. seras: serras. U. W. V. — 15. populo: populos. U. — 18. triumphat mundi: mundi triumphat. V. M. — 25. dare 1.°: M. add.: *Melodie de Fulget* I *et* II.

(1) Psalm. 20.

minum, all. ℣ [1] Exaudi, Deus, vocem meam cum deprecor.

*Oratio.* Tuus sanctus martyr Georgius, quaesumus, Domine, nos ubique laetificet: ut dum eius merita in praesenti festivitate recolimus, patrocinia in augmentum virtutum sentiamus. Per.

*In Magnif.* Sancte Georgi, martyr, Christi fiduciam habens intercede pro nobis. *Al. orat. require in natali un. mart.*

*Psallenda.* Lex Dei eius in corde ipsius. All. all.

Ad vigilias. ℟ i. Ante te, Domine. ℣ Eripe me, Domine. *Ant.* Sanctus Georgius precabatur. ℣ [2] Dilexi qui audiet. ℟ ii. Coronavit te Dominus. ℣ Certamen bonum. *Ant.* ii. Georgi, martyr. ℣ [3] Credidi propter. ℟ iii. Coronam gloriae. ℣ Induit sanctum. *Ant.* iii. Sancte Georgi. ℣ [4] Beatus vir qui timet.

*Psallentium.* Anima mea. ℟ iiii. Posuisti, Domine. ℣ Vitam petiit te.

*Psall.* Posuit coronam. ℟ v. Gloria et honore. ℣ Domine, Dominus noster. *Psall.* Laetabitur iustus in Domino, all.: sperabit. *Post Kyr. cum Gloria.* Custodivit anima.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. ℟ *ad lect.* Coronavit te. ℣ Certamen bonum. ℟ ii. Gloria et honore. ℣ Domine, Dominus noster.

*In Bened.* Sancte Georgi. *In Benedicite.* Georgi, martyr. *Orat. require retro:* Tuus sanctus Georgius. *In Laudate.* Sanctus Georgius. *Capit.* Posuisti, Domine. *Psalm. dir.* Beatus vir qui timet. *Hymn.* Gesta sanctorum martyrum. *Psall.* Custodivit anima.

Mane. *Psallentium. Ant.* i. Anima mea. ii. Posuit Dominus. iii. Vitam petiit te. iiii. Magna gloria. v. Posuit coronam. vi. Super iram inimicorum. vii. Dedisti eum Domine. viii. Desiderium animae. viiii. Laetabitur iustus in Domino, all., sperabit in eo, all., et laudabuntur omnes recti corde. All. all. x. Sanctus Georgius precabatur. xi.

4-5. in praesenti festivitate: *om.* U. — patrocinia: 2 *ma. super lin. add.* eius. — 8. habens: habes. U. V. M. — 9. Lex, etc.: Laetabitur iustus in Dno, all., speravit in eo, all., et laudabuntur omnes recti corde, all, all. M. — 21. Coronavit.... bonum: Posuisti Dne. ℣ Vitam petiit te. M. — 29. mea; M. *add.:* « ℣ (*Cant.*) Et exultavit spiritus meus.

(1) Psalm. 63. (2) Psalm. 114. (3) Psalm. 115. (4) Psalm. 111.

Georgi, martyr. XII. Sancte Georgi. *Post Kyr. cum Gloria.* Custodivit anima.

[AD MISSAM]. *Ingres.* Iustus non conturbabitur. *Psalmel.* Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. ℣ *in All.* Sanctus
f. 187. Georgius ✠ dixit. *Post Evang.* Iustus velut palma. *Off.* Desiderium animae. *Confr.* In salutari tuo. *Transit.* Magna est gloria.

## IN SANCTI MARCI EVANGELISTAE.

*Oratio ad Vesperas.* Deus, qui hunc diem beati Marci evangelistae et martyris tui, gloriosae passionis famoso exigente tropheo, sanguinis roseo consecrasti cruore perfusum; praesta: ut ipse apud te pro nobis existat praecipuus suffragator, qui Unigeniti tui fieri meruit evangelicus praedicator. Per.

*Alia oratio.* Deus, qui nos annua beati Marci evangelistae et martyris tui celebritate laetificas, pietatis tuae largitate concede: ut cuius honoris debitum victoriae triumphum pio amore veneramur in terris, societatis eius laetitiam adipisci te praebente mereamur in caelis. Per.

4. M. *suis locis add.:* « *Epist. ad cor. II.* Nolumus vos ignorare.... (*Evang.*) *sec. Math.* Qui vult venire post me. » — 6. In salutari tuo: Qui vult venire. M. — 8. M. praeter orat. ut *R*, add.: « *Ad Vesp. Luc.* Exortum est.... *Ant. in ch.* Laetabitur iustus. ℟ Posuit coronam.... *Ant.* Posuisti Dne. ℣ (*ps.*) Dne in virtute. *Or.* Deus qui hunc die.... *Ant.* Laetabitur iustus. ℣ (*ps.*) Exaudi, Deus, vocem. *Or.* Deus qui nos.... *In magnif.* Fecit mihi magna. *psall.* Bene evangelizavi (sic). *Ad Vigil. et ad Matut. et ad Missam require de uno Martyre. In festivitate sci Marci Archiepiscopus cum omni clero suo, finito evangelio maioris missae, in eccla sci Naboris, ante ipsum altare, Archieps.* (sic) *incipit processionem, usque ad scum Victorem qui dicitur ad Corpus. Ant.* I. Dne Deus virtutum. II. Peccavimus ante Deus. III. Misereris omnium. IIII. Qui fecisti magnalia. V. Circumdederunt nos mala. VI. Si fecissemus praecepta. VII. Iniquitates nostras. VIII. Vide Dne afflixionem. VIIII. Liberator noster. *Seq. letania in eccla sci Victoris, deinde seq. haec oratio.* Omnip. semp. Deus cui sine. ℟ Te deprecamur Dne. ℣ Dne exaudi. *Ant. ab eccla sci Victoris in ecclam. sci Gregorii.* Media vita. II. Dne inclina aurem. III. Exurge libera Deus. IIII. Cor nostrum conturbatum est. V. Dne Deus miserere. *Seq. letania; orat. req. in nat. sci Gregorii:* Infirmitatem nostram. ℟ Rogamus te Dne. ℣ Vita nostra in dolore. *Seq.* Agnus Dei. » — 10-11. exigente: existente. W. — 12. praesta: praesta quaesumus, W. V. M. — 13. evangelicus: evangelii M. — 16. celebritate: gloriosa passionis solemnitate. W. M. — pietatis: solita pietatis. V. W. M. — 17. concede: concede benignus. V. W. M. — debitum: famosum. V. W. M. — 18. pio amore: *om.* M. — 19. praebente: largiente. V. W. M.

## DIE XXVIII APRILIS. SS. VITALIS ET VALERIAE.

Ad vesp. *Oratio.* Sanctorum nos, quaesumus, Domine, Vitalis et Valeriae natalitia votiva laetificet: et suae beneficiis intercessionis attollat. Per.

*Al. or.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut ad meliorem vitam, sanctorum Vitalis et Valeriae exempla nos provocent; quo eorum quibus festa celebramus solemnis (?) actu et sensibus haereamus. Per. *Alia omn. de plur. sanctor.*

## KAL. MAII. SS. APOSTOL. PHILIPPI ET IACOBI.

Ad vesp. *Luc.* Timete Dominum. ℣ Benedicam. *Ant. in choro.* Iusti epulentur. ℟ *cum infant.* Isti sunt viri sancti. ℣ Ecce quam bonum. *Ant.* Subiecit populos. ℣ [1] Omnes gentes.

*Oratio.* Deus, qui conspicis, quia nos undique mala nostra conturbant, praesta, quaesumus: ut beatorum apostolorum Philippi et Iacobi intercessio nos protegat. Per.

*Ant.* II. ⁑ Nimis honorandi. ℣ [2] Domine, probasti me. f. 187r.

*Orat.* Intercessionibus nos, quaesumus, Domine, sanctorum Philippi et Iacobi ubique confoveas: ut eorum sacra natalitia et temporaliter frequentemus, et conspiciamus aeterna. Per.

*In Magnif.* Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me: Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum. All.

*Oratio.* Beatorum apostolorum Philippi et Iacobi honore continuo, Domine, plebs tua semper exultet: ut his praesulibus gubernetur, quorum et doctrinis gaudet et meritis. Per.

*Psall.* Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum, quia ego in Patre, et Pater in me est. All.

Ad vigilias. ℟ I. Isti sunt sancti martyres. ℣ Sancti omnes per fidem. *Ant.* Subiecit. ℣ [3] Omnes gentes.

3. laetificet: *2 ma corr.* laetificent: laetificent. U. — 4. attollat: attollant. U. V. M. — 6. sanctorum: sanctorum tuorum. M. — 7. quo.... Per: quatenus quorum sollemnia agimus, etiam actus imitemur. Per. U. V. W. M. — 9. SS., etc.: In natali SS. M. — 11-12. Isti.... bonum: Verumtamen iusti. ℣ Eripe me Dne. M. — 15-16. apostolorum: apost. tuorum. U. V. W. M. — intercessio: interc. gloriosa. U. V. W. M. — 18. quaesumus Domine: Dne quaes. U. V. W. M.

(1) Psalm. 46. (2) Psalm. 138. (3) Psalm. 46.

℟ II. Isti sunt triumphatores. ℣ Isti sunt qui laverunt. *Ant.* Nimis honorandi. ℣ (4) Domine, probasti me. ℟ III. Coronam gloriae dedit. ℣ Induit sanctos suos. *Ant.* In hoc cognoscent. ℣ (5) Beati omnes qui timent.

*Psallentium.* In omnem terram exivit. ℟ IIII. Sancti tui, Domine. ℣ Gloriam regni. *Psall.* Missus sum apostolus. ℟ V. Gloria et honore. ℣ Domine, Dominus. *Psall.* Iam nondicam vos. *Al.* Tanto tempore. *Post Kyr. cum Gloria.* Philippe, qui videt.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Iustorum animae. ℣ Etsi coram hominibus. *Ad lect.* ℟. Coronam gloriae. ℣ Induit sanctos suos Dominus. ℟ II. Gloria et honore. ℣ Domine, Dominus noster. *In Bened.* Tanto tempore. *In Benedicite.* Subiecit populos. *In Laud.* In hoc cognoscent. *Psall.* Philippe, qui videt me.

MANE. *Psallentium.* *Ant.* I. In omnem terram. ℣ (6) Caeli enarrant. II. Missus sum apostolus. III. Protexit me. IIII. A finibus terrae. V. Te laudant montes. VI. Per os apostoli. *Foris muros post Kyr.* Ecce mitto vos sicut oves. VIII. Bene annuntiavi. VIIII. Subiecit. X. Nimis honorandi. XI. Iam non dicam vos. XII. Amen dico vobis. XIII. Vos
f. 188. qui secuti estis me. XIIII. In hoc cognoscent. XV. ✠ Tanto tempore. *Post Kyr. cum Gloria.* Philippe, qui videt me.

AD MISSAM. *Ingr.* Tanto tempore. *Psalmell.* Gloria et honore. ℣ Domine, Dominus noster. ℣ *in All.* Nimis honorandi. *Post Evang.* Subiecit populos. *Offert.* Gloriabuntur in te. *Confr.* Ego vos elegi. *Trans.* Isti sunt qui propter sacrum martyrium.

## V. NONAS MAII. INVENTIO SANCTAE CRUCIS.

[AD VESPERAS]. ℟. Agnus Dei Christus immolatus est pro salute mundi: nam de parente protoplasto fraude facta

4. Beati, etc.: (*ps. 18*) Caeli enarrant. M. — 6. ℟ V. Gloria, etc.: *om.* M. — 24. tempore: M. add.: «*al.* Stabunt iusti.» — 25. M. *suis loc. add.:* «*Epist. ad Cor.* I. Puto quod nos Deus. *Evang. sec. Lucam.* Non turbetur cor vestrum.» — 28. M. add.: «*al.* Isti sunt qui propter sacrum.» — 30. [AD VESP.]: M. add. «*Luc.* Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te eripiar. *Ant. in choro.* Ad vesperum demoretur. *Hymnus.* Hic est dies verus Dei. ℟ *in choro.* Agnus, etc.» — 31. parente protoplasto: parentis protoplasti. M.

(4) Psalm. 138. (5) Psalm. 127. (6) Psalm. 18.

condolens, quando pomi noxialis mortis morsu corruit: ipse lignum tunc notavit, damna ligni ut solveret. ℣. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: ipse lignum.

*Orat.* Deus, qui in praeclara salutiferae Crucis inventione passionis tuae miracula suscitasti, concede: ut vitalis ligni praetio, aeternae vitae suffragia consequamur. Per.

*In Magnif.* Orabat Iudas: Deus, Deus meus, ostende mihi lignum sanctae Crucis, alleluia.

*Orat.* Adesto familiae tuae, clementissime Deus: ut in adversis et prosperis preces eius exaudias, et nefarias adversariorum insidias per vexillum sanctae Crucis digneris conterere; ut perennis gaudii salutem possit te protegente mereri. Per.

*Psallenda.* O Crux benedicta, quae sola fuisti digna portare Regem caelorum et Dominum, alleluia.

[Ad missam]. *Ingr.* O Crux illa magna fallens gaudia tartarorum, et resolvens vincula peccatorum: gaudeant omnes gentes, quia rex noster infernum vicit, alleluia, alleluia. *Offer.* Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Ihesu Christi, in quo est salus, vita et resurrectio nostra: per quem salvati et liberati sumus, alleluia, alleluia. *Confr.* Laudamus te, Christe, et hymnum dicimus tibi; quia per Crucem redemisti mundum ✠. *Transit.* Sicut misertus es, f. 188v.
Deus, latronis in cruce, memento mei, Domine, in regno tuo.

4. M. add.: « *Ant.* Laudamus te Christe. ℣ (*Psalm. 66*) Deus misereatur. » — 8-16. *In* M. *al. ordo, et multa add.:* « *Ant.* Adoramus crucem tuam. ℣ (*Ps. 118*) Adhaesit pavimento. *Orat.* Adesto, (*ut in* R). *In Magnif.* Orabat, etc. *Orat.* Adesto nobis, Dne Deus noster: et quos sanctae crucis laetari fecisti honore, eius quoque perpetuis defende subsidiis. P. *Psall.* O Crux, etc. *Orat. require in Exaltatione sce Crucis:* Deus qui unigeniti tui. Ad matut. ℟ *post hymn.* All. ℣ Afferte Domino. ℟ *inter lect.* All. ℣ Cantabo tibi Dne. ℟ Agnus Dei Christus. ℣ Christus factus est. *In Benedictus.* Orabat Iudas. *In Benedicite.* Adoramus Crucem. *In Laudate.* Laudamus te Christe. *Cap.* Venite exultemus. *Psall.* O Crux benedicta. *Compl. require in ferialibus. Ingressa.* O Crux illa, etc. » — 16. all.: *in* M. *bis.* — 19. M. add.: « (*Epist.*) *ad Philippen.* Hoc sentite in vobis. ℣ *in All.* Iubilate Deo. (*Evang.*) *sec. Lucam.* Factum est cum haec verba diceret dnus Ihesus. *Post Evang.* O Crux benedicta quae sola. » — 25. M. *add. rubr. ut in Beroldo*, ed. Magistretti, p. 123, l. 14-23.

## DIE VIII MENSE MAII.
## TRANSLATIO SANCTI VICTORIS AD ULMUM.

Ad vesper. *Ant. in choro.* Viam veritatis elegi; iudicia tua, Domine, non sum oblitus, alleluia.

*Hymnus.* Victor, Nabor, Felix, pii: Mediolani martyres: solo hospites mauri genus: terrisque nostris advenae.

Torrens arena quos dedit: anhela solis aestibus: extrema terrae, finium: exulque nostri nominis.

Suscepit hospites Padus: mercede magna sanguinis: sancto replevit Spiritu: almae fides Ecclesiae.

Et se coronavit trium: cruore sacro martyrum: castrisque raptos impiis: Christo sacravit milites.

Profecit ad fidem labor: armisque docti bellicis: pro rege vitam ponere: decere pro Christo pati.

Non tela quaerunt ferrea: non arma Christi milites: munitus armis ambulat: veram fidem qui possidet.

Scutum vero sua est fides: et mors triumphus, quem invidens: nobis tyrannus ad oppidum: laudense misit martyres.

Sed reddiderunt hostias: rapti quadrigis corpora: revecti in ora principum: plaustri triumphalis modo.

Gloria tibi, Domine.

℟ *cum fant.* Gratias ago tibi, Domine: quia non me segregasti a sanctis tuis Nabore et Felice. ℣. Benedico te, Pater Domini Ihesu Christi, per omnia saecula saeculorum: quia non me. *Ant.* I. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua, Domine, alleluia, alleluia. ℣ (1) Retribue servo.

*Orat.* Deus, qui beatum Victorem martyrem tuum virtute constantiae in passione roborasti, tribue: pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla eius adversa formidare. Per.

f. 189. *Ant.* II. Principes persecuti sunt me gratis: et * a verbis

2. AD ULMUM: *om.* M. — 3. M. add.: « *Luc.* Exortum est in tenebris. ℣ Beatus vir qui timet. » — 20. rapti: raptis. T. U. V. W. — 26. me: *in marg. 1 m. add.* Medoliae de Praeveniamus I et II. — 30. in passione roborasti: *suppl. al. ma. in marg.* — tribue: ex eius nobis imitatione tribue. Q. T. U. V. M.

(1) Ex psalm. 118.

tuis, Domine, formidavit cor meum, alleluia, alleluia. ℣ (2) Laetabor ego.

*Orat.* Deus, cuius virtute beatissimus Victor carcerum squalores horrificos, et dira tyranni superavit tormenta, praesta, quaesumus: eiusdem intervenientibus meritis, universas nos inimici insidias superare. Per.

*In Magnif.* Sub clamide terreni imperii Christi miles latere non potuit, alleluia, alleluia.

*Orat.* Fortitudo fidelium Deus, et martyrum coronator, cuius gratia beatus Victor in diversis cruciatibus sui nominis extitit auctor, concede propitius: ipsius orationum sufragiis, omnium malignarum tentationum nos esse victores. Per.

*Psallenda.* Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum, Domine, alleluia.

(*Orat.*) Deus, qui laticum instar gelidorum plumbi ardorem mutasti, ne gloriosi martyris tui Victoris corpus exureret, tribue, quaesumus: ut ipso pro nobis interveniente, a praesentibus liberemur periculis et futuris. Per.

Ad vigilias. ℟. i. Sederunt principes, et adversum me loquebantur; servus autem tuus exercebatur, alleluia. ℣. Nam et testimonia tua meditatio mea est, et consolatio mea iustitiae tuae, alleluia. *Ant.* Incola ego sum. ℣ (1) Retribue. ℟. ii. Iniqui persecuti sunt me gratis: libera me, Domine, alleluia. ℣. Feci iudicium et iustitiam; non tradas me, Domine, nocentibus me: libera. *Ant.* Principes persecuti. ℣ (2) Laetabor. ℟. iii. Amavit eum. ℣. Induit eum Dominus. *Ant.* Victor maurus martyr, miles Christi, tantam a Deo gratiam accepit, ut plumbi incendium illaesus evaderet. ℣ (3) Beatus vir qui timet. *Psallent.* Viam veritatis elegi, alleluia. [ii.] Sub clamide ✠ ℟. Posuisti Domine. ℣. Vitam f. 189'.

5. quaesumus: *om.* Q. — 13. *Psallenda: Psallentium ab ecclesia sci Victoris ad ulmum usque ad S. Victorem ad Corpus,* Viam mandatorum, *etc. cantando hunc psalmum:* Beati immaculati. M. — 14. Domine: *om.* U. — 15. laticum: ad laticum. W. — 18. M. add.: « *Et finito Vespere, Abbas sci Victoris dat vinum et fruges omnibus ordinibus.* » — 22. Retribue: M. *post hunc psalm. ponit or.* Praesta; v. infra.

(2) Ex psalm. 118. (1) (2) Ex psalm. 118. (3) Psalm. 111.

petiit te. *Psallent.* Sanctus Victor dixit. *Post Kyr.* Non tradas bestiis. ℟. Gloria et honore. ℣. Domine Dominus noster. *Psallent.* Etenim sederunt principes. II. Angelis suis. *Post Kyr cum Gloria.* Lux tua et veritas.

*Orat.* Praesta, quaesumus, Domine: ut intercedente beato Victore martyre tuo, et a cunctis adversitatibus muniamur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.

AD MATUT. ℟. *post hymn.* Iniqui persesuti. ℣. Feci iudicium. *Ad lect.* ℟. Sederunt principes. ℣. Nam et testimonia. ℟ II. Amavit eum. ℣. Induit eum. *In Benedictus.* Victor maurus. *In Cantemus.* Gloriosus. *In Benedicite.* Principes persecuti. *Orat. require retro.* Praesta, quaesumus, Domine, intercedente. *In Laudate.* Sub clamide. *Capit.* Posuisti. *Psalm. direct.* Beatus vir qui timet. *Hymn.* Victor, Nabor. *Psall.* Sanctus Victor dixit. *Alia.* Non tradas.

MANE *Psallent. Ant.* I. Viam veritatis elegi, alleluia: iudicia tua, Domine, non sum oblitus, alleluia, alleluia. II. Anima mea. III. Posuit Dominus animam. IIII. Vitam petiit te. V. Magna gloria eius. VI. Scitote quoniam mirificavit. VII. Domine, ut scuto. VIII. Posuit coronam. VIIII. Posuisti, Domine. *Foris muros post Kyr.* [X]. Ecce mitto vos sicut. XI. Dedisti eum Domine. XII. Desiderium animae. XIII. Laetabitur iustus in Domino all. XIIII. Incola ego sum. *Psallentium ad sanctum Victorem ad Ulmum.* Viam mandatorum tuorum. II. Victor maurus. III. Super iram inimicorum. IIII. Sanctus Victor dixit: Gratias tibi, Domine Ihesu, cuius annona cotidie nutrior; rex meus et Deus meus, adiuva me in poenis istis positum; credo in te, quia potens es liberare me, et salvum facere ab his qui affligunt me. V. Qui vult post me. VI. Etenim sederunt principes, et ad-

13. *Orat.:* om. M. — 17. *Psallent.: Psallent. de ecclesia aestiva ad S. Victorem ad caelum aureum. i. ad S. Satyrum.* M. — 24. XIIII: *post Kyr. cum Gloria.* M. — 25. *Psallentium....* Viam: M. add. hanc rubr.: « Hic presbyter observator debet cantare Missam usque ad Epistolam *Assecutus es*, et statim cum processio venerit in chorum, puer magistri (*scholarum*) incipit *All. de Posuisti*, et observator diaconus dicit Evangelium praecedente eum observatore subdiacono cum cereo et incenso. Finito Evangelio, diaconus ebdomadarius incipit hanc (*sic*) *ps. Viam mandatorum.* » *In marg. al. ma. legitur:* «Eundo ad scum Victorem qui dicitur ad corpus. »

versum me loquebantur; et iniqui persecuti sunt me: adiuva me, Domine Deus meus; quia servus tuus exercebatur, all. all. VII. Principes ⁑ persecuti sunt. VIII. Loquebar de f. 190.
testimoniis. VIIII. Sub clamide. X. Iniqui persecuti sunt me; adiuva me, Domine, all., all. XI. Non tradas bestiis animam meam, Domine, all. all. XII. In medio duorum animalium cognosceris, all. all. all. XIII. Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te: in manibus portabunt te, all. all. XIIII. Intravimus in tabernaculum Dei; adoravimus in loco ubi steterunt pedes eius, all. all. *Post Kyr cum Gloria.* Lux tua, et veritas tua, Domine, adduxerunt me in tabernaculo tuo, all.

[Ad missam]. *Ingr.* Iustus non conturbabitur. *Psalmel.* Posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso. ℣. Desiderium animae eius tribuisti ei, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. *in All.* Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me. *Post Evang.* Principes persecuti sunt me gratis, Domine; et a verbis tuis formidavit cor meum: exulto ego in verbo tuo, sicut qui invenit spolia multa, alleluia. *Offer.* Desiderium animae eius. *Confr.* Qui vult venire post me. *Transit.* Magna est gloria eius.

## DIE X MAII. TRANSLATIO SANCTI NAZARII.

Ad vesperas. *Lucer.* Exortum est. ℣. Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. ℟. Iste sanctus, qui pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram, all. ℣. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: fundatus.

*Ant.* Refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor, alleluia. ℣. (1) Ad te, Domine, clamabo.

*Orat.* Praeveniant nos, Domine, quaesumus, beatissimi martyris tui Nazarii desiderata commercia: ut cuius perpe-

5. all. all.: *semel.* Q. U. V. M. — 12. tabernaculo tuo: tabernacula tua. Q. T. U. M. — 16-17. M. suis locis add.: « *Epist. ad Corinth.* Sicut portavimus imaginem terreni.... (*Evang.*) *Sec. Matth.* Ecce ego mitto vos sicut oves. » — 25. iustus: M. *add.:* « *hymn.* Sacri triumphales. » — 30. confitebor: confitebor Domino. Q. — 32. nos, Domine, quaesumus: nos, quaes., Dne. Q. V. W.: Dne, nos quaes. U.

(1) Psalm. 27.

tuam dignitatem sacro ministerio frequentamus in terris, et praesentia nobis subsidia postulet et aeterna. Per.

190'. *Ant.* II. ✠ Bonum mihi lex oris tui, Domine, super millia auri, alleluia. ℣ (2) Bonitatem fecisti.

*Orat.* Fac nos, Domine, sancti martyris tui Nazarii, quaesumus, semper festa sectari: cuius suffragiis, protectionis tuae dona sentimus. Per.

*In Magnif.* Fecit mihi magna. *Psall.* Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, alleluia, alleluia, alleluia.

Ad vigilias. ℟. Ecce vir, qui propter. ℣. Beatus vir, qui non abiit. *Ant.* Refloruit caro. ℣ (3) Ad te, Domine, clamabo. ℟. II. Coronavit te. ℣. Certamen bonum. *Ant.* Bonum mihi lex. ℣ (4) Bonitatem fecisti. ℟ III. Iste sanctus. ℣ Beatus vir qui non. *Ant.* Gloria et honore. ℣ (5) Domine Dominus noster.

*Psallent.* Ad Deum meum clamavi. ℟. Gloria et honore. ℣. Domine Dominus. *Psallent.* Dicit Dominus: simile. *Post Kyr cum Gloria.* Apparuit thesaurus.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Iustus ut palma. ℣. Bonum est confiteri. *Ad lect.* ℟. Iste sanctus. ℣. Beatus vir. ℟. Gloria et honore. ℣. Domine Dominus noster. *In Benedictus.* Apparuit thesaurus. *In Benedicite.* Refloruit caro. *In Laudate.* Bonum mihi lex. *Capit.* Posuisti Domine. *Psalm. direct.* Beatus vir qui timet. *Psall.* Dicit Dominus simile.

Mane. *Psallent. Ant.* I. Anima mea. II. Posuit Dominus. III. Vitam petiit te. IIII. Magna gloria. V. Posuit coronam. VI. Laetabitur iustus in. VII. Posuisti Domine. VIII. Ad

2. postulet: postulent. Q. T. U. V. M., W. *ex corr.* — 5. Domine.... quaesumus: quaes.... Domine. T. U. V. W. M. — 7. sentimus: sentiamus. Q. — 8. *Psall.* Bonitatem, etc.: M. *add.* « *Finita orat. post Magnif., Diaconus incipit psallentium cum Primicerio lectorum, eundo usque ad S. Nazarium.* Bonitatem.... all. ℣ (*psalm. 118*) Beati immaculati. *Sic vespere finito, Archiepiscopus honorifice dat ibi vinum et fruges omnibus ordinibus.* » — 25-28. *Psallent. Ant.* I.... VIII. Ad Deum, etc.: M. *add. rubr. seq.* « Mane sonito signo, Archiepiscopus cum toto clero vadit ad S. Eufimiam: ibi Diaconus incipit psallentium, praecedente scola S. Ambrosii cum cruce argentea usque ad S. Celsum, et ostiarius ebdom. cum cruce aurea. (*Ant.* I.) Anima mea. ℣ (*reliqua cant. Magnif.*) Et

(2) Ex psalm. 118. (3) Psalm. 27. (4) Ex psalm. 118. (5) Psalm. 8.

Deum meum clamavi, et exaudivit me de monte sancto suo: et clamor meus in conspectu eius all. all. VIIII. Dicit Dominus: Simile aestimabitur regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo prae gaudio vendit bona sua, et emit illum, all. all. all. X. Deus qui praecinxisti me virtutem ad bellum, et posuisti immaculatam viam meam, all. XI. Exaudivit de templo sancto suo vocem meam, all.; et clamor meus in conspectu eius, all., introivit in aures eius, all. all. all. XII. Multiplicasti, Domine, iustitiam tuam super me; et de abyssis terrae iterum reduxisti me, all. all. XIII. Refloruit caro mea. XIIII. Bonum mihi lex. *Post Kyr cum Gloria.* Apparuit thesaurus.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Iustus non conturbabitur. *Psallmel.* Refloruit. ℣. Ad te Domine. ℣. *in All.* Venite, et audite. *Post Evang.* Dominus amat iudicium. *Off.* In virtute tua. *Confr.* In salutari tuo. *Trans.* Magna est gloria eius ✠. f. 191.

## DIE XIIII MENSIS MAII. TRANSLATIO SANCTI VICTORIS ET PASSIO SANCTORUM FELICIS ET FORTUNATI

AD VESPERAS. *Lucer.* Timete Dominum. ℣. Benedicam. *Ant. in choro.* Incola ego sum in terra; non abscondas a me mandata tua, alleluia. *Hym.* Victor, Nabor, Felix. ℟. Verumtamen iusti. ℣. Eripe me. ℟ *cum fantibus.* Isti

exultavit. II.... VII. Posuisti Domine. Presbyter observator prius debet incepisse Missam usque ad *All.*, quam puer magistri scholarum canit statim cum fuerit processio in choro, *de Posuisti;* et ibi dicitur evang. *Simile est regnum caelorum thesauro*, ab observatore diacono. Finito evangelio, clerici de Barzanore deferunt Archiepiscopo cereum unum pondere librae unius. Et cicendelarius ebdomadarius et observator porrigunt duo candelabra accensa, sumpta a cimiliarcha, subdiacono ebdomadario et observatori indutis albis. Post haec Archiepiscopus habens virgam in manibus, ad ulmum incipit hanc antiphonam excelsa voce: *Ad Deum meum,* etc. » *reliq. ut in* R.

1. monte: templo. Q. U. V. M. — 2. all.: M. *add.* « ℣ (*psalm. 17*). Diligam te. » — 4. vendit: vendidit. M. — 6. virtutem: virtute. Q. U. V. M. — 13. *Psalmell:* M. *ante psalm. ponit init. Lect.:* « Revertens beatus Ambrosius ab urbe aquilegensi. » — 14-15. M. *suis locis add.:* « (*Epist.*) *ad Cor.* 1. Deus qui dixit de tenebris. ℣ *in All.* Venite .... (*Evang.*) *sec. Iohan.* Stabat Ihesus et disciputi eius. » — 16. M. add.: « *Finita Missa, subdiaconi cereos quos habuerunt in processione, sibi debent habere.* » — 22. tua: *seq. ras.;* Q. *add.* Domine. — 23. ℟ *cum fantibus* Isti, etc.: *om.* M.

sunt viri sancti. ℣. Ecce quam bonum. *Ant.* In conspectu. ℣ (1) Confitebor, quia exaudisti.

*Orat.* Adesto, Domine, fidelibus tuis: nec ullis eos mentis aut corporis patiaris subiacere periculis, quos beatorum martyrum tuorum Victoris, Felicis, et Fortunati munit gloriosa confessio. Per.

*Ant.* Principes persecuti. ℣ (2) Laetabor ego.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, fortitudo certantium et palma martyrum, solemnitatem hodiernae diei propitius intuere; et Ecclesiam tuam continua fac celebritate laetari: et intercessionibus beatissimorum martyrum tuorum Victoris, Felicis et Fortunati, omnium in te credentium vota perfice. Per.

*In Magnif.* Victor maurus. *Psall.* Elongavi fugiens, et mansi in deserto; expectabam Deum, alleluia, alleluia.

Ad vigilias. ℟. Adduxit eum Dominus de longinquis finibus: stolam gloriae induit eum: et in campis silvae custodivit eum. ℣. Induit eum Dominus loricam iustitiae, et armavit illum armis fidei: et in campis. *Ant.* Vos estis amici. ℣ (3) Gaudete iusti. ℟. Isti sunt sancti martyres. ℣. Sancti omnes per fidem. *Ant.* Principes. ℣ (4) Laetabor. ℟. Amavit eum. ℣. Induit eum. *Ant.* Victor maurus. ℣ (5) Beatus vir. (*Psallent.*) *Ant.* Iustorum animae. ii. Clamaverunt. *Post Kyr cum Gloria.* Sancti tui Domine florebunt. ℟. Sancti tui Domine. ℣. Gloriam regni. *Psall.* Sanctus Victor dixit. *Post Kyr cum Gloria.* Lux tua et veritas.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Gaudete iusti. ℣. Confi-

4. patiaris: sinas. Q. U. W. M. — 9. hodiernae: hodierni. Q. V. W. M.: diei huius. U. — 10. laetari: gaudere. M. — 11. beatissimorum: beatorum. U. V. W. M. — 13. *Psall.* Elongavi, etc.: M. add. « *Psallent. usque ad scm. Naborem.* Elongavi etc. ℣ (*ps. 54*). Exaudi Deus orationem meam, et ne despexeris: *Statim post quam sunt extra ecclesiam, cicendelarius ebdomadarius tollit candelabra de manibus subdiaconorum, et extinguit cereos. In altera vero ecclesia ad regias dat eadem accensa; et eodem modo in translatione S. Nazarii in Vigiliis. Finito autem Vespere, presbyter sci Naboris dat vinum et fruges omnibus ordinibus honorifice.* ℟ Ad vigil., etc.» ut in *R.* — 16. stolam gloriae induit eum: nomen gloriae contulit ei. Q. U. V. M.

(1) Psalm. 137. (2) Ex psalm. 118. (3) Psalm. 32. (4) Ex psalm. 118. (5) Psalm. 111.

temini Domino. *Ad lect.* ℟. Adduxit eum Dominus. ℣. Induit eum. ℟. Gloria et honore. ℣. Domine, Dominus noster. ✝ *In Benedictus.* Victor maurus. *In Benedicite.* f. 191r. Sancti et humiles. *In Laudate.* Sub clamide. *Cap.* Posuisti. *Psalm. direct.* Beati omnes. *Hymn.* Victor, Nabor. *Psall.* Sanctus Victor dixit.

Mane. *Psallentium. Ant.* I. Invenimus eum in campis silvae; adoravimus in loco ubi steterunt pedes eius, all. all. II. Oculi Domini. III. Sanctis qui in terra sunt mirificavit. IIII. Sanctus Victor dixit. V. Etenim sederunt. VI. Non tradas bestiis. VII. Angelis suis. VIII. In medio duorum. VIIII. Intravimus in tabernaculum eius. *Post Kyr cum Gloria.* Lux tua et veritas.

[Ad missam]. *Ingressa.* Stabunt iusti. *Psalmell.* Iusti confitebuntur. ℣. Cognovit quoniam. ℣. *in All.* Iustorum animae. *Post Evang.* Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam: ecce elongavi fugiens, et mansi in deserto: expectabam Deum, qui me salvum faceret a pusillanimo, alleluia. *Offert.* Gloriabuntur in te. *Confr.* Ego vos elegi. *Trans.* Isti sunt qui propter sacrum.

## DIE XVI. TRANSLATIO SANCTI SYRI.

Ad vesperas. *Lucer.* Exortum est. ℣. Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. *Hym.* Ihesu corona celsior. ℟. Sapientia iustum. ℣. Iustus antem. *Ant.* Laboravit. ℣ (1) Audite haec.

*Orat.* Familia tua, quaesumus, Domine, copiosa protectionis tuae beneficia consequatur: ut quae sacris tibi liminibus devota consistit, beatissimi confessoris et antistitis tui Syri suffulta praesidiis, supernorum civium mereatur adunari consortiis. Per.

*Ant.* In memoria aeterna. ℣ (2) Beatus vir qui timet.

*Orat.* Maiestatem tuam, quaesumus, Domine, suppliciter imploramus: ut sicut nos gloriosi confessoris tui Syri con-

7. Mane: M. add. rubr. ut in *Beroldo,* ed. Magistretti, p. 125, l. 5. *Sonito signo,* etc., usque ad l. 12. — 15-16. M. *suis locis add.* « *Epist. ad Cor.* I. Vos estis Corpus Christi.... (*Evang.*) *Sec. Lucam.* Qui vos audit me audit. » — 17. ecce : et ecce. M. — 19. pusillanimo : pusillo animo. Q. — 33. imploramus : exoramus. Q. U.

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 111.

tinua commemoratione laetificas, ita nos semper deprecatione custodias. Per.

*In Magnif.* Euge serve. *Psall.* Os iusti.

## DIE XXV MENSIS MAII.
## DEPOSITIO SANCTI DIONISII.

Ad vigilias. *Ingr.* Vir iste custodivit. *Cant.* Levavi oculos. *Offert.* Veritas mea. *Confr.* Qui me confessus. *Trans.* Fidelis servus.

Ad vesperas. *Luc.* Lux orta est. ℣. Dominus regnavit.

f. 192. *Hymn.* ⁑ Regi polorum debitas: cuncti canamus gratias: opem aulae qui contulit: Mediolani conditae.

Quae pietatis munere: bonos alendo reficit: sancto munita Spiritu: fide coruscans fulgida.

Grex ille acceptus Deo: nutritus a pastoribus: vitae perennis pascua: ditis sumendo permanet.

Magno quem auxit dogmate: confessor Dionisius: fidem tenens catholicam: turbam pavit credentium.

Saeva eundem concio: arianorum imprimit: valvas tenentes delubri: quaerunt athletas capere.

At ille Christum obsecrans: vigil in aula extitit: divina cum orthodoxis: patrat libens officia.

Tunc palatini comites: vi rapuerunt praesules: Eusebium, Dionisium: cum iisdem et Luciferum.

Hos deprecemur sedule: Christi captos pro nomine: sacris ut horum meritis: Caeli fruamur gaudiis.

℟. Pastor bonus Dionisius. ℣. Beatus vir qui non abiit. ℟. Sapientia. ℣. Iustus autem. *Ant.* Laboravit iustus. ℣ (1) Audite haec.

*Orat.* Deus, qui nos in sancti tui Dionisii confessione gloriosa circumdas et protegis, da nobis: eius imitatione proficere, et oratione fulciri. Per.

1. nos : nos eius. U. V. W. M. — 6-7. M. suis loc. add.: « (*Epist.*) *ad Hebr.* Plures facti sunt..... (*Evang.*) *Sec. Math.* Vigilate quia nescitis qua hora. » — 9. M. add.: « *Ant. in choro.* Laetabitur iustus in Domino. » — 13. coruscans : coruscat. Q. W. — 19. athelas : *1 as.* s, *et suppl.* m *2 ma.;* athelam. V. W. — 20. obsecrans: obsecrat. Q. — 21. libens: libans. Q. U. V. W. M. — 26-27. ℟.... *Ant.:* ℟ *cum infant.* Pastor.... abiit. *Ant.* M. — 29. in : *om.* V. W. M.

(1) Psalm. 48.

*Ant.* In memoria aeterna. ℣ [1] Beatus vir qui timet. *Orat.* Sancti Dionisii confessio recensita conferat nobis piae devotionis augmentum: quia in nomine tuo perseverans meruit honorari. Per.

*Ant.* Euge serve. *Item orat. require de Conf. Psall.* Os iusti.

Ad vigilias. ℟. Homo iste. ℣. Euge serve. *Ant.* Pastor magne. ℣ [2] Dilexi quia audiet. ⁑ ℟. Lex veritatis. f. 192'. ℣ Manus enim. *Ant.* Summe sacerdos. ℣ [3] Credidi propter. ℟. Iste est verus sacerdos. ℣ Beatus vir qui non abiit. *Ant.* Confessor sancte. ℣ [4] Beatus vir qui timet. *Psallent.* Beatus homo. ℟. Beatus vir. ℣. In mandatis eius. *Psall.* Iocundus homo. ℟. Beatus homo. ℣. Et de lege tua. *Psallent.* Confessio eius super caelum. *Post Kyr. cum Gloria.* Beatus ille servus.

Ad matut. ℟ *post hym.* Beatus homo quem. ℣. Quoniam non repellet. *Ad lectiones.* ℟. Ecce homo sine. ℣. Beatus vir qui non. ℟. Beatus vir. ℣. In mandatis eius. *In Benedictus.* Confessor sancte. *In Benedicite.* Confessus es bonam. *In Laudate.* Confessio eius. *Capit.* Exultavit. *Psalm. direct.* Beatus vir qui timet. *Hymn.* Regi polorum debitas. *Psall.* Sacerdos et pontifex.

Mane. *Psallentium. Ant.* i. Beatus homo Domine. ℣ [5] Deus ultionum. ii. Iocundus homo. iii. In via peccatorum. iiii. Erit iustus. v. Beatus ille. vi. Benedicta confessio. vii. Confessio et pulchritudo. viii. Confessus bonam. viiii. Confessio eius super. x. Sacerdos et pontifex. xi. Qui audit verba. xii. Similabo eum. xiii. Pastor magne. xiiii. Summe sacerdos. xv. Ecce sacerdos. xvi. Domine quinque talenta. xvii. Confessor sancte. *Post Kyr. cum Gloria.* Euge serve bone.

[Ad missam]. *Ingr.* Vir iste custodivit. *Psalmell.* Memor sit Dominus omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat. ℣. Mittat tibi auxilium de Sancto, de Syon

2. Dionisii: Dionisii. Domine. U. V. W. M. — 3. quia: qui. M. — 6. ℟: ℟ *Subd.* M. — 7. ℟: ℟ *not.* M. — 9. ℟: ℟ *lect.* — 11. ℟. ℟ *not.* M. — 12. ℟: ℟ *lect.* M. — 17. ℟.... eius: *om.* M. *et 1 loco ponit* ℟ Homo iste. ℣ Euge serve: 2 *loco* ℟ Ecce homo. — 24. vi: *Foris muros.* M.

(1) Psalm. 111. (2) Psalm. 114. (3) Psalm. 115. (4) Psalm. 111. (5) Psalm. 93.

tueatur me. ℣ *in All.* Elegit te Dominus verum et magnum sacerdotem, et constituit te pastorem ad regendum populum suum. *Post Evang.* Confiteantur Domino. *Offer.* Veritas mea. *Confr.* Domine, quinque talenta. *Trans.* Fidelis servus.

DIE IIII KAL. IUNII.

SANCTOR. SISINNII, MARTYRII, ET ALEXANDRI.

Ad vesperas. *Lucer.* Signatum est. ℣. Dedisti laetitiam. *Ant. in ch.* Iusti epulentur. *Hymn.* Aeterna Christi munera. ℟ *cum fant.* Isti sunt viri sancti. ℣. Ecce quam bonum. *Ant.* In conspectu sanctorum. ℣ (1) Confitebor tibi, Domine.

*Orat.* Exaudi, Domine, populum tuum toto tibi corde subiectum : et intercessionibus beatissimorum martyrum tuorum Sisinnii, Martyrii et Alexandri, a praesentibus defende periculis, et futuris. Per.

*Ant.* Pretiosa in conspectu. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Maiestati tuae nos, quaesumus, Domine, martyrum
193. tuorum ⁑ Sisinnii, Martyrii et Alexandri intercessio beata conciliet: ut qui incessabiliter actibus nostris offendimus, iustorum precibus expiemur. Per.

*In Magnif.* Respexit Dominus. *Alia omnia de plurimorum sanctorum [Martyrum].*

1-3. M. suis locis add. : « (*Epist.*) *ad Romanos.* Si consummatio per sacerdotium.... (*Evang.*) *Sec. Math.* Omnis qui confitebitur me. » — 22. M. *add. seq.:* « *In natali scor. martyrum Quirini et Nicomedis.* Adesto, Dne, populo tuo : ut beator. martyrum tuor. Quirini et Nicomedis merita suscipien(te)s, ad impetrandam misericordiam tuam semper eorum patrociniis adiuvemur. Per. *Orat.* Praesta, q., o. D.: ut qui sanctor. martyr. t. Quirini et Nicomedis natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per. *Al. or.* Deus, qui nos annua beator. martyr. tuor. Quirini et Nicomedis sollemnitate laetificas, praesta, quaes.; ut quorum gaudemus meritis, provocemur exemplis. Per. *Al.* Praesta, quaes., o. D.; ut qui gloriosos martyres tuos Quirinum et Nicomedem fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te intercessione sentiamus. Per. — *In nat. sci Barnabae Apostoli. Oratio.* Deus, qui multitudinem gentium b. apost. t. Barnabae praedicatione docuisti, da nobis, quaes : ut cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per. *Al. or.* Deus, qui nos b. Barnabae apost. tui meritis et intercessione laetificas, concede propitius: ut qui eius beneficia poscimus, dona tuae gratiae consequamur. Per Dom. nostrum. »

(1) Psalm. 137. (2) Psalm. 115.

## DIE XV MENSIS IUNII. NATALIS SANCTI VITI.

Ad vesperas. *Luc.* Exortum est. ℣. Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur. *Hymn.* Aeterna Christi. ℟. Posuit coronam. ℣. Benedictus. *Ant.* Posuisti Domine. ℣ (1) Domine in virtute.

*Orat.* Da Ecclesiae tuae, Domine, quaesumus, sancto Vito intercedente, superbe non sapere; sed tibi placita humilitate proficere: ut proterva despiciens quaecumque matura sunt libera exerceat charitate. Per.

*Ant.* Laetabitur. ℣ (2) Exaudi Deus vocem.

*Orat.* Deus, qui nos in beati Viti martyris tui meritis et intercessione laetificas, concede propitius: ut qui eius beneficia poscimus, dona tuae gratiae consequamur. Per.

*In Magnif.* Fecit mihi magna. *Alia orat. de uno martyre. Psall.* O quam beatus Vitus in perpetuum, qui taliter promeruit a Domino accipere coronam indulgentiae, et triumphalem palmam martyrii.

## DIE XVIIII MENSIS IUNII.
## NATALIS SANCTORUM PROTASII ET GERVASII.

[In vigilia.] Ad missam. *Ingr.* Stabunt iusti. *Psalmel.* Gloria et honore. ℣. Domine Dominus. *Cantus.* Ecce quam bonum. *Offer.* Gloriabuntur. *Confr.* Ego vos elegi. *Trans.* Laudate Dominum.

Ad vesperas. *Lucer.* Signatum est. ℣. Dedisti.

*Hymn.* Grates tibi Iesu novas: novi repertor muneris: Protasio Gervasio: martyribus inventis cano.

Piae latebant hostiae: sed non latebat fons sacer: latere sanguis non potest: qui clamat ad Deum Patrem.

Caelo refulgens gratia: artus revelavit sacros: nequimus esse martyres: sed reperimus martyres.

Hic quis requirat testium: voces, ubi factum est fides: sanatus impos mentium: opus fatetur martyrum ✝. f. 193r.

Caecus recepto lumine: mortis sacrae meritum probat: Severus est nomen viro: usus minister publici.

11. in: *om.* Q. U. V. W. M. — 20. [In vigilia]: M. add. rubr. ut in *Beroldo,* ed. Magistretti, p. 25, ll. 28-36. — 21. *Psalmell.... Dominus: recte om.* M. — 24. M. add.: « *Ant. in ch.* Iusti epulentur. »

(1) Psalm. 20. (2) Psalm. 63.

Ut martyrum vestem attigit: et ora tersit nubila: lumen refulsit illico: fugitque pulsa caecitas.

Soluta turba vinculis: spiris draconum libera: et missa totis urbibus: domum redit cum gratia.

Vetusta saecla vidimus: iactata semicinctia: tactu et umbra corporum: aegris salutem redditam.

℟. Hi sunt, qui secuti sunt Domini mei Ihesu Christi vestigia, nihil terrenum nihilque carnale concupiscentes: ad hoc pertingere meruerunt, ut Christi martyres fierent. ℣. Ecce quam bonum et quam iocundum, habitare fratres in unum: ad hoc pertingere. *Ant.* Plantati in domo Domini, in atriis Dei nostri florebunt. ℣ [1] Bonum est confiteri.

*Orat.* Martyrum tuorum, Domine, Protasii et Gervasii natalitia praeeuntes, supplices te rogamus: ut quos caelesti gloria sublimasti, tuis adesse concedas fidelibus. Per.

*Ant.* Ecce quam bonum est fratres habitare in unum usque in saeculum. ℣ [2] Sicut unguentum.

*Orat.* Concede, quaesumus, Domine, populo tuo veniam peccatorum, et religionis augmentum: atque ut ei tua dona multiplices, sanctorum martyrum tuorum Protasii et Gervasii patrocinia fac adesse, et largire praesidia. Per.

*In Magnif.* Dico autem vobis, amicis.

*Orat.* Sanctorum martyrum tuorum nos, Domine, Protasii et Gervasii confessio beata communiat: et fragilitatis nostrae subsidium dignanter exoret. Per.

*Psall.* Iusti et sancti in Domino gaudete.

194. *Orat.* ‡ Adesto, Domine, supplicationibus nostris, quas in beatissimorum martyrum tuorum Protasii et Gervasii commemoratione deferimus: ut qui nostrae iustitiae fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis et intercessionibus adiuvemur. Per.

2. fugitque : g *suppl. 2 m. sup. lin.* — 3. et missa : emissa. Q. U. V. W. M. — 7. ℟ : ℟ *cum infant.* M. — 11. pertingere : *in marg. add. rubr.* « *Mellodiae de Fulget* I *et* II. » — 19. tua dona : dona tua. W. M. — 24. fragilitatis : fragilitati. W. M. — 26. *Psall.* Iusti, etc. : *Psallentium usque ad S. Vitalem, et hic finitur Vesperum.* Iusti, etc. M.

(1) Psalm. 91. (2) Ex Psalm. 132.

Ad vigilias. ℟. Haec est vera fraternitas, quae nunquam potuit violari certamine; qui effuso sanguine secuti sunt Dominum: contemnentes aulam regiam pervenerunt ad regna caelestia. ℣. Hi sunt qui monita mea secuti sunt, respuentes praedia et divitias secuti sunt Domini nostri Ihesu Christi vestigia: contemnentes. *Ant.* Plantati in domo. ℣ (1) Bonum est confiteri. ℟. Isti sunt sancti martyres. ℣. Sancti omnes per fidem. *Ant.* Ecce quam bonum. ℣ (2) Sicut unguentum. ℟. Isti sunt triumphatores. ℣. Isti sunt qui laverunt stolas. *Ant.* Dico autem vobis. ℣ (3) Beati omnes qui timent. *Psallent.* Iustorum animae. II. Clamaverunt. III. Oculi Domini. IIII. Sanctis qui in terra sunt. *Post Kyr. cum Gloria.* Gaudete et exultate. *Sequitur letania.*

*Psallent. ad sanctum Naborem.* Facti sunt Domine sancti. II. Gaudete gaudio. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce dedi potestatem. ℟. Vidi sanctos. ℣. Sub umbra. *Ant.* Vos estis amici. ℣ (4) Gaudete iusti. ℟. Coronam gloriae. ℣. Induit sanctos. *Ant.* Fratres mei. ℣ (5) Beata gens. ℟. Exultabunt sancti. ℣. Cantate Domino. *Ant.* Vos amici mei estis. ℣ (6) Credidi propter.

*Psall. ad sanctum Ambrosium.* Sanctus Ambrosius dixit. II. Vos estis cives. III. Hi sunt qui secuti sunt. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce quam bonum.

Ad matut. ℟ *post hymn.* Iustorum animae. ℣. Etsi coram hominibus. *Ad lect.* ℟. Vidi sanctos. ℣. Sub umbra ℟ Exultabunt. ℣ Cantate Domino. *In Benedictus.* Gaudete sancti. *Ad crucem.* Iustorum animae. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Plantati in domo Domini.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut nos geminata laetitia hodiernae festivitatis excipiat, quae de beatissimorum martyrum tuorum Protasii et Gervasii glorificatione procedit, quos eadem fides et passio fecit ‡ esse germanos. f. 194'
Per.

1. ℟: ℟ *Archidiaconi.* M. — 5. nostri: mei. Q. U. V. M. — 7. confiteri. ℟: M. *add. orat.* Praesta, etc. (*ut infra.*) ℟ *Subdiac.* — 9. ℟: ℟ *not.* M. — 11. *Psallent.: Psallent ad S. Vitalem.* M. — 13. *letania: Letania.* Dne miserere. M. — 14. *Psallent.: Oratione dicta, sequitur psallent.* M. — 16. ℟: ℟ *lectoris.* M. — 17. ℟: ℟ *not.* M. — 18. ℟: ℟ *lect.* M.

(1) Psalm. 91. (2) Ex psalm. 132. (3) Psalm. 127. (4) Psalm. 32, usque ad *Beata gens.* (5) Reliq. psalm. 32. (6) Psalm. 115.

*In Laudate.* Ecce quam bonum. *Capit.* Mirabilis Deus. *Psalm. direct.* Beati omnes qui timent. *Hymn.* Grates tibi Ihesu novas. *Psall.* Sanctus Ambrosius.

MANE [1]. *Psallent. Ant.* I. Iustorum animae. ℣ [2] Gaudete iusti. II. Clamaverunt iusti. III. Oculi Domini super iustos. IIII. Sanctis qui in terra sunt. V. Facti sunt Domine. VI. Quis in nubibus. VII. Sancti tui Domine magnficant te. VIII. Sanctis tuis Domine angelorum VIIII. Sanctorum memoriam. X. Vos estis amici. XI. Fratres mei et amici. XII. Dico autem vobis. XIII. Vos amici mei. XIIII. Gaudete sancti. XV. *foris muros: Kyr.* Quanta virtus est sanctorum. XVI. Gaudete gaudio. XVII. Ad honorem sanctorum. XVIII. Beati qui in toto corde. XVIIII. Tradiderunt sancti. XX. Beati pacifici. XXI. Amen dico vobis. XXII. Congregamini omnes. XXIII. Isti sunt qui confessi sunt. XXIIII. Vestri capilli. XXV. Sanguis sanctorum. XXVI. Ecce dedi potestatem. XXVII. Sanctus Ambrosius dixit: Gratias tibi, Domine Ihesu, quod hoc tempore tales nobis sanctorum martyrum spiritus excitasti,

4. MANE: M. *add. seq. rubr.*: « Mane, sonito signo, presbyteri et diaconi cardinales, et ille qui portat crucem auream, et ille qui fert textum Evangelii, et ille qui fert scuticam sancti Ambrosii, vestiti cum pluvialibus procedunt ad S. Protasium ad Monachum. Deinde ad S. Naborem: postea ad S. Ambrosium. (*Ant.*) *Iustorum animae*:... *Sanctis qui in terra. post Kyr. cum Gloria, Gaudete et exultate.* Presbyter observator debet cantasse Missam usque ad *Allel.* et statim dum processio in choro venerit, puer magistri scolarum incipit *Alleluia de Posuisti:* et diaconus observator legit Evangelium, subdiacono observatore praecedente eum, et cicendelario observatore praebente incensum, et candelabrum accensum. Sequitur cant. ab ecclesia sci Protasii ad mon. usque ad S. Naborem: *Facti sunt Domine,* etc. » (*ut in* R). — 9. X. Vos, etc.: *om.* M. — 16. XXVI. Ecce dedi, etc.: M. *add. rubr.: « Post Kyr. cum Gloria, Ecce dedi potestatem.* Hic, presbyter observator secundus debet incepisse Missam usque *ad Allel.*, et statim postquam processio pervenerit in chorum, puer magistri scholarum canit *Alleluia* in pulpito, et secundus observator diaconus canit Evangelium, praecedente eum secundo subdiacono observatore. Finito Evangelio, Archiepiscopus vestitur sicut ad canendam Missam, cum suis presbyteris cardinalibus, cum quatuor magistris scholarum indutis pivialibus, et cum primicerio lectorum, et ille qui portat crucem auream, et textum Evangelii, et qui fert flagellum sci Ambrosii similiter. Seq. psallentium ab ecclesia sci Naboris usque ad S. Ambr. (*Ant.*) *Sanctus Ambrosius,* etc. » (*ut in* R).

(1) Cf. *Beroldus*, ed. Magistretti, p. 61, l. 20 et seq.
(2) Psalm. 32.

quo Ecclesia tua praesidia maiora desiderat; cognoscant omnes quales ego propugnatores requiram, qui propugnare possint, impugnari non soleant. XXVIII. Hi sunt qui secuti sunt Domini mei Ihesu Christi vestigia. XXVIIII. Vos estis cives sanctorum et domestici Dei, superaedificati supra fundamentum apostolorum et prophetarum. XXX. Plantati in domo. XXXI. Ecce quam bonum est fratres. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum.

[Ad missam]. *Ingressa.* Bonos medicos habentes patriae nostrae, gaudete, fratres, beatum Protasium et Gervasium martyres Domini et Ambrosium, qui suis sanctis intercessionibus a malis omnibus liberaverunt nos. *Psalmell.* Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. ℣. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam in barbam Aaron. ℣ *in All.* Plantati in domo Domini, in atriis Dei nostri florebunt. *Post Evang.* Vos estis vasa sancta Domino, auro fulgente ante Dominum; quia sponte obtulistis Domino Deo animas vestras in aeternum et in saeculum saeculi. *Offert.* Quoniam ad te orabo, Domine; quoniam ad te orabo, Domine, mane, et exaudies vocem meam. Domine, ut scuto [bonae voluntatis tuae coronasti nos]. *Confr.* Signa eos qui in me credunt, haec sequentur: ‡ daemonia eiicient, super aegros manus impo- f. 195.
nent, et bene habebunt. *Trans.* Isti sunt qui propter sacrum.

3. Hi sunt, etc.: M. *ponit post Ant.* XXVIIII. — 6. XXX, etc. *om.* M. — 13. liberaverunt nos: M. *add. seq. rubr.* « Finita ingressa et passione incoepta, Archiepiscopus ascendit in tribunal ad standium, et cimiliarcha ecclesiae repraesentat duos cereos rotulario cum una candela accensa quos porrigit archiepiscopo, qui cum eos accendit, rotularius tenet candelam succensam et cimiliarcha tenet papirum; et illis accensis, archidiaconus tollit eos de manibus episcopi, et cimiliarcha de manibus archidiaconi ponens illos post altare ut in Missa ardeant; et candela unde accensi sunt semper remanet rotulario. Seq. *psalmell.* » — 16. ℣ *in all.:* M. *add.* (*Epist.*) *ad Ephes.; diaconi.* Cum essetis mortui. — 17. florebunt: M. *add.* (*Evang.*) *Sec. Lucam. Archidiaconi.* Attendite a fermento phariseorum. — 20. *Offert.* M. *add.* « Gloriabuntur. *Aliud.* Quoniam » (*ut in* R). — 22. [bonae, etc.] *suppl. ex comm.* — 23. credunt: credent. Q. U. M. — 24. sequentur: sequuntur. Q. — 26. M. *add. seq. rubr.:* « Finita Missa, omnes presbyteri et diaconi cardinales, et subdiaconi et quatuor magistri scholarum et primicerius lectorum et primicerius notarium, et omnes notarii et XVI lectores et XVI custodes et duo pueri qui cantant psalmellum, omnes de-

## DIE XXII MENSIS IUNII.
## NATALIS SANCTI IULIANI.

Ad vesperas. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. ℟ Domine Deus virtutum. ℣ Domine, Deus virtutum, exaudi. *Ant.* Posuisti Domine. ℣ [1] Domine in virtute.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui triumphum laudabilem beati martyris tui Iuliani recolimus, digna ipsius imitatione sectando, gaudiorum eius effici mereamur participes. Per.

*Ant.* Laetabitur iustus. ℣ [2] Exaudi Deus vocem.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut sicut beatum Iulianum, coniugali thoro sociatum, virginitatis cultu decibiliter decorasti, ita et nos famulos tuos per eius intercessionis auxilium, a sordibus piaculorum abluas, et corda nostra claritate tuae gratiae irradiare digneris. Per.

*In Magnif.* Fecit mihi magna.

*Orat.* Omnipotens et misericors Deus, qui athletam tuum Iulianum tormenta horrifica superare fecisti, concede: ut qui eius triumphi diem annue celebramus, insuperabiles tua protectione ab hostis insidiis maneamus. Per.

*Psall.* Lex Dei eius. *Item orat. require orat. de uno mart.*

## DIE XXIV MENSIS IUNII.
## NATALIS SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

[Ad vigilias] *Ingr.* Iustus non conturbabitur. *Cantus.* Levavi oculos. *Offert.* In virtute tua. *Confr.* In salutari tuo. *Trans.* Magna est gloria.

bent prandere in domo archiepiscopi. Similiter in festo S. Laurentii, et in Dedicatione ecclesiae. In ordinatione sci Ambrosii, et in sci Stephani, et in depositione sci Ambrosii: et nemo istorum ducit secum clericum suum ».

8. beati: beati levitae et. V. M. — 9. digna.... imitatione: dignam.... imitationem. U. V. M. *1 ma.* — sectando: sectando vestigia. M. — 14. et: *om.* U. — 17-22. *Reliq. om.* M. — 25. *Cantus*, etc.: M. *add.* « *Lect. Hyerem. proph.: lectoris.* Factum est verbum Dni. *Cant.* Levavi. (*Ev.*) *Sec. Lucam.* Fuit in diebus ».

(1) Psalm. 20. (2) Psalm. 63.

Ad vigilias. Ad Vesperas. *Luc.* Paravi lucernam. ℣ Memento Domine.

*Hymn.* Almi prophetae progenies pia: clarus parente et nobilior patre: quem matris alvus claudere nescia: ortus herilis prodidit indicem.

Cum virginalis regia gloriam: summitonantis, nomine pignoris: gestaret aula nobilis intimo: claustro pudoris fertilis integro. ⁑ f. 195'.

Vox suscitavit missa puerperae: fovitque vatis gaudia parvuli: matres prophetant munere pignorum: mutus locutus nomine filii est.

Scribendus hic est, vocis ut augeat: nostrae canores, duraque vincula: dissolvat oris, larga propheticis: verborum habenis littera nominis.

Vos namque Verbi, vox sapientiae est: maior prophetis et minor Angelis: qui praeparavit corda fidelium: stravitque rectas iustitiae vias.

Assertor aequi non ope regia: nec morte dura linquere tramitem: veri coactus, Non licet, ait, tibi: uxorem habere fratris adulteram.

Hinc ira regis saevaque funera: saltationis munere vendita: mensas tyranni, et virginis ebrius: luxus replevit sanguine sobrio.

Haec victricus dat dona vesanior: quam si veneni pocula traderet: negare praestat, quam dare victricum: odisse praestat, plus nocet horum amor.

Gloria tibi, Pater, gloria Unigenito cum Sancto Spiritu.

℟ *cum infant.* Priusquam te formarem in utero, novi te; et antequam exires de ventre, sanctificavi te; et: prophetam in gentibus posui te. ℣ Misit Dominus manum suam, et tetigit os meum, et dixit mihi: prophetam. *Ant.* Erant iusti ambo ante Dominum, incedentes in omnibus mandatis eius. ℣ (1) Beati omnes.

*Orat.* Virtutum caelestium Deus, qui annua beati Iohannis

2. M. add.: *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. — 4. nescia: nescius. U. — 7. claustro: *corr. ex* claustrum *cum* Q. U. V. W. — 21. munere: munera. Q. U. W, *1. ma.* — 31. in marg.: « *Medoliae* (*de*) *Domine,* 1 et 11. — 34. annua: *om.* W.

(1) Psalm. 127.

solemnia frequentare concedis, praesta, quaesumus: ut per te securis eadem mentibus celebremus, et eius patrocinio
f. 196. promerente, plenae capiamus ‡ securitatis augmentum. Per.

*Ant.* De ventre matris meae vocavit me Dominus nomine meo. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, da cordibus nostris illam sequi tuarum rectitudinem semitarum, quam beati Iohannis Baptistae vox clamantis edocuit. Per.

*In Magnif.* Ut audivi vocem salutaris tui in auribus meis, exultavit infans in utero meo.

*Orat.* Deus, qui praesentem diem honorabilem nobis in beati Iohannis nativitate fecisti, da populis tuis spiritalium gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis et pacis. Per.

*Psall.* Maior prophetis et minor Angelis, qui praeparavit corda fidelium.

*Orat.* Beati Iohannis Baptistae nos, quaesumus, Domine, praeclara comitetur oratio: et quem venturum esse praedixit, poscat nobis habere placatum. Qui tecum.

Ad Vigilias. ℟ I. Me oportet minui, illum autem crescere; qui post me venit, ante me factus est: cuius non sum dignus corrigiam calciamentorum solvere. ℣ Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi: cuius. *Ant.* Iohannes est nomen eius; et multi in nativitate eius gaudebunt. ℣ (3) Beatus vir qui timet.

1. frequentare: celebrare. U. — 6. *Orat.:* in M. al. ordo orat.: II. Beati Jo. Bapt.; III. Omnip. semp. Deus. IV. Deus qui praes. diem, etc. — 16. M. add.: « ℣ (psalm. 111). Deus Deus meus respice in me. *usque ad portam civitatis. Deinde* Benedictus Dnus Deus Israel, (*et add. seq. rubricam:*) usque in ecclesiam yemalem, lectore minore cum notario minore vicissim indicante versum psalmi: et hoc fit tantum in festivitatibus Virgiliarum scorum Petri et Pauli, Nazarii et Celsi, sci Laurentii, in Vigiliis sci Simpliciani. Et sciendum quia quando exeunt ordines de praedictarum ecclesiarum ianuis, cicendelarius ebdomadarius sumit candelabra de manibus subdiaconorum, et extinguit; postea vero praeparat ea illis accensa in ecclesia yemali ad regias. Seq. haec oratio: Deus qui praesentem diem, etc. » *ut in* R. — 17. quaesumus: *om.* U. — 20. ℟ 1: ℟ *subdiac.* M.

(1) Psalm. 115. (2) Psalm. 111.

*Orat.* Deus, qui beatum Baptistam Iohannem tua providentia destinasti, ut perfectam plebem Christo Domino praepararet, da, quaesumus: ut familia tua, huius intercessione praeconis, et a peccatis omnibus exuatur, et eum quem prophetavit inveniat. Qui tecum.

℟ Praecursor Domini venit, de quo ipse testatur, Nullus maior inter natos mulierum: Iohanne Baptista. ℣ De ventre matris meae vocavit me Dominus nomine meo: Iohanne ✝. f. 196'.
*Ant.* Helisabeth Zachariae virum magnum genuit Iohannem Baptistam. ℣ (4) Gaudete iusti.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui etiam in beati Iohannis generatione promenda confessionem sacrae tibi plebis instituis, auge nobis fidei pietatisque constantiam: ut magis magisque fateamur excellentiam nuntiati, cum tanta sit gloria nuntiantis. Qui tecum.

℟ Helisabet Zachariae virum magnum genuit Iohannem Baptistam, praecursorem Domini: cuius natalitio laetatur Ecclesia. ℣ Accipiens pugillarem scripsit dicens, Iohannes est nomen eius: cuius. *Ant.* Ut audivi vocem salutaris. ℣ (5) Dilexi quia audiet.

*Psallent.* Priusquam te formarem. II. Fuit homo. III. Zacharias cum esset. *Post Kyr.* Iohannem praecursorem. ℟ Beatus vir qui timet. ℣ In mandatis eius.

*Orat.* Beati nos, Domine, Baptistae Iohannis oratio: et intellegere Christi tui mysterium postulet, et mereri. Qui tecum.

*Psall. cum Gloria.* Lumen quod animi cernunt.

*Orat.* Deus, qui hunc diem ortu praeconis tui atque Baptistae Iohannis consecrare dignatus es, cum puerperium mater sterilis, et vocem pater mutus accepit, concede pro-

6. ℟: ℟ *not.* M. — 12. promenda: promerenda. *R 2 ma.*, U. — confessionem: *in R ras.* m *fin.*, confessione. U. — 16. ℟: ℟ *lect.* M. — 24-28. *Orat.* Beati, etc.: M. om. et al. ma. add. seq. rubr. « *hic debet esse or.* Deus qui hunc. » et deinde 1 ma. legit. « *Post Kyr. cum Gloria.* Lumen quod animi cernunt. *Orat.* Praecursoris tui Iohannis, etc. » *ut infra.* — 28. ortu praeconis: praeconis ortu. W.

(4) Psalm. 32. (5) Psalm. 114.

pitius: ut illud quod Salvator noster gessit in Iordane mysterium, hoc in omnibus catholicis semper celebretur ecclesiis. Per.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Praecursor Domini venit. ℣ De ventre matris. *Ad Lect.* ℟ Me oportet minui. ℣ Ecce Agnus Dei. ℟ Helisabeth Zachariae. ℣ Accipiens pugillarem.

*In Benedictus.* Apertum est os Zachariae. *In Benedicite.* Iohannes est nomen.

*Orat.* Praecursoris tui Iohannis Baptistae nos, quaesumus, Domine, intercessio sancta commendet: ut et spiritalibus mereamur eius praedicationibus erudiri, et eo quo praecipis,
f. 197. ipso iuvante, ‡ nostra possit pervenire fragilitas. Per.

*In Laudate.* Helisabeth Zachariae. *Capit.* Cuius natalitio laetatur Ecclesia. *Psalm direct.* Beatus vir qui timet. *Hymn.* Almi prophetae. *Psall.* Lumen quod animi cernunt.

MANE. *Psallentium. Ant.* I. Prius quam te formarem in utero, novi te; et ante quam exires de ventre, sanctificavi te; prophetam in gentibus posui te. II. De ventre matris meae tu es meus protector, Domine: in te decantatio mea semper. III. Inter natos mulierum non est maior Iohanne Baptista; maior prophetis, et minor Angelis, qui praeparavit córda fidelium. IIII. Fuit homo missus a Domino, cui nomen Iohannes erat: hic venit, ut testimonium perhiberet de lumine, et pararet Deo plebem perfectam. V. Erant iusti. VI. Zacharias cum esset in templo, apparuit ei Angelus dicens: Uxor tua Helisabeth concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Iohannes; et in nativitate eius multi gaudebunt. VII. De ventre matris meae voca[vi]t me Dominus nomine meo. VIII. Iohannes praecedet in spiritu et virtute Heliae, ut convertat corda patrum in filios, et incredulos vocare ad poenitentiam, parare Deo plebem perfectam. VIIII. Ut audivi vocem. X. Lumen quod animi cernunt, non sensus corporeus, in utero vidit Iohannes exultans in Domino: natus est luminis praecursor; propheta mirabilis ostendit Agnum qui venit peccata mundi tollere. XI. Helisabeth Zachariae. XII. De utero senectutis, et de sterilis

9. *Orat:* M *posuit supra, post.* ℟ Beatus vir. — 20-21. Ioanne Baptista: Baptista Ioanne. M. — 25. VI: *Foris muros.* M. — 28. voca[vi]t: *corr. cum al. codd., ut in praeced. ant.* — 29-30. et virtute Heliae: Heliae et virtute. M. — 31. vocare.... parare: vocaret... pararet. U.

Iohannes natus est praeco Luminis. XIII. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. XIIII. Innuebant patri eius, quem vellet vocari eum; et scripsit dicens: Iohannes est nomen eius. XV. Iohannes est nomen eius. XVI. Iohannem praecursorem Christi Domini nostri omnes gentes et populi laudemus: honoremus, ut mitiget precibus suis pro nobis iracundiam Dei. XVII. Apertum est os Zachariae, et prophetavit dicens: Benedictus Deus Israel. *Post Kyr. cum Gloria.* Tu puer, propheta Altissimi vocaberis; praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Spiritu Sancto replebitur puer ex utero matris suae; et multi in nativitate eius * gaudebunt: f. 197r. erit enim magnus ante Dominum. *Psalmell.* Priusquam te formarem in utero, novi te; et antequam exires de ventre, sanctificavi te. ℣ Misit Dominus manum suam, et tetigit os meum. ℣ *in All.* Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista; maior prophetis et minor Angelis. *Post Evang.* Serviamus illi in sanctitate et iustitia, omnibus diebus nostris: et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis; praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius. *Offert.* Priusquam formarem te in utero, novi te; et antequam exires de ventre, sanctificavi te; et prophetam in gentibus posui te. *Confr.* Ecce, ut facta est salutatio beatae Mariae in auribus meis, exultavit infans in utero meo. *Trans.* Nazareus vocabitur puer iste; vinum et siceram non bibet; et omne immundum non manducabit ex utero matris suae.

## DIE XXVI MENSIS IUNII.
## NATALIS SANCTORUM IOHANNIS ET PAULI.

*Orat.* Defende, Domine, plebem tuam in sola tuae misericordiae venia confidentem: et intervenientibus sanctis

13. enim: *om.* U. — magnus: *corr. ex* agnus. — 13-17. M. suis locis add.: « *Lect. Ieremiae proph.* Priusquam te formarem. (*Epist.*) *ad Gal.* Notum facio vobis. (*Evang.*) *Sec. Lucam.* Helisabet impletum est tempus ». — 17. maior prophetis.... Angelis: *suppl. al. ma. sup. lin.: om.* U. — 21. formarem te: te formarem. U. — 25. bibet; *corr. ex* bibam. — 26. manducabit: *corr. ex* manducavit. — *In marg. cod.* U, *2 ma. add.:* « AD VESPERUM (II). *Luc.* Exortum est in tenebris. *Ant. in choro.* Zacharias cum esset in templo. *Hymn* Almi prophetae. ℟ Praecursor Dni. ℣ De ventre. *Ant.* Erant iusti. *Ps.* Dilexi. *Ant.* De ventre. *Ps.* Credidi propter. *In Magnif. ant.* Helisabeth Zachariae virum. *Psall.* Lumen quod animi. — 29. Domine: quaesumus, Dne. U. — 29-30 in.... confidentem: in tua misericordia veniam consequentem. U.

tuis Iohanne et Paulo, quicquid eidem debetur pro castigatione delicti, transeat ad consolationis effectum. Per.

*Alia.* Beatorum martyrum Iohannis et Pauli natalitia veneranda, quaesumus, Domine, Ecclesia tua devota suscipiat: et fiat magnae glorificationis amore devotior. Per.

## DIE XXVIIII MENSIS IUNII.
## SANCTORUM PETRI ET PAULI.

In vigiliis. Ad missam. *Ingr.* Stabunt iusti. *Psalmell.* Gloria et honore. ℣ Domine Dominus. *Cantus.* Nisi quod Dominus erat. *Offert.* Gloriabuntur in te. *Confr.* Ego vos elegi. *Trans.* Laudate Dominum.

Ad vesperas. *Luc.* Signatum est. ℣ Dedisti laetitiam.

*Hymn.* Apostolorum passio: diem sacravit saeculi: Petri triumphum nobilem: Pauli coronam praeferens.

f. 198. Coniunxit aequales viros: cruor triumphalis necis: ⁑ Deum secutos praesules: Christi coronavit fides.

Primus Petrus apostolus: nec Paulus impar gratia: electionis vas sacrae: Petri adaequavit fidem.

Verso crucis vestigio: Symon honorem dans Deo: suspensus ascendit, dati: non immemor oraculi.

Praecinctus, ut dictum est, senex: et elevatus ab altero: quo nollet, ivit, sed volens: mortem subegit asperam.

Hinc Roma celsum verticem: devotionis extulit: fundata tali sanguine: et vate tanto nobilis.

Tantae per urbis ambitum: stipata tendunt agmina: trinis celebratur viis: festum sacrorum martyrum.

Prodire quis mundum putet: concurrere plebem poli: electa gentium caput: sedes magistri gentium.

℟ *cum fantibus.* Isti sunt duae olivae, candelabra lucentia ante Dominum: habent potestatem claudere caelum nubibus, et aperire portas eius, quia linguae eorum claves caeli factae sunt. ℣ In omnem terram exivit sonus Apostolorum, et in fines orbis terrae verba eorum: habent. *Ant.* Vos estis

1. tuis: martyribus. M. — 3. martyrum: mart. tuorum. U. V. W. — 8, 9. M. *suis locis add.:* « *Lect. Actuum Apost.* Misit Herodes rex ut affligeret. *Psalmell.* Gloria, etc. (*Epist.*) *ad Ephes.* Benedictus Deus et Pater. *Cantus.* Nisi, etc. (*Evang.*) *Sec. Math.* Venit Dnus Ihesus in partes. » — 12. M. add.: « *Ant. in ch.* Iusti epulentur. » — 21. est: *om.* U. — 27. M. *add.:* Gloria tibi, Dne. — 29. *In marg. rubr.:* « *Tractus propr. Medol.* (*de*) Domine, I et II ».

lux mundi, ut lucerna lucens his qui in domo sunt. ℣ [1] Gaudete.

*Orat.* Deus, qui beato apostolo tuo Petro, collatis clavibus regni caelestis, animas ligandi atque solvendi pontificium tradidisti, concede, quaesumus: ut intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Per.

*Ant.* Petrus et Paulus duo sunt luminaria, per quos omnis mundus illuminabitur. ℣ [2] Beati omnes.

*Orat.* Deus, cuius dextera beatum Petrum apostolum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit; et coapostolum eius Paulum tertio naufra-*-gantem de profundo pelagi f. 198'. liberavit, exaudi propitius supplicationem nostram, et concede: ut amborum meritis, aeternae Trinitatis gloriam consequamur. Per.

*In Magnif.* Simon Iohannis, diligis me plus his? Tu scis, Domine, quia amo te.

*Orat.* Deus, qui Ecclesiam tuam beati apostoli tui Petri fide et nomine consecrasti, quique beatum illi Paulum ad praedicandam gentibus gloriam tuam, sociare dignatus es, concede: ut omnes qui ad eorum sollemnitatem convenerunt, spiritali remuneratione ditentur. Qui vivis.

*Psall.* Vos qui secuti estis me.

*Orat.* Exaudi nos, Deus salutaris noster: et apostolorum tuorum Petri et Pauli tuere praesidiis, quorum donasti fideles esse doctrinis. Per Christum.

3. *Orat.* Deus, etc.: *in* M *al. orat.* « Familiam tuam, Dne, propitius intuere, et apostolicis fove praesidiis: ut eorum precibus gubernetur, quibus nititur te constituente principibus. Per. » — 9. *Orat.* Deus, cuius, etc.: *In* M. *al. ordo orat. ad Vesp.*: II. Exaudi nos. III. Deus, cuius dextera. IV. Deus qui ecclesiam tuam. — 18. beatum: *om.* M. — 22. M. add.: « ℣ (*Psalm. 138*). Domine probasti me, *Lectore minore et notario minore vicissim indicante versum psalmi usque in ecclesiam yemalem: et isti duo debent prandere cum archiepiscopo: sic in S. Nazario, et S. Laurentio, cum septimanariis et cum omnibus illis qui ibi aliquid habent officium, sicut legitur in Vigilia Scorum Protasii et Gervasii. Seq. Orat.* Deus qui ecclesiam tuam. » (ut supra). — 23. M. *add. seq. rubr.*: « In his vigiliis omnes presbyteri et diaconi cardinales, et primi-

(1) Psalm. 32. (2) Psalm. 127.

AD VIGILIAS. ℟ *Diaconi.* Principatum et potestatem dedi tibi, pascere oves meas: dicit Dominus. ℣ Et ecce posui te pastorem populi, et tibi tradidi claves regni caelorum: dicit Dominus. *Ant.* Tu es pastor ovium, princeps apostolorum: tibi tradidit Dominus claves regni caelorum. ℣ (3) Caeli enarrant.

*Orat.* Deus, cui et martyrum fides, et veneranda sanctorum vita complacuit, quique gradientem apostolum Petrum in elemento liquido confirmasti, nos quoque saeculi turbine fluctuantis, dexterae tuae protectione conserva. Per.

℟ Si diligis me, Simon Petre, pasce oves meas. Domine, tu nosti, quia amo te: et animam meam ponam pro te. ℣ Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo: et animam. *Ant.* Petrus et Paulus. ℣ (4) Gaudete iusti.

*Orat.* Apostolico, Domine, quaesumus, beatorum Petri et Pauli patrocinio nos tuere: et eosdem, quorum tribuisti sollemnia celebrare, fac nostros semper esse custodes. Per.

℟ Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est et
f. 199. mihi inter gentes: ‡ et cognoverunt gratiam Dei, quae data est mihi. ℣ Missus sum apostolus a Domino, praedicare evangelium Dei inter gentes: et cognoverunt. *Ant.* Petre, amas me. ℣ (5) Beatus vir qui timet.

*Psallent.* In omnem terram. ℟ Surge, Petre, et indue te vestimenta tua; accipe fortitudinem ad salvandas gentes: quia ceciderunt catenae de manibus tuis. ℣ Scio quia misit Dominus angelum suum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Iudeorum: quia ceciderunt.

cerius lectorum, et magister scholarum ebdomad. debent esse induti pluvialibus ad Vesp. et ad Vigil., videlicet in S. Petri, Nazarii, Laurentii, Simpliciani. Dedicatione maiore ad Vesp. tantum (sic). ordinatione sci Ambrosii, S. Stephani, depositione S. Ambrosii ad Vesp. tantum (sic). Protasii et Gervasii, clericis illorum pluviales porrigentibus cappisque suscipientibus, excepto presbytero ebdomadario, cui minor custos ebdomadarius porrigit pluvialem, presbyteri clerico cappam recipiente, in vesperis tantum. »

10. fluctuantis: fluctuantes. U. V. W. M. — conserva: confirma. U. 11. ℟: ℟ *subd.* M. — 15. Apostolico, etc.: *in* M. *orat.* Deus, qui beato Apostolo tuo Petro, etc. — 23. *Psallent.: Psallent. ad S. Nazarium.* In omnem rerram. *Orat.* Apostolico, etc. ℟ *lect.* Surge Petre, etc. M.

(3) Psalm. 18. (4) Psalm. 32. (5) Psalm. 111.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, da populis tuis apostolorum tuorum Petri et Pauli natalem plena devotione venerari: ut quorum doctrinis et confessione Trinitatis unius institutus est mundus, eorum suffragantibus meritis, divinae serviat Unitati. Per.

*Psallent. ad sanctam Agatham.* Missus sum apostolus. II. Protexit me. III. A finibus terrae. IIII. Te laudant. V. In hoc cognoscent. ℟ Angelus Domini Petrum suscitavit, et dixit, Surge velociter; et surrexit: et ceciderunt catenae de manibus eius. ℣ Eloquium Domini ussit eum; misit rex, et solvit eum; princeps populorum, et dimisit eum: et ceciderunt.

*Ad scum Iohannem.* Ut cognosceres me. II. Isti sunt duo testamenta. III. Tu es Christus. ℟ Tu es pastor ovium, princeps apostolorum: tibi tradidit Dominus claves regni caelorum. ℣ Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: tibi tradidit. *Orat. require retro:* Deus, qui beato apostolo tuo Petro collatis.

*Ad scum Petrum.* Ego pro te rogavi Petre. II. Cui regni claves. *Post Kyr. cum Gloria.* Tu es Petrus, et super hanc.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium tribuisti apostolorum tuorum Petri et Pauli merita sub una celebritate venerari, quaesumus: ut solemnem[1] nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessionibus, largiaris. Per.

Ad MATUT. ℟ *post hymn.* Tu es pastor. ℣ Beatus vir. *Ad lect.* ℟ Angelus Domini Petrum. ℣ Eloquium Domini ussit. ✝ ℟ Surge Petre. ℣ Scio quia misit. *In Benedictus.* f. 199v. Tu es pastor. *In Benedicite.* Petre, amas me.

*Orat.* Deus, qui confitentium tibi redemptor es animarum, quarum piscator beatus Petrus apostolus atque ovium pastor tua praeceptione cognoscitur, annue, misericors, precibus nostris: et populo tuo pietatis tuae dona concede. Qui cum.

7. V: *Post Kyr. cum Gloria.* M. — 8. ℟: ℟ *Not.* M. — 13. *Ad Scm Iohannem: Ad S. Io. ibi prope, psallent.* M. — 14. III: *Post Kyr. cum Gloria.* Tu es. M. — ℟: ℟ *lect.* M. — 19. II. Cui, etc.: II. Beatus es Symon, etc. III. Cui regni. — 21. Omnipotens, etc.: Deus, qui confitentium, etc. (*ut infra*) M. — 22. tuorum.... Pauli: *om.* U. — 23. celebritate: celebratione. U. — 30. *Orat.: om.* M.

*In Laudate.* Petrus et Paulus. *Capit.* In omnem terram. (*Psalm.*) *direct.* Beatus vir qui timet. *Psall.* Ut cognosceres me.

MANE. *Psallentium. Ant.* I. In omnem terram. ℣ (6) Caeli enarrant. II. Missus sum apostolus. III. Protexit me. IIII. A finibus terrae. V. Te laudant montes. VI. Subiecit. VII. Nimis honorandi. VIII. Iam non dicam vos. VIIII. In hoc cognoscent. X. Vos qui secuti estis me. XI. Isti sunt duo testamenta, quae fulgent in universa terra: qui sicut agni exultaverunt ante faciem Domini Dei sui. XII. Ut cognosceres me, Spiritus Patris mei manifestavit tibi, dicit Dominus; et ego dicam tibi: Tu es Petrus, tibi enim trado claves regni caelorum; Paulus vero vas electionis est mihi, all. XIII. Vos estis lux mundi. XIIII. Beatus es, Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est. XV. Petrus et Paulus. XVI. Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. XVII. Simon Iohannis, diligis me. XVIII. Cui regni claves, ipsi commendat ovile: sic hominum curam mandavit et Petro. XVIIII. Petre, amas me. XX. Dic mihi, Petre, si amas me? Domine, tu scis, tu nosti, quia amo te. XXI. Tu es Christus filius Dei vivi. XXII. Tu es pastor ovium. *Post Kyr. cum Gloria.* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Dicit Dominus Petro: Cum esses iunior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas; cum autem
. 200. senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet ⁑ quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum. *Psalmell.* Constitues eos principes. ℣ Pro patribus tuis. ℣ *in All.* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. *Post Evang*, Subiecit populos. *Offert.* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam: et tibi dabo claves regni caelorum. ℣ Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in caelis; et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et

8. XI: *foris muros.* M. — 27. extendes: *corr. ex* extendens. — 29-31. M. *suis loc. add.:* (*Epist.*) « *ad Cor.* II: *Diac.* Ne quis putet insipiens.... (*Evang.*) *Sec. Iohan.: Archidiac.* Dixit Ihesus Symoni. » — 35. Quaecumque: *corr. ex* Quicumque.

(6) Psalm. 18.

in caelis: et tibi. *Confract.* Simon Iohannis, diligis me plus his? Domine, tu omnia nosti, tu scis, quia amo te: Pasce oves meas. *Transit.* Priusquam te vocarem de mari, Simon, cognovi te; et antequam confitereris nomen meum, oves meas tradidi tibi: et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

## DIE III MENSIS IULII.

## SANCTI THOMAE APOSTOLI.

[Ad Vesperas]. *Lucer.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur. ℟ Posuit coronam. ℣ Benedictus. *Ant.* Subiecit. ℣ (1) Omnes gentes.

*Orat.* Adesto, quaesumus, Domine, plebis tuae sanctificator et custos: ut apostoli tui Thomae munita praesidiis, et conversatione tibi placeat, et secura mente deserviat. Per.

*Ant.* Nimis honorandi. ℣ (2) Domine probasti me.

*Orat.* Concede, quaesumus, Domine, apostolum tuum Thomam intervenire pro nobis, cuius diem celebramus translationis: quia tunc nos salvari posse confidimus, si eius precibus tua gubernetur Ecclesia, cuius utitur te constituente doctrina. Per.

*In Magnif.* Quia vidisti me, Thomas. *Psall.* Misi digitum meum.

Ad Vigilias. ℟ Coronam gloriae dedit. ℣ Induit sanctum. *Ant.* Subiecit. ℣ (3) Omnes gentes. ℟ Coronavit te Dominus. ℣ Certamen bonum. *Ant.* Nimis honorandi. ℣ (4) Domine probasti me. ℟ Regnum Dei. ℣ Regnum tuum. *Ant.* In hoc cognoscent. * ℣ (5) Caeli enarrant. *Psallent.* f. 200'. Missus sum apostolus. ℟ Beatus vir. ℣ In mandatis. *Psal-*

5. M. *add. seq. rubr.:* « Finita missa, presbyteri et diaconi cardinales, et subdiaconus hebdomadarius, et primicerius lectorum, et magister scholarum, et duo lectores hebdomadarii, et pueri qui cantaverunt psalmell. et IIII custodes hebdomadarii, et qui portat textum Evangeliorum, omnes isti debent comedere in domo archiepiscopi honorifice: et in festo sci Nazarii. » — 11. quaesumus Domine: Dom. quaes. Q. M. — plebis: plebi. Q. U. V. W. M. — 13. mente: *om.* Q. — 15. *Orat.:* M. *ponit hanc or. post Magn., et 2.° loco habet seq.:* « Misericordiam tuam, Dne, quaes. nobis interveniente b. ap. t. Thoma clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragiis. Per. — 16. intervenire: interveniente. W. — 17. posse: *om.* V. W. — 18. tua: *om.* U.

(1) Psalm. 46. (2) Psalm. 138. (3) Psalm. 46. (4) Psalm. 138. (5) Psalm. 18.

*lent.* Te laudant montes. II. Misi digitum. *Post Kyr. cum Gloria.* Vos qui secuti estis.

Ad Matut. ℟ Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. *Ad lect.* ℟ Coronavit te. ℣ Certamen. ℟ Posuisti Domine. ℣ Vitam petiit te. *In Benedictus.* Quia vidisti me. *In Benedicite.* Subiecit populos. *In Laudate.* In hoc cognoscent. *Capit.* Missus sum. *Psalm. direct.* Beatus vir qui timet. *Psall.* Misi digitum meum.

Mane. *Psallent. Ant.* I. Missus sum apostolus. II. In omnem. III. Protexit me. IIII. A finibus terrae ad te. V. Te laudant montes. VI. Per os apostoli. VII. Ecce mitto vos. VIII. Bene annuntiavi. VIIII. Subiecit. X. Nimis honorandi. XI. Iam non dicam vos. XII. Vos qui secuti. XIII. In hoc cognoscent. XIIII. Misi digitum. XV. Quia vidisti me. *Post Kyr. cum Gloria.* Non veni vocare.

[Ad Missam]. *Ingres.* Iustus non conturbabitur. *Psalmell.* Gloria et honore. ℣ Domine Dominus. ℣ *in All.* Unus Deus hebreorum, qui creavit omnia, ipse fecit caelum et terram, et fundavit maria. *Post Evang.* Subiecit. *Offert.* In virtute. *Confr.* In salutari. *Transit.* Magna est gloria. *Aliud.* Mitte manum tuam.

## DIE XII MENSIS IULII. SANCTORUM NABORIS ET FELICIS.

Ad Vigilias. *Ad Missam. Ingr.* Salus autem iustorum. *Cantus.* Nisi quod. *Offer.* Gloriabuntur. *Confr.* Ego vos elegi. *Trans.* Laudate Dominum.

Ad Vesperas. *Lucer.* Signatum est. ℣ Dedisti laetitiam. *Hymn.* Victor, Nabor, Felix, pii. ℟ Interrogavi angelum dicens, Quis est iste, qui sanctis dedit coronam; et dixit mihi: Filius Dei est, quem confessi sunt in saecula. ℣ In conspectu Agni steterunt ante thronum, et palmae in manibus eorum; clamabant voce magna dicentes: Filius Dei est. *Ant.* Transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum. ℣ (1) Confitemini Domino: et invocate.

1. II: *Post Kyr. cum Gloria.* M. — 2. Vos, etc.: *om.* M. — 6. me: M. *add.* « *al.* Per os apostoli ». — 9. apostolus: M. *add.* « ℣ (*Ps. 18*) Caeli enarrant. — 11. VII: *foris muros.* M. — 17-19. M. *add. Epist.* (ad Cor. II.?) « Benedictus Deus et Pater .... (*Ev.*) *Sec. Iohann.* Cum esset sero una sabbatorum. » — 27. laetitiam: M. *add.* « *Ant. in ch.* Iusti epulentur. » — 33. est: M. add. rubr.: « *Mell. primae et secundae de Praeveniamus.* »

(1) Psalm. 104.

*Orat.* Benedic, quaesumus, Domine, plebem tuam : et beatissimorum martyrum tuorum Naboris et Felicis deprecationibus confidentem, tribue consequi, quod sperare donasti. Per.

*Ant.* Venientes venient in exultatione portantes manipulos suos. ℣ (2) In convertendo Dominus.

*Orat.* ✠ Protegat Ecclesiam tuam, Deus, oratio vene- f. 201.
randa beatissimorum martyrum tuorum Naboris et Felicis: et quorum frequentia devotionem impendit, perpetuae poscat redemptionis effectum. Per.

*In Magnif.* Vos amici mei estis.

*Orat.* Adesto, Domine, supplicationibus nostris : et intercessionibus beatissimorum martyrum tuorum Naboris et Felicis, confidenter, tribue, consequi, quod sperare donasti. Per.

*Psall.* Psallite Domino, sancti eius.

Ad Vigilias. ℟ Isti sunt mauri genere, et sanctorum cives; incolae terrae, sed Christi sunt domestici : omnipotens Dominus gloriosi martyrii triumpho coronavit eos. ℣ Victor, Nabor, Felix, gloriosi milites Christi, quos ecclesiae sotiavit fides, hos fideliter concertantes : omnipotens. *Ant.* Transierunt. ℣ (3) Confitemini Domino : et invocate.

℟ Isti sunt sancti martyres. ℣ Sancti omnes per fidem. *Ant.* Venientes. ℣ (4) In convertendo. ℟ Isti sunt triumphatores. ℣ Isti sunt qui laverunt. *Ant.* Vos amici. ℣ (5) Beati omnes. *Psallent.* Iustorum animae. ℟ Sancti tui, Domine. ℣ Gloriam regni. *Psallent.* Clamaverunt iusti. II. Oculi Domini. III. Sanctis qui in terra sunt. *Post Kyr. cum Gloria.* Sancti tui, Domine, florebunt. ℟ Gloria et honore. ℣ Domine, Dominus noster. *Psallent.* Vos qui aliquando. II. Celebremus diem. *Post Kyr. cum Gloria.* Mauri quidem genere.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Iustorum animae. ℣ Etsi coram hominibus. *Ad Lect.* ℟ Vidi sanctos. ℣ Sub umbra.

12. *Orat.* Adesto, etc.: M. *om.* — 16. ℟ : ℟ *diac. ebdom.* M. — 22. ℟ : ℟ *Subdiac.* M. — 23. ℟ : ℟ *not.* M. — 25. *Psallent.: Ad S. Martinum, psallent.* M. — ℟ : ℟ *lect.* M. — 26. *Psallent.: Ad S. Ambrosium, psall.* M — 28. ℟ : ℟ *lect.* M. — 29. *Psallent.: Ad S. Naborem, psallent.* M.

(2) Psalm. 125. (3) Psalm. 104. (4) Psalm. 125. (5) Psalm. 127.

℟ Exultabunt. ℣ Cantate Domino. *In Benedictus.* Mauri quidem. *Ad crucem.* Iustorum animae. *In Cantemus.* Gloriosus. *In Benedicite.* Transierunt. *In Laud.* Venientes venient. *Capit.* Missus sum. *Psalm. direct.* Beati omnes. *Hymn.* Victor, Nabor, Felix. *Psallenda.* Celebremus diem sanctorum.

MANE. *Psallent. Ant.* I. Iustorum animae. ℣ (6) Gaudete. II. Clamaverunt iusti. III. Oculi Domini. IIII. Sanctis qui in terra sunt. V. Facti sunt Domine. VI. Quis in nubibus. VII. Ad honorem sanctorum. VIII. Sancti tui Domine. VIIII. Gaudete sancti. X. Quanta virtus est. XI. Sanctorum memoriam. XII. Gaudete gaudio magno. XIII.
f. 201'. Beati qui in toto. XIIII. Beati pacifici. ‡ XV. Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine agni: iam non estis hospites nec peregrini, sed estis cives sanctorum et domestici Dei. XVI. Transierunt. XVII. Venientes venient. XVIII. Celebremus diem sanctorum. *Post Kyr. cum Gloria.* Mauri quidem genere, sed nostri cives; incolae terrae, sed Christi domestici.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Stabunt iusti. *Psalmell.* Anima mea sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣ Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. ℣ *in All.* Vos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine agni. *Post Evang.* Inaestimabilem fidem saevitia perfidorum superare non potuit; quia laetus in illis Christus, qui cum talibus servis pugnavit et vicit. Protector fidei, da vincentibus palmam. *Offert.* Quoniam ad te orabo Domine. *Confr.* Amen dico vobis. *Trans.* Isti sunt qui pro testamento Dei, sua.

## DIE XVI MENSIS IULII.
## SANCTI QUIRICI MARTYRIS.

AD VESPERAS. *Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur. ℟ Posuit coronam. ℣ Benedictus. *Ant.* Posuisti Domine ℣ (1) Domine in virtute.

4. Missus sum: *corrige cum* M. Mirabilis Deus. — 5. *Psall.: Psall.* Vos qui aliquando. *al.* Celebremus. M. — 11. X: *foris muros post Kyr.* M. — 14. agni: *corr. ex* anni. — 20. mea: *corr. cum* M. *et ut codd.* nostra. — 20-23. M. *add.:* (*Epist.*) « *Ad Ephes.* Vos qui aliquando erasti . . . , (*Evang.*) *Sec. Lucam.* Assumpsit Dnus Ihesus Petrum. » — 23. agni: *corr. ex* anni.

(6) Psalm. 32. (1) Psalm. 20.

*Orat.* Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et beati Quirici martyris tui intercessionibus confidentes, nec minis adversantium, nec ullo perturbemur incursu. Per.

*Ant.* Laetabitur iustus. ℣ (2) Exaudi Deus vocem.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui in sancti tui Quirici martyris semper es meritis ubique mirabilis, quaesumus clementiam tuam: ut sicut ei eminentem gloriam contulisti, sic ad consequendam misericordiam tuam, eius nos facias precibus adiuvari. Per.

*In Magnif.* Fecit mihi magna. *Alia omnia require de uno Martyre. Psall.* O quam beatus Quiricus in perpetuum.

## DIE XVII IULII.

## SANCTAE MARCELLINAE VIRGINIS.

*Oratio ad Vesperas.* ✠ Intercessio, quaesumus, Domine, f. 202.
beatissimae virginis Marcellinae tuam pro nobis placare non desinat maiestatem: et quae tibi placuit acceptabilis suae mentis et corporis integritate, nostram tibi devotam iugiter efficiat servitutem. Per.

*Alia.* Beatissimae virginis Marcellinae, quaesumus, Domine, patrocinia implorata nos non deserant: quae fragilitatem nostram suis semper et ubique precibus tueantur, et meritis. Per.

*Alia.* Ut tibi, Domine, promptum iugiter exhibere valeamus famulatum: beata virgo Marcellina suis apud tuam misericordiam intercessionibus obtinere praevaleat. Per.

*Alia.* Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut beata

2. tui: *om.* Q. V. M. — 10. M., *ceteris omis., add. seq.* « *Ant.* O quam beatus Quiricus in perpetuum qui taliter promeruit a Dno. (*sic; reliq. in off. S. Viti M.*) *Ant.* Iulita cum Quirico, mater cum filio, meruerunt a Dno coronam perpetuam. » — 15. placare: *corr. ex* placere. — 16. acceptabilis: acceptabili. W. M. — 17. et corporis: *om.* Q. — 20. implorata nos: nos implorata. M.; nos, *om.* V. W. — 23. Ut tibi, etc.: M. *ponit hanc orat.* v *loco; et post seq. or. addit* IV: « Interveniat pro nobis, quaes., Dne, beatiss. virgo Marcellina, quae pro tui nominis amore, virginitatis laudandae propositum intemerato semper corpore et corde servavit. Per. »

(2) Psalm. 63.

virgo Marcellina suis pro nobis apud tuam misericordiam meritis obtineat, quo ipsius gloriosum excessum dignis ad tuam magnificentiam laudibus honoremus. Per.

## DIE XVIII MENSIS IULII.
## SANCTI MATERNI EPISCOPI.

*Omnia de Confessore.*

## DIE XXIII MENSIS IULII.
## NATALIS SANCTI APOLLINARIS.

Ad Vesperas. *Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. ℟ *cum infant.* Deus, qui operaris cum Petro magistro meo, operare et mecum inter gentes: ut cognoscant te verum Deum, et credant in te. ℣ Deus in adiutorium meum intende; Domine ad adiuvandum me festina: ut cognoscant.

*Ant.* Apollinaris martyris festa recolimus, qui pro Christi nomine tormenta sustinuit. ℣ (1) Dilexi quia audiet.

*Orat.* Maiestatis tuae clementiam suppliciter deprecamur, f. 20'. omnipotens et misericors Deus, ut sicut uni-*-geniti Filii tui agnitionem per beatissimi sacerdotis et martyris tui Apollinaris praedicationem populorum cordibus infudisti, ita ipsius opitulantibus meritis, fidei stabilitate firmemur. Per.

*Ant.* Apollinaris martyr, per unigenitum Filium Dei, et coronam quam meruisti, intercede pro nobis. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Da, quaesumus, omnipotens Deus: beatissimi sacerdotis et martyris tui Apollinaris meritis, immensae nos tuae

6. M. *add. seqq.* « *Or.* Omnip. sempit. Deus, cui cuncta famulantur elementa, intercedente pro nobis b. conf. t. Materno, exaudi propitius orationem nostram, et tribue nobis misericordiam tuam: et quaecumque praecipis ut agamus, ipse adiuva ut implere possimus. Per. *Al. orat.* Beati conf. t. Materni atque pont. fac nos, Dne, miranda praeconia confiteri: ut eius continuis adiuti praesidiis maiestati tuae subiectam ecclesiam iugiter mereamur intrare devoti. Per. » — 11. et: *om.* U. — 12. te verum: M. *om.* te. — 14. M. add. rubr.: « *Mell., de Domine Deus primae, et secundae de Lilia.* » — 18-19. Filii tui: tui Filii. Q. — 21. firmemur: firmentur. Q. U. V. W.

(1) Psalm. 114. (2) Psalm. 115.

pietatis misericordiam consequi; quatenus eius intervenientibus precibus, nostra quaeant deleri facinora. Per.

*In Magnif.* Super caecati oculos beatus Apollinaris signum crucis edidit, lumenque ei reddidit.

*Orat.* Beati sacerdotis et martyris tui Apollinaris annua festivitate ovantes, clementiam tuam supplices exoramus, omnipotens Deus: ut sicut ille ob tanti agonis certaminis triumphali redimitus exultat corona, ita et nos orationum illius suffragio, tentationum tela superantes bravio laetemur aeterno. Per.

*Psall.* O martyr Domini, Apollinaris praeclare, qui beatis precibus lumen reddidisti caecato, et tribuni coniugi donasti medelam.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in apostolicae confessionis petra solidasti. Per.

Ad Vigilias. ℟ Beatus Petrus apostolus dixit discipulo suo Apollinari: Surge, perge Ravennam; multitudo populi ibi morantur; praedica eis baptismum poenitentiae in nomine Iesu. ℣ Ecce eruditus es de omnibus quae fecit Ihesus; qui sedes nobiscum: Surge. *Ant. dupla.* Beatus Petrus apostolus dixit disciplo suo Apollinari. ℣ * Perge f. 203.
Ravennam, multitudo populi te expectant, praedica eis evangelium Dei. ℣ (3) Dilexi quia audiet. ℟ Iste est sacerdos Domini, qui in mandatis eius meditatus est die ac nocte; iste directus est ab apostolo Petro Ravennam praedicare baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. ℣ Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: iste directus est. *Ant.* O martyr Domini. ℣ (4) Credidi propter. ℟ Iste est verus sacerdos. ℣ Beatus vir qui non abiit. *Ant.* Apollinaris egregius antistes tantam a Deo gratiam accepit, ut daemonia iussu fugaret. ℣ (5) Beatus vir qui timet. *Psallent.* Beatus homo Do-

2. precibus: meritis et precibus. V. W. — 7. agonis: agonem. Q. U. V. W. M. — 9. suffragio: fulti suffragio. Q. U. V. W. M. — 11. *Psall.* O martyr.: *Psall.* Os iusti. *Alia* O martyr, etc. M. — 19. morantur: moratur. Q. V. — 21. qui: quid. U. V. M. — 23. expectant: expectat. Q. — 26. directus: *corr. ex* dilectus. — 29. iste: sed. M.

(3) Psalm. 114. (4) Psalm. 115. (5) Psalm. 111.

mine. ℟ Beatus vir qui timet. ℣ In mandatis eius. *Psallent.* Apollinaris martyr. *Post Kyr. cum Gloria.* Accipe Spiritum sanctum.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Iste est sacerdos Domini. ℣ Beatus vir qui non. *Ad lect.* ℟ Beatus Petrus. ℣ Ecce eruditus es. ℟ Iste est verus sacerdos. ℣ Beatus vir qui non abiit. *In Benedictus.* Apollinaris egregius. *In Benedicite.* Apollinaris martyr. *In Laudate.* Super caecati oculos. *Psall.* Beatus Petrus apostolus.

Mane. *Psallent. Ant.* i. Anima mea. ii. Magna gloria eius. iii. Desiderabiliora sunt. iiii. Dedisti eum Domine. v. Beatus Petrus. vi. Apollinaris martyr. vii. Super caecati oculos. viii. Apollinaris egregius. viiii. O martyr Domini. *Post Kyr. cum Gloria.* Accipe Spiritum sanctum, simulque pontificatum ; et perge ad urbem quae vocatur Ravenna.

[Ad Missam]. *Ingr.* Iustus non conturbabitur. *Psalmell.* Gloria et honore. ℣ Domine Dominus noster. ℣ *in All.* Venite et audite et enarrabo. *Post Evang.* Os iusti meditabitur sapientiam. *Offert.* Desiderium animae. *Confr.* In salutari tuo. *Trans.* Magna est gloria.

## DIE XXV MENSIS IULII.
## NATALIS SANCTI IACOBI APOSTOLI.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, Domine Deus noster: ut sicut in commemoratione beati apostoli tui Iacobi temporali gratulamur officio, ita cum ipso in tui vultus dilectione perpetuo laetemur aspectu. Per.

f. 203'. *Alia.* Solemnitatis apostolicae multiplicatione ‡ gaudentes, clementiam tuam deprecamur, omnipotens Deus: ut tribuas iugiter nos eorum et confessione benedici, et patrociniis confoveri. Per.

8. M. add.: *Cap.* Posuisti Dne. — 10. ii : M. *add.:* ℣ (*Cant. B. V. M.*) Et exultavit. ii. — 12. vii : M. *add.:* vii. Apollinaris martyris. viii. Super caecati, etc. — 17-18. M. suis locis add.: « *Ep. ad Cor.* ii. Nolo vos ignorare de tribulatione.... (*Ev.*) *Sec. Iohan.* Ego sum pastor bonus. » — 23. nobis : *om.* U. V. W. M. — 24-25. apostoli .... officio : Iacobi ap. t. nos temp. off. laetificas. M. — temporali.... officio : nos temporali officio laetificas. V. W. — 25. dilectione : delectatione. Q. U *2 ma.*, V. M.

## EODEM DIE. S. CHRISTINAE ET S. CHRISTOFORI MART.

*Orat.* Deus, cuius ineffabilis misericordia per beatissimum martyrem tuum Christoforum multorum animas ab errore infidelitatis ad lumen fidei revocasti, praesta, populis tuis: eiusdem suffragantibus meritis, et in eadem fide permanere stabiles, et esse in opere efficaces. Per.

*Alia.* Omnipotens sempiterne Deus, qui agnitionem Filii tui Domini nostri Iesu Christi mirifica ostensione beato martyre tuo Christoforo revelare dignatus es, concede propitius: ut eo interveniente, mentes nostras peccatorum detersa caligine, clementiae tuae largitas copiosa purificet. Per.

## DIE XXVIII MENSIS IULII. NATALIS SANCTORUM NAZARII ET CELSI.

[AD MISSAM.] *Ingr.* Stabunt iusti. *Cant.* Nisi quod Dominus. *Offert.* Gloriabuntur. *Confr.* Ego vos elegi. *Trans.* Laudate.

AD VESPERAS. *Lucern.* Signatum est. ℣ Dedisti.

*Hymn.* Sacri triumphale tui: Christi bellator inclyte: quo alma fides et crucis: tropheum vernat praelii.

Mysticis canora modis: turba laudem concinat: Nazari lux vitae decus: apostolorum particeps.

Petri coronaris fide: Paulique dogma nobili: Lino unguente praesule: sancto muniris Spiritu.

Celsum haeredem sanguinis: haeredem tanti nominis: pari coronatum fide: Christo libasti victimam. * f. 204.

Caelo locans substantiam: aerugo quam non devorat: gentes trahens ad gratiam: sacra talenta duplicans.

Tu elementum liquidum: fixis calcans vestigiis: liberos reddis patriae: equoris morti deditos.

3. cuius ineffabilis: qui ineffabili. V. — 6. et in: in. V. W. M. — 6-7. permanere stabiles: stabiles permanere. U. — 10. martyre: martyri. Q. M. — 11. peccatorum: *om.* Q. — 11-12. peccatorum.... tuae: peccati lapsas caligine, clementiae largitas. U. — 14. M. *add. rubr.:* « In vigilia Sanctor. Nazarii et Celsi ebdomadarii et notarii et lectores indicant vicissim a (sic) psalmos eundo et redeundo in ecclesiam hyemalem: et isti et alii comedunt in domo episcopi: sicut legitur in Vig. Sanctor. Protasii et Gervasii. » — 15. M. suis loc. add.: *Ep.* « *ad Hebr.* Sancti per fidem devicerunt regna.... (*Ev.*) *Sec. Lucam.* Facta est contentio. » — 20. alma: *ex corr.* R. M.; arma. Q. R. U. M. *1 ma.* — 21. canora. *corr. ex* corona. — concinat: concinit. Q. U. V. M. — 28. duplicans: duplicas. U.

His ita gestis, inclite: sancto recisus vertice: insignem coronam ferens: vitae nitescis praemio.

Suscipe vota precantum: precator egregie: verbi caelestis amator: et doctor evangelice.

℟ *cum infant.* Isti sunt duo viri misericordiae, qui assistunt ante Dominum dominatorem universae terrae. ℣ Hi sunt qui non coinquinaverunt vestimenta sua; ambulant mecum in albis: quia sic sunt digni, ante.

*Ant.* Notas mihi fecisti vias vitae, Domine. ℣ (1) Conserva me Domine.

*Orat.* Deus, humani generis conditor et redemptor, qui ineffabili pietatis munere martyrum tuorum gloriosa certamina potentissimus largitor remuneras, praesta, quaesumus, Ecclesiae tuae, quae sanctorum martyrum tuorum Nazarii et Celsi laetatur triumphis: et a peccatorum servari contagiis, et quod illi te confitendo meruerunt percipere, hoc populus tuus eorum consequi mereatur suffragiis. Qui vivis.

*Ant.* Satiabor, Domine, dum manifestabitur mihi gloria tua. ℣ (2) Exaudi Domine iustitiam.

*Orat.* Omnipotens, sempiterne Deus, da populo tuo praesentis diei festivitatem sincero venerari affectu: et qui eam sanctorum martyrum tuorum Nazarii et Celsi annua celebritate (f. 204'.) devotis frequentant obsequiis, eorundem suffragiis * caelestis regni gaudia consequantur. Per.

*In Magnif.* Sancte vir Dei, libera nos per Deum qui te creavit.

*Orat.* Aeterne omnipotens Deus, qui magno pietatis auxilio populo tuo sanctorum precibus prospera largiri dignaris, concede propitius: beatissimorum martyrum tuorum Nazarii et Celsi gloriosae passionis victoriam celebrare lae-

1. recisus: *corr. 2 ma ex* recisu. — 3. egregie: ecclesiae. M. — 4. M. *add.:* « Gloria tibi Domine. » — 8. *In marg. rubr.:* « Tract. Christum (sic) cum Medol. de Lilia. » M. *vero add.* « Mell. propriae de Universae terrae; secundae de Lilia. » — 11. Deus: Deus qui es. U. — 21. festivitatem: nativitatem. W. — 24. caelestis regni: regni caelestis. M. — 26. creavit: salvavit. Q. U. V. M. — 27. omnipotens Deus: Deus om. U. — 28. precibus: meritis. M.

(1) Psalm. 15. (2) Psalm. 16.

tantes; et quos te donante patronos defensoresque amplectimur, hos apud tuam misericordiam propacatores habeamus. Per.

*Psall.* Iusti et sancti in Domino.

*Orat.* Praesta, quaesumus, Domine: ut sicut populus christianus martyrum tuorum Nazarii et Celsi temporali solemnitate congaudet, ita perfuatur aeterna; et quos votis amantissime celebrat, compleatur effectu. Per.

Ad Vigilias. ℟ *d ac.* Oravit beatus Nazarius ad Dominum dicens, Demonstra mihi ut agnoscam recte iustificationes tuas: et exaudita est oratio eius. ℣ Accessit Nazarius ad Linum successorem Petri; postulans ab eo baptizatus est: et exaudita est. *Ant.* Religio matris meae baptismum Petri demonstra mihi iustitias Domini. ℣ (3) Deduc me Domine in via tua. ℟ Sancti tui, Domine, mirabile consecuti sunt iter, servientes praeceptis tuis, ut invenirentur illaesi in aquis validis: terra apparuit arida, et in mari longe via sine impedimento. ℣ Quis similis tibi in diis, Domine; ant quis similis tibi gloriosus in sanctis: terra. *Ant.* Demonstra mihi, Domine, baptismum Petri: ut agnoscam recte iustitias Domini. ℣ (4) Notam mihi fac Domine. ℟ Ecce vir qui propter amorem Domini laetitiam temporalem non praeposuit: sed certavit cum antiquo serpente viriliter, nec territus minis adoravit idola; et dedit ei Dominus Deus laboris sui ‡ co- f. 205.
ronam. ℣ Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: sed certavit. *Ant.* Sancte vir Dei libera. ℣ (5) Exaudi nos Deus salutaris. *Psallent. ad S. Petrum.* Iustorum animae. II. Clamaverunt iusti. III. Oculi Domini. IIII. Sanctis qui in terra sunt. V. Facti sunt Domine. *Post Kyr.* Sancti tui Domine florebunt. ℟ Exultabunt sancti. ℣ Cantate Domino canticum.

*Orat.* Exaudi, Domine, preces nostras: ut populus tuus

4. M. *add.:* ℣ (*ps. 32*) Gaudete iusti. — 7. quos: quod. Q. U. V. W. M. — 8. affectu: affectu. W. — 9 ℟ *diac*: ℟ *archidiac.* M. — 15. tua: M. *hoc loco ponit or.* Exaudi Dne, etc., v. *inf.* — ℟: ℟ *subdiac.* M. — 21. Domine: M. *ponit hoc loco or.* Tribue, etc.: v. *inf.* — 28. *ad S. Petrum: ad S. Agatham.* — 30. ℟: ℟ *lect.* M. — 32. *Orat.:* M., *loco* Exaudi *ponit seq.* « Protege, quaes., Dne, plebem tuam: et festivitatem martyr. t. Naz. et Celsi quam nobis tradis assidue debitam (sic) tibi persolvi precibus concede sanctorum. P. »

(3) Psalm. 85. (4) Ex psalm. 142. (5) Ex psalm. 64.

qui sub tantis sanctorum martyrum tuorum Nazarii et Celsi patrociniis est constitutus, et a suis offensionibus liberetur, et ab omnibus tueatur adversis. Per.

*Psallent. ad S. Agatham.* Annuit Deus orationi Nazarii. II. Notas mihi fecisti. *Post Kyr.* Ecce dedi potestatem. ℟ Sancti tui Domine. ℣ Gloriam regni. *Ad S. Iohannem.* Incompositi iudices. II. Benedicimus te. III. *Kyr.* Turbati sunt nautae. ℟ Gloria et honore. ℣ Domine Dominus. *Ad S. Nazarium post Kyr. cum Gloria.* Apparuit thesaurus.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Iustorum animae. ℣ Etsi coram hominibus. *Ad lect.* ℟ Vidi sanctos. ℣ Sub umbra. ℟ Gloria et honore. ℣ Domine Dominus noster. *In Benedictus.* Sancte vir Dei. *In Benedicite.* Religio matris.

*Orat.* Tribue nobis, quaesumus, omnipotens Deus, sanctorum martyrum tuorum Nazarii et Celsi desiderata commercia: ut quorum perpetua dignitate sacra mysteria frequentamus in terris, et praesentia nobis subsidia postulent et aeterna. Per.

*In Laud.* Demonstra mihi. *Psall.* Benedicimus te Domine.

Mane. *Psallent. Ant.* I. Iustorum animae. ℣ (6) Gaudete. II. Clamaverunt. III. Oculi Domini. IIII. Sanctis qui in terra sunt. V. Facti sunt Domine. VI. Sanctorum memoriam. VII. Gaudete gaudio. VIII. Tradiderunt sancti. VIIII. Beati qui in toto. X. Beati pacifici. *Foris muros. Kyr.* Quanta virtus. XII. Annuit Deus orationem Nazarii, et Spiritus sanctus adhaesit ei; et anima matris eius exultavit super eum.
f. 205'. XIII. Notas mihi fecisti vias ✠ vitae, Domine; adimplebis me laetitia cum vultu tuo; delectatio in dextera tua usque in finem. [XIV]. Religio matris. XV. Demonstra mihi. XVI. Satiabor Domine. XVII. Incompositi iudices incompositos habent milites; quare non honeste dixisti, Nero vocat te. XVIII. Turbati sunt nautae vehementer videntes

4. *S. Agatham: S. Iohannem.* M. — 6. ℟: ℟ *notar.* M. — *S. Iohannem: S. Petrum.* M. — 8. ℟: ℟ *lect.* M. — 11. ℟ Gloria, etc.: ℟ Coronam gloriae. ℣ Induit sanctos tuos. M. — 14. quaesumus: *om.* V. W. — 16. perpetua.... mysteria: perpetuam dignitatem sacro ministerio. V. — mysteria: ministeria. Q. — 18. mihi: M. *add.: Cap.* In quo baptizata est mater mea. — 23. X. Beati, etc.: *om.* M. — 24. orationem: orationi. V. — 29. XVI. Satiabor, etc.: M. *om.* — 30. dixisti: dixistis. Q. U. M.

(6) Psalm. 32.

Nazarium per mare ambulantem; et crediderunt in Deum eius. XVIIII. Sancte vir Dei. XX. Benedicimus te, Domine, quia videmus et habemus, Christe, viros sanctos tuos et discipulos apostoli tui beati Petri. *Post Kyr. cum Gloria.* Apparuit thesaurus Nazarius in mundo; dignetur rogare pro nobis Filium Dei.

[Ad Missam]. *Ingr.* Reddidit iustis Deus mercedem laborum ipsorum, et deduxit eos per aquas nimias, et fuit illis in testamento diei, et in luce stellarum transtulit eos. *Psalmell.* Angelus Domini descendit ad Nazarium sanctum, et ostendit ei testamentum Domini: in mari confortavit eos. ℣ Et exclamaverunt nautae dicentes: Sancte Nazari vir Dei, salva nos, et credimus in Deum tuum. ℣ *in Alleluia.* Sancte vir Dei, libera nos per Deum qui te salvavit; et credimus in Deum tuum. *Post Evang.* Dominus amat iudicium. *Offer.* Oravit beatus Nazarius. ℣ Accessit Nazarius. *Confr.* Videns Dominus Nathanael venientem ad se, et dixit: Ecce vere israhelita in quo dolus non est: dicit Dominus. *Transit.* Multitudo languentium et qui vexabantur a spiritibus immundis veniebant ad eos, quia virtus de illis exibat, et sanabat omnes.

## EODEM DIE. PROCESSIO AD S. CELSUM.

[Ad Vesp.] *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. ℟ Posuit coronam. ℣ Benedictus Dominus. *Ant.* Posuisti Domine. ℣ (1) Domine in virtute. *Orat. require de uno martyre.*

*Ant.* Laetabitur iustus. ℣ (2) Exaudi Deus vocem. *In Magnif.* Beatus Nazarius una cum Celso parvulo meruerunt a Domino coronam perpetuam. ✠ *Psall.* Nazarius et Celsus f. 206.
ipsi sunt vasa sacra; martyres Christi orant pro populo.

Ad Vigilias *et* ad Matut. *require de uno martyre*

Mane. *Psallent. Ant.* I. Anima mea. ℣ (3) Exultavit II. Posuit Dominus. III. Vitam petiit te. IIII. Magna gloria. V. Posuisti Domine. VI. Posuit coronam. VII. Super

9. testamento diei: velamen dierum. Q.; velamento diei. U. V. M. — 11. ei: eis: Q. U. — 12. dicentes: *corr. ex* dicens. — Nazari: *om.* U. — 13-15. M. *suis loc. add.: Ep.* « *Ad Coloss., Diac.* Gratias agentes Deo Patri.... (*Ev.*) *Sec. Iohan., Archidiac.* Voluit Dnus Ihesus exire in Galileam. » — 32. Mane. *Psall.*: *Mane ad S. Celsum.* M. — 34. V. Posuisti: M. *om.* — VI: *foris muros.* M.

(1) Psalm. 20. (2) Psalm. 63. (3) Cant. B. V.

iram inimicorum. VIII. Dedisti eum. VIIII. Desiderium animae. X. Benedicimus te. XI. Nazarius et Celsus. XII. *Kyr. cum Gloria.* Beatus Nazarius.

## KAL. AUG. SCORUM MACHABEORUM ET DEPOSITIO SANCTI EUSEBII.

[AD VESPERAS]. *Lucern.* Signatum est. ℣ Dedisti laetitiam. *Ant. in choro.* Iusti epulentur. ℟ Hi sunt qui custodierunt praecepta mea, dicit Dominus; ingredientur in terram, quam iuravit patribus eorum fluentem lac et mel. ℣ Locutusque est Dominus ad Moysen dicens, Mitte viros qui considerent terram Chanaan: terram. *Ant.* Laboravit iustus. ℣ (1) Audite haec.

*Oratio.* Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et intercessionibus beatissimorum martyrum tuorum Machabeorum, atque sacerdotis et confessoris tui Eusebii, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per.

*Ant.* Pretiosa in conspectu. ℣ (2) Credidi propter.

*Oratio.* Annue nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut sanctorum martyrum tuorum Machabeorum, atque sacerdotis et confessoris tui Eusebii suffragiis adiuvemur; ut sicut eis copiosa victoria dedit triumphum, ita et nobis continuum praestet auxilium. Per.

*In Magnif.* Euge serve. *Orat. req. in Nat. Scorum. (Psall.)* Sancti tui, Domine, laetentur propter David servum suum.

AD VIGILIAS. ℟ Propter testamentum Domini et leges paternas ideo steterunt in amore fraternitatis: quia unus fuit semper spiritus in eis et una fides. ℣ Exultent in conspectu
f. 206'. Dei sancti, delectentur in laetitia: quia unus. ✠ *Ant.* Pastor magne. ℣ (3) Dilexi quia audiet. ℟ Lex veritatis. ℣ Manus enim mea auxiliabitur. *Ant.* Fratres mei et amici. ℣ (4) Gaudete iusti. ℟ Hi sunt qui custodierunt. ℣ Locutusque est Dominus. *Ant.* Et in servis suis Dominus consolabitur.

1. VIIII: M. *om.* — 3. M *add. rubr.:* « *Ad Missam req. omnia de uno martyre.* — 6. *Luc.* Signatum, etc.: *Luc.* Timete, etc. M. — 7. epulentur: M. *add. init.* « *hymn.* Regi polorum debit (sic). — 9. iuravit: iuravi. U. V. — 19. atque: sed et. Q. U. W. M. — 26. amore: amorem. Q. U. V.

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 115. (3) Psalm. 114. (4) Psalm. 32.

℣ (5) Laudate nomen Domini. *Psallent.* Sacerdotes tui induantur. ℟ Sancti tui Domine. ℣ Glòriam regni. *Psallent.* Benedicta confessio. ℟ Gloria et honore. ℣ Domine Dominus noster. *Psallent.* Gaudete gaudio. *Post Kyr. cum Gloria.* Moyses et Aaron.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Gaudete iusti. ℣ Confitemini Domino. *Ad Lect.* ℟ Hi sunt qui custodierunt. ℣ Locutusque est Dominus. ℟ Propter testamentum. ℣ Exultent in conspectu. *In Benedictus.* Confessor sancte. *In Benedicite.* Sacerdotes Domini benedicite. *In Laud.* Confessio eius. *Capit.* Laudate Dominum in sanctis eius. *Psall.* Moyses et Aaron.

Mane. *Psallent. Ant.* i. Sacerdotes tui induantur iustitia; et sancti tui, Domine, laetentur. ℣ (6) Memento Domine. ii. Septies in die. iii. Beatus homo. iiii. Clamaverunt. v. Iocundus homo. vi. Oculi Domini. [vii.] In via peccatorum. viii. Sanctis qui in terra sunt. viiii. Erit iustus. x. Facti sunt Domine. xi. Confessio et pulchritudo. xii. Quis in nubibus. xiii. Confessus bonam. xiiii. Sanctorum memoriam. xv. Confessio eius. xvi. Gaudete gaudio. xvii. Sacerdos et pontifex. xviii. Ad honorem sanctorum. xviiii. Qui audit verba. xx. Beati qui in toto. xxi. Similabo eum. xxii. Tradiderunt sancti. xxiii. Pastor magne. xxiiii. Beati pacifici. xxv. Haec est generatio filiorum, cui disposui testamentum meum. xxvi. Et in servis. *Post Kyr. cum Gloria.* Moyses et Aaron in sacerdotibus eius: Eusebius inter eos qui invocant nomen eius.

Ad Missam. *Ingressa.* Sacerdotes eius induam salutare, et sancti eius exultatione exultabunt. *Psalmell.* Sacerdotes tui, Domine, induantur iustitia; et sancti tui, Domine, laetentur. ℣ Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis eius. ℣ *in All.* Euge serve bone. *Post. Evang.* Confiteantur Domino. *Offert.* Veritas mea. *Confr.* Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater et soror et mater est: dicit Dominus. *Trans.* Multitudo sanctorum simul et confessorum.

10. Laudate, etc.: M. Et exaltavit cornu. — 17. xi : *foris muros post Kyr.* M. — 31. M. *add.:* « (*Epist.*) *ad Rom.* Scimus, quoniam diligentibus. (*Ev.*) *Sec. Math.* Loquente Domino Ihesu. »

(5) Psalm. 134. (6) Psalm. 131.

## DIE VI MENSIS AUGUSTI. NATALIS SANCTI XYSTI.

207. ✠ Ad Vesperas. *Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in ch.* Laetabitur.

*Hymn.* Magni palmam certaminis : invicta fides contulit : pro Christo dimicantibus : de caelo datur calculus.

Sic fortis Xystus athleta : Petri sequens martyrium : ornavit mox Ecclesiam : confessionis titulo.

Ortus Athenis, et altus : philosophorum studiis : mutavit artem artium : praeceptor apostolicus.

Nam carnifex tyrannidis : fervens ut leo rabiens : advectans secum martyres : Abdon et Semnem perimit.

Deinc ad Xystum properans : vincla, catenas, carcerem : minatur, interniciem : gladiali sententia.

Tunc pius ille pontifex : accersiens Laurentium : levitae fidelissimo : commendavit Ecclesiam.

Uterque consecuti sunt : agonis sui bravium : ensis et craticulae : coronam dedit passio.

Iungamur ergo socii : hymnum gerentes Domino : ut horum interventibus : nostra purgentur crimina.

℟ *cum fant.* Quo egrederis sine filio, pater? quo, sacerdos magne, sine diacone pergis? tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consuevisti. ℣ Audiens beatus Laurentius beatum Xystum episcopum in carcerem reduci, his verbis alloquebatur dicens: tu nunquam. *Ant.* Docuisti me, Deus, a iuventute mea. ℣ (1) Deus in te speravi.

*Orat.* Deus, qui martyres tuos praemio passionis remunerare consuevisti, ita ut devictis persecutoribus, coronam martyrii consequantur, praesta, quaesumus: ut beatus sacerdos et martyr tuus Xystus, cuius festivitatem colimus, tuam pro
207'. nobis ✠ indulgentiam semper exoret. Per.

*Ant.* Usque in senectam et senium, Deus, ne derelinquas me. ℣ (2) Deus ne elonges a me.

10. artium : arcium. U. — 11. fervens : fremens. Q. U. V. W. M. — 12. Semnem : Sennem. Q. M. — 13. Deinc : Dehinc, Q. U. V. W. M. — 20. M. *add.:* Gloria tibi, Dne. — 21. In marg. add.: *Medol. de Praeveniamus* I *et* II. — 24. reduci : recludi. V. M. — 30. martyr : confessor. W.

(1) Psalm. 70, usq. ad. ℣ Deus ne elonges. (2) Reliq. psalm. 70.

*Orat.* Beati sacerdotis et martyris tui Xysti, nos, quaesumus, Domine, frequentantes solemnia: et sacerdotalis instruat te miserante doctrina, et gloriosi martyrii foveant ubique suffragia. Per.

*In Magnif.* Volo, Pater, ut ubi ego sum, illic sit et minister meus.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut beatus sacerdos et martyr tuus Xystus sacris nos exerceat institutis; et pie semper faciat per suam confessionem constantes. Per.

*Psall.* Iunior fui, et ecce senui, et non vidi iustum derelictum.

*Orat.* Deus, qui sanctis tuis in confessione tui nominis virtutem atque victoriam contulisti, tribue, quaesumus: ut dum beati sacerdotis et martyris tui Xysti merita veneramur, studia eius imitari mereamur. Per.

Ad Vigilas. ℟ Usque in senectam et senium, Deus, ne derelinquas me: donec annunciem generationi, quae ventura est, potentiam tuam. ℣ Deus, in te speravi; Domine, non confundar in aeternum: donec annunciem. *Ant.* Docuisti me Deus. ℣ (3) Deus in te speravi. ℟ Ne proicias me, Domine, in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea: Deus, ne derelinquas me. ℣ Donec annunciem brachium tuum generationi venturae potentiam tuam: Deus, ne derelinquas. *Ant.* Usque in senectam. ℣ (4) Deus ne elonges a me. ℟ A iuventute mea in te speravi, Domine: et usque in senectutem, Deus, ne derelinquas me. ℣ Deus, in te speravi; Domine, non confundar in aeternum: et usque. *Ant.* Volo Pater. ℣ (5) Deus in adiutorium. *Psallent.* ✠ Usque in se- f. 208
nectam et summam. ℟ Gloria et honore. ℣ Domine Dominus noster. *Psallent.* Super seniores. II. Qui mihi ministrat. *Post Kyr. cum Gloria.* Quo progrederis.

1. sacerdotis et martyris: mart. et sac. U. — 2. sacerdotalis instruat: sacerdotali instruant. Q.; sacerdotali instruat. W. — 8. sacris: *om.* U. — 9. semper: *om.* Q. — per suam confessionem: in sua confessione. M. — 16. M. *hoc loco add. or.* Martyrum, etc. (v. *inf.*) — 27. senectutem: senectam. V. M.

(3) Ex psalm. 70. (4) Reliq. psalm. 70. (5) Psalm. 69.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* A iuventute mea. ℣ Deus in te speravi. *Ad lect.* ℟ Usque in senectam. ℣ Deus in te speravi. ℟ Ne proicias me. ℣ Donec annunciem. *In Benedictus.* Volo, Pater, ut. *In Benedicite.* Docuisti me Deus.

*Orat.* Martyrum tuorum deprecatione, quaesumus, Domine, nobis benignus intende: et sicut beatum sacerdotem et martyrem tuum Xystum pati pro tuo nomine voluisti, ita et tuis fidelibus eius facias merita suffragari. Per.

*In Laudate.* Usque in senectam et senium. *Capit.* Donec annuntiem. *Psall.* Quo progrederis pater.

Mane. *Psallent.* I. Usque in senectam et summam senectutem ne derelinquas me, Domine Deus meus. ℣ (6) Deus in te speravi. II. Anima mea. III. Posuit Dominus. IIII. Vitam petiit te. V. Iocundus homo. VI. Magna gloria eius. VII. Posuit coronam. VIII. Super iram inimicorum. VIIII. Dedisti eum. X. Desiderabiliora sunt Deus. XI. Docuisti me Deus. XII. Super seniores intellexi, quia mandata tua non sum oblitus. XIII. Exaltatum est cornu meum; et senectus mea in misericordia uberi. XIIII. Quo progrederis, pater, sine filio tuo; quo, sacerdos magne, sine diacone properas. XV. Qui mihi ministrat me sequatur: ut ubi ego sum, illic erit et minister meus. XVI. Usque in senectam et senium. XVII. Volo Pater ut ubi.

Ad Missam. *Ingr.* Docuisti me, Deus, a iuventute mea; et usque in senectam ne derelinquas me. *Psalmell.* Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. ℣. *in All.* Venite et audite. *Ant. post Evang.* Ego sum pastor bonus. *Offer.* Desiderium animae eius. *Confract.* Qui mihi ministrat me sequatur: ut ubi ego sum, illic et minister meus erit. *Transit.* Fidelis servus et prudens.

5. deprecatione: deprecationem. U. V. — 6. intende: impende. W. — 10. annuntiem: annuntiem brachium tuum generationi venturae. M. — 16. X: *foris muros post Kyr.* M. — 22. erit et: et. Q. — 23. XVII: *post Kyr. cum Gloria.* M. — 26-27. M. *suis loc add.:* « (*Epist.*) *Ad Timoth.* II. Admoneo te ut resuscites. (*Ev.*) *Sec. Iohan.* Ego sum pastor bonus. — 29. et minister meus erit: erit et minister meus erit (sic) Q.

(6) Psalm. 70.

## DIE VII MENSIS AUGUSTI.
## SANCTORUM ✠ DONATI ET CARPOPHORI. f. 208'.

Ad vesperas. *Lucern.* Timete Dominum. ℣ Benedicam. *Ant. in choro.* Iusti epulentur. ℟ Beati Donati meritum factumque laudamus; calicem vitreum fragilitate formatum, quem dives paupertas obtulerat, sacer minister altaribus ingerebat; dignus antequam caderet: post casum dignior cum rediret. ℣ Non est huic vitro de fornace soliditas, sed de Trinitate unitas coniunctio: post casum. *Ant.* In conspectu. ℣ (1) Confitebor.

*Orat.* Familiam tuam, quaesumus, Domine, supplicantem propitius respice: ut quae te inspirante deposcit, beatorum martyrum Donati et Carpophori patrociniis consequatur. Per.

*Ant.* Praetiosa in conspectu. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Beatorum martyrum tuorum Donati et Carpophori nos, quaesumus, Domine, corona laetificet: et fidei nostrae praebeat incitamenta virtutum, et multiplici nos suffragio consoletur. Per.

*In Magnif.* Respexit Dominus. *Psall.* Laetamini in Domino.

*Ad Vigil. et ad Matut. require de plurimor. Sanctorum.*

3-4. Timete.... epulentur: Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in ch.* Laetabitur iustus. M. — 6. altaribus: *om.* Q. — 8. rediret: redisset. U. — 9. unitas: unitatis. Q. U. V. M. — 21. *Ad Vigil.*, etc.: M. *vero statim post psall. Vesp. add.*: « Ad Matut. ℟ *post hymn.* Gaudete iusti. ℣ Confitemini Dno. ℟ *int. lect.* Beati Donati. ℣ Non est huic vitro. ℟ Vidi sanctos. ℣ Sub umbra Dni. *In Benedictus* Gaudete sancti. *In Benedicite.* Sancti et humiles. *In Laud.* In sanctis eius laudate. *Cap.* Mirabilis Deus. *Psall.* Sancti tui Dne florebunt. Mane. *Ad Psallent. Ant.* i. Iustorum animae. ℣ (*ps. 32*). Gaudete iusti. ii. Clamaverunt iusti. iii. Oculi Dni. iiii. Sanctis qui in terra sunt. v. Facti sunt. vi. Sancti tui Dne magn. vii. Sanctis tui Dne angelorum. viii. Sancti tui Dne florebunt. *Foris muros post Kyr.* i. Quis in nubibus. ii. Sanctorum memoriam. iii. Gaudete gaudio. iiii. Ad honorem sanctorum. v. Vestri capilli capitis. *Post Kyr. cum Gloria.* Gaudete et exultate. (Ad missam). *Ingr.* Stabunt iusti. *Psalmell.* Iusti confitebuntur. ℣ Cognovi quoniam. (*Epist.*) *ad Rom.* Iustificati ex fide. ℣ *in All.* Gaudete iusti. (*Evang*) *Sec. Iohan.* Sicut dilexit me Pater. *Ant. post Evang.* Sancti tui benedicent. *Off.* Gloriabuntur in te omnes. *Confr.* Ego vos elegi. *Trans.* Laudate Deum. »

(1) Psalm. 110. (2) Psalm. 115.

## DIE X MENSIS AUGUSTI.
## NATALIS SANCTI LAURENTII.

In Vigiliis. Ad Missam. *Ingr.* Iustus non conturbabitur. *Psalmell.* Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. *Cant.* Levavi oculos. *Post Evang.* Iustus velud palma. *Offert.* In virtute. *Confr.* In salutari. *Trans.* Magna est.

Ad Vesperas. *Lucer.* Lux orta est. ℣ Dominus regnavit.

*Hymn.* Apostolorum supparem: Laurentium archidiaconem: pari corona martyrum: romana sacravit fides.

Syxtum sequens hic martyrem: responsa vatis retulit: Moerere, fili, desine: sequere me post triduum.

Nec territus poenae metu: haeres futurus sanguinis: spectavit obtutu pio: quod ipse mox persolverat.

Iam tunc in illo martyre: egit triumphum martyris: successor aequus syngrapham: vocis tenens et sanguinis.

209. Post triduum iussus tamen: census sacratos prodere: * spondet pie nec abnuit: addens dolum victoriae.

Spectaculum pulcherrimum: egena cogit agmina: inopesque monstrans praedicat: Hi sunt opes Ecclesiae.

Vere piorum perpetes: inopes profecto sunt opes: avarus illusus dolet: flammas et ultrices parat.

Fugit perustus carnifex: suisque cedit ignibus: Versate me, martyr vocat: vorate, sic coctum est, iubet.

℟ *cum fant.* Puer meus, noli timere, dicit Dominus; si transieris per ignem, flamma non comburet te: et odor ignis non erit in te. ℣ Veni, fidelissime, bone dispensator; suscipiant te angeli Dei: et odor. *Ant.* Proba me, Domine, et tenta me; ure renes meos et cor meum. ℣ (1) Iudica me Domine quoniam.

*Orat.* Deus, qui refrigerium iustis, et gehennam impiis praeparasti, cuiusque auxilio beatus Laurentius in ferrea crate distentus aestuantis incendii flammas edaces contempto

4-5. M. *suis locis add.:* « *Lectio Esaiae proph.* Haec dicit Dnus. Creans te Iacob.... (*Epist.*) *Ad Corr. II.* Qui administrat semen. (*Evang.*) *Sec. Iohan.* Verba quae ego loquor vobis. », *om. ant. post Ev.* — 23. sic: si. Q. U. V. W. M. — M. *add.* Gloria tibi Dne. — 24. In marg.: *Medot. de Dne.* I *et* II. — 30. *Orat.* Deus, etc.: *in* M. *ordo orat. ad Vesp. est:* I. Annue nobis. II. Deus cuius claritatis. III. Deus qui refrigerium. IV. Deus quo iuvante.

(1) Psalm. 25.

persecutore devicit, concede propitius: ut eius orationibus sive meritis adiuvemur. Per.

*Ant.* Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. ℣ (2) Exaudi Domine iustitiam meam.

*Orat.* Deus, quo iuvante beatus Laurentius ferrea crate libratus subiecto minime cessit incendio, nam fragrantibus membris coronam est martyrii consecutus, praesta: ut omnes qui passionis eius merita veneramur, maiestatis tuae muniamur auxilio. Per.

*In Magnif.* Gratia Dei sum quod sum, et gratia eius egena in me non fuit.

*Orat.* Deus, mundi creator et rector, qui hunc diem in levitae tui Laurentii martyrio consecrasti, exaudi propitius supplices tuos, et concede: ⁎ ut omnes qui martyrii eius f. 209'.
merita veneramur, intercessionibus eius ab aeternis gehennae incendiis liberemur. Per.

*Psall.* Manducabunt pauperes, et saturabuntur; et laudabunt Dominum qui requirunt eum.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus: vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum.

Ad Vigilias. ℟ *diac.* Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in saeculum saeculi: cornu eius exaltabitur in gloria. ℣ Gloria et divitiae in domo eius, et iustitia eius manet in saeculum saeculi: cornu. *Ant.* Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem ardentem. ℣ (3) Benedic.

*Orat.* Deus, cuius claritatis ardore beatus Laurentius levita et martyr edaces incendii flammas contempto persecu-

6. fragrantibus: flagrantibus, Q. U. V. M. — 8. passionis: martyrii. Q. U. V. M. — 12. creator et rector: auctor et conditor. Q. — 18. M. *add.*: « *Eundo in eccl. hyemalem* (*ps. 21*). Deus, Deus meus respice in me. » — 21. M. *add. seq. rubr.*: « Quando redeunt in ecclesiam hyemalem, ostiarius ebdomadarius cum observatoribus, pulsant tintinnabula donec perveniant in ipsam ecclesiam: Et in Vigilia Sanctorum Petri et Pauli, et Nazarii et Celsi. » — 22. ℟ *diac.*: ℟ *archidiac.* M. — 27. Deus, cuius, etc.: M. *hoc loco ponit orat.* Annue quaes. (v. *infra*). — claritatis ardore: ardore claritatis. Q.

(2) Psalm. 16. (3) Psalm. 103 (teste cod. M. cum all. codd.)

tore devicit, concede: ut omnes qui martyrii eius merita veneramur, protectionis tuae muniamur auxilio. Per.

℟ Hic est beatus Laurentius, qui pro ope Ecclesiae semetipsum tradidit; propterea meruit patibulum ignis: ut laetus ascenderet ad Dominum Ihesum Christum. ℣ Ait autem iudici, Disce, miser, quanta sit virtus Domini Ihesu Christi: ut laetus. *Ant.* Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in saeculum saeculi. ℣ (4) Beatus vir qui timet.

*Orat.* Beati martyris tui Laurentii nos, quaesumus, Domine, foveant continuata praesidia: quia non desinis propitius intueri quos promissis auxiliis concesseris adiuvari. Per.

℟ Quid saevis, Caesar impie, Laurentium extinguere? ex hoc debes cognoscere, quia non vincis, sed vinceris; ignis
f. 210. ardor extin-‡-guitur: et assatus non laeditur. ℣ Extensus in craticula clamans voce levitica, Deo reddidit spiritum: et assatus. *Ant.* Gratia Dei sum. ℣ (5) Deus in adiutorium.

*Psallent.* Carbones succensi sunt sub eo. II. Posuit Dominus. III. Vitam petiit te. IIII. Magna gloria. V. Super iram. VI. Posuit coronam. VII. Desiderium animae. VIII. Levita de tribu. *Post Kyr.* Proba me Domine ℟ Meruit esse hostia Christi levita Laurentius, qui dum assaretur non negavit Dominum: et ipse inventus est sacrificium et minister. ℣ Spectaculum pulcherrimum; egena cogit agmina, inopesque monstrans praedicat, Hi sunt opes Ecclesiae: et ipse.

*Orat.* Annue nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati levitae et martyris tui Laurentii veneranda solemnitas, et devotionem nobis augeat et salutem. Per Christum.

*Psallent.* Et si coram hominibus. II. Desiderabiliora sunt. III. Super salutare tuum. IIII. Dominus scit viam meam. V. Ignitum eloquium. VI. Gratias ego Deo meo. VII. In craticula sanctum. *Post Kyr. cum Gloria.* Igne me examinasti. ℟ Stans ad ignem craticulae, circumdedit eum chorus

3. ℟: ℟ *diac.* M. — 9. Beati, etc.: *in* M. *or.* Da nobis. *ut infr.* — 14. ardor: ardore. *R 2 m.* — 17. *Psallent.: Psallent ad S. Eustorgium.* M. — 20. tribu: M. *add.* « ℣ Qui suum sanguinem. » — ℟: ℟ *not.* M. — 25-27. *In* M. *hoc loco or.* Indulgentiam (v. *infr.*) *cui add. seq. rubr.* « Finita orat., Archiepiscopus cum toto clero intrat canonicam sci Eustorgii, et ibi honorifice accipiunt potum tribus vicibus datum a canonicis ipsius ecclesiae. » — 28. *Psallent.: Processio ad S. Genesium.* M. — 32. ℟: ℟ *lect.* M,

(4) Psalm. 111. (5) Psalm. 69.

sanctorum. ℣ Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob: chorus sanctorum.

*Orat.* Indulgentiam tuam, Domine, nobis, quaesumus, sancti Laurentii postulet grata precatio: per dilectissimum Filium tuum Deum et Dominum et Salvatorem nostrum, qui tecum.

*Psallent.* Non me derelinquere. *Post Kyr. cum Gloria.* Veni fidelissime.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Stans ad ignem. ℣ Exaudiat te. *Ad lect.* ℟ Hic est beatus Laurentius. ℣ Ait autem iudici. ℟ Meruit esse. ℣ Spectaculum pulcherrimum. *In Benedictus.* Gratia Dei sum quod sum. *In Benedicite.* Qui facit angelos.

*Orat.* Annue, quaesumus, omnipotens Deus: ut sicut beatus levita et martyr † tuus Laurentius ignium globos, te f. 210v.
protegente evasit, ita fidelis populus huius adversitatem saeculi, te auxiliante evadat. Per.

*In Laudate.* Dispersit dedit. *Cap.* Non me derelinquere.

Mane *Psallent. Ant.* I. Carbones succensi sunt sub eo: intonuit de caelo Deus, et dedit vocem suam. ℣ (6) Di-

3. Indulgentiam: M. *habet or.* Deus mundi creator, etc. — 5. et Dominum: Dominum. Q. U. V. W. M. — 7. *Psallent.*: *Psallent. ad S. Laurent.* M. — 8. M. *add. seq. rubr.*: « Tunc magister scholar. facit Letaniam cum quatuor pueris ante altare S. Laurentii; et in ordinatione S. Ambrosii: similiter et in Vigiliis SS. Protasii et Gervasii, et S. Petri, et SS. Nazarii et Celsi. Seq. orat. *Beati mart. tui Laur.*, etc. (*ut sup.*). Finita Vigilia, duo minores cicendelarii debent portare duo turribula in ecclesiam maiorem in secretarium. » — 14. *Orat.* Annue, etc.: M. *om. utpote quae sumenda ex praeced.* — 15 beatus levita.... Laurentius: beatus Laur. levita.... Q. V. W. — 19. Mane: M. *add. seq. rubr.* « Mane facto, et sonito signo, Archiepiscopus cum Diaconibus et Subdiaconibus indutis sacris vestibus quasi ad Missam canendam, et cum presbyteris induti (sic) planetis, manipulis per capitium emissis, cum praedictis diaconibus: similiter etiam cum primicerio presbyterorum et lectorum, et cum illo qui fert textum Evangelii, et crucem auream, et scuticam S. Ambrosii, omnes induti pluvialibus, ad S. Laurentii ecclesiam vadunt. Et sciendum quia minor lectorum debet portare in hoc festo textum Evangeliorum: et in ordinatione S. Ambrosii, et in S. Stephani, et in Depositione S. Ambrosii, et alius lector qui est post hunc portat Evangelium. In ceteris vero festivitatibus portat minor custos octo minorum. »

(6) Psalm. 17.

ligam te. II. Anima mea. III. Posuit Dominus. IIII. Vitam petiit te. V. Magna gloria eius. VI. Super iram inimicorum. VII. Posuit coronam. VIII. Desiderium animae. VIIII. Dedisti eum. X. Loquebar. XI. Levita de tribu. XII. *foris muros.* Desiderabiliora sunt Deus. XIII. Proba me Domine. XIIII. Et si coram hominibus. XV. Igne me examinasti. XVI. Super salutare tuum. XVII. Qui facit angelos. XVIII. Dominus scit viam meam, et probavit me, sicut aurum quod per ignem transit: vestigia eius secutus est pes meus: vias eius custodivi, et non declinavi ex ea. XVIIII. Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud. XX. Ossa mea sicut frixorio confrixa sunt. XXI. Gratias ago Deo meo, quia hostia Christi effici merui: accusatus non negavi, interrogatus Christum confessus sum. XXII. Interrogatus, te, Domine, confessus sum: assatus gratias ago. XXIII. Gratia Dei sum quod sum. XXIIII In craticula sanctum Deum non negavi, et ad ignem applicatus Christum confessus sum: probasti cor meum, et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. XXV. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in saeculum saeculi. XXVI. Non me derelinquere, pater sancte; quia iam thesauros expendi quos tradidisti mihi. *Post Kyr. cum Gloria.* XXVII. Veni, fidelissime, bone dispensator: suscipiant te angeli Dei.

AD MISSAM. *Ingr.* Dispersit dedit. *Psalmell.* Probasti, Domine, cor, et visitasti nocte. ℣ Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. ℣ *in All.* Dispersit dedit
f. 211. pauperibus: iustitia eius manet ⁑ in saeculum saeculi. *Ant. ante Evang.* Non me derelinquere. *Post Evang.* Probasti, Domine, cor meum, et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. *Offer.* Exaudita est oratio mea, Domine; et ideo peto, ut detur locus voci meae in caelo, quia ibi est iudex meus et conscius meus in excelso: ascendat ad Dominum deprecatio mea. ℣ Probavit me Dominus sicut aurum; vias eius custodivi, et a praeceptis

5. *muros: muros post Kyr.* M. — 10. custodivi.... declinavi: custodivit.... declinavit. Q. T. V. — 15. assatus: *om.* U. — 24. Dei: mei. M. — 25. dedit: *in all. codd. per extensum:* pauperibus: iustitia eius manet in saeculum saeculi: cornu eius exaltabitur in gloria. — 27-29. M. *suis loc. add.:* « (*Ep*) *Ad Cor. II, Diac.* Qui parce seminat, parce. ℣ *in all., diac.* Dispersit.... *Ant. ante Ev....* (*Ev.*) *Sec. Iohan., Archidiac.* Nisi granum frumenti cadens in terram. » — 33-34. excelso: excelsis. U.

eius non discessi: ascendat. ℣ Liberavi pauperem de manu potentis, et orphanum qui sine adiutorio fuit; ego eram illi auxiliator; os autem viduae benedixit me semper: ascendat. *Confr.* Domine quinque talenta. *Trans.* Fidelis servus.

Ad Vesperas. *Ad S. Laurentium. Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas: ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. ℟ Meruit esse hostia. ℣ Spectaculum. *Ant.* Dispersit dedit. ℣ (7) Beatus vir qui timet. *Psall. ad S. Ypolitum.* In craticula sanctum. *Complet.* Sancti tui Domine (*Al.*) Benedictus. *Psall. ad S. Mariam.* Gratia Dei sum. ℣ (8) Magnificat anima. *Ad S. Genesium.* Non me derelinquere. *Complet.* Sancti tui Domine.

## PRIDIE IDUS AUGUSTI.
## NATALIS SANCTORUM YPOLITI ET CASSIANI.

Ad Vesperas. *Lucern.* Timete. ℣ Benedicam. *Ant. in choro.* Iusti epulentur. ℟ Veruntamen iusti. ℣ Eripe me Domine. *Ant.* In conspectu sanctorum. ℣ (1) Confitebor tibi: quia exaudisti.

*Orat.* Intercessio, Domine, beati Ypoliti martyris tui: et tuam nobis non desinat placare iustitiam, et nostrum tibi devotum efficere famulatum. Per.

*Ant.* Pretiosa. ℣ (2) Credidi.

*Orat.* Sancti martyris tui Ypoliti, Domine, quaesumus: veneranda festivitas, salutaris auxilii nobis praestet augmentum. Per.

1. Liberavi: Liberavit. Q. U. V. — 2-3. ego.... auxiliator. *om.* U. — 4. M. *add. seq. rubr.:* « Finita Missa, omnis chorus maioris ordinis debent prandere cum archiepiscopo in domo, excepta S. Ambrosii schola. — In eodem die sonito vespere, omnes vadunt ad Vesp. ad S. Laurentium. Illo finito, omnes habent fruges a scario, vinum a praesule. Similiter in S. Euxebio, et Ypolito et Cassiano, et Genesio, in Vigiliis. » — 10. *Psall.: Seq. orat., deinde ad S. Ypolitum psallenda.* M. — 12. Benedictus. *Psall.: al.* Benedictus es Dne. *Seq. orat. in maiori tono. Ant. in Magnif. eundo ad S. Mariam.* M. — 13. anima: M. *add. seq. orat., Psallenda ad S. Genesium.* — 14. M. *add.: al.* Benedictus es, *Seq. oratio recta.* — 25. Sancti, etc. M. *ponit tertio loco.* — Domine, quaesumus: quaes. Dom. Q. V. W.

(7) Psalm. 111. (8) Cant. B. V. (1) Psalm. 137. (2) Psalm. 115.

*In Magnif.* O Ypolite, si credis in Filium Dei, thesauros tibi ostendo, et vitam aeternam promitto.

*Orat.* Auxilium tuum, Domine, quaesumus, nobis placatus
. 211'. impende : et intercedente beato Cassiano martyre tuo, ✠ dexteram super nos tuae propitiationis extende. Per.

*Psall.* Hi in curribus et in equis, nos autem in nomine Domini.

*Orat.* Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et intercedente beato martyre tuo Cassiano: ab hostium nos defende propitiatus incursu. Per.

*Ad Vigilias et ad Matut.* ℟ *et ant. req. de plur. martyrum.*

AD MISSAM. *Ingr.* Iesus, lumen claritatis et stella splendida, iube me recipi in loco in quo recepisti beatum Laurentium. *Psalmell.* Gloria et honore. ℣ Domine Dominus. ℣ *in All.* Pretiosa in conspectu. *Post Evang.* Iustus velut palma. *Offert.* In virtute tua. *Confr.* In salutari tuo. *Trans.* Magna est.

## DIE XV. MENSIS AUGUSTI. TRANSL. SS. SISINII MARTIRII ET ALEXANDRI ET DEPOSITIO SANCTI SIMPLICIANI.

[IN VIGILIIS]. AD MISSAM. *Ingr.* Vir iste custodivit. *Cant.*

3. quaesumus : *om.* Q. — nobis : *om.* M. — 6. et : et hi. U. V. M. — 10. M. *habet per extensum :* « AD MATUT. ℟ *post hymn.* Gaudete iusti. ℣ Confitemini Dno. ℟ *inter. lect.* Coronam gloriae. ℣ Induit sanctos suos. ℟ Exultabunt sancti. ℣ Cantate Dno. *In Benedictus.* O Ypolite. *In Benedicite.* Sancti et humiles. *In Laud.* In sanctis eius. *Cap.* Mirabilis Deus. *Psall.* Hi in curribus et hi. [MANE]. *Ad Psallent. Ant.* I *ad S. Laurentium.* Iustorum animae. ℣ (*ps. 32*). Gaudete iusti. II. Clamaverunt iusti. III. Oculi Dni. IIII. Sanctis qui in terra sunt. V. Facti sunt Dne. VI. Sancti tui, Dne, magnificant te. VII. Sanctis tuis, Dne, Angelorum. VIII. Quis in nubibus. VIIII. Ad honorem sanctorum. X. Sancti tui, Dne, florebunt. *Foris muros. Ant.* I. Sanctorum memoriam colimus. II. Gaudete gaudio. III. Tradiderunt santi corpora. IIII. Amen dico vobis. V. Congregamini omnes. *Post Kyr. cum Gloria, ad S. Cassianum.* Posuisti Dne in capite. *Observatores ibi canunt Missam : Ingr.* Iustus non conturbabitur. ℣ *in All* Posuisti in capite eius. *Finito Evang., ad S. Ypolitum psallent.* Hi in curribus. *Post Kyr. cum Gloria.* O Ypolite. *Ingr.* Iesus, etc. » — 14. M. *suis loc. add.:* « *Ep. ad Tim.* I. Gratias ego ei qui me confortavit. ℣ *in All.* Pretiosa.... *al.* Venite et audite. (*Ev.*) *Sec. Lucam.* Assumpsit Dnus Ihesus duodecim discipulos. » — 16. M. *add.:* « *Aliud.* Laudate Deum. » — 19. M. *add. seq. rubr.* « In Vigilia S. Simpliciani, Abbas eiusdem monasterii dat prandium ebdomadariis tantum pro Missa et Vespere et Vigilia, aut sol. XIII. Pro Psalmis vero inter omnes sol. XI, qui ita dividuntur, etc. » (ut in *Beroldo*, ed. Magistretti, a p. 28, l. 30, ad p. 29, l. 4).

Nisi quod Dominus. *Offert.* Gloriabuntur in te. *Confr.* Qui me confessus. *Trans.* Laudate Dominum.

Ad Vesperas. *Lucern.* Signatum est. ℣ Dedisti laetitiam.

*Hymn.* Summi vatis praeconium: Simpliciani canimus: qui vitae cursum explicans: confessor Dei extitit.

Tunc sacer ille praecessor: insignivit Ambrosius: vicarium sedis dignum: praedixit tunc oraculo.

O quam felix successio: praeclara nunc haereditas: signifera missa voce: trinis modis distinctio.

Laetus pastor grandaevus: sed licet simplex moribus: sanctitas comes fuit: ab annis puerilibus.

Doctrina potens claruit: toto orbe notissimus: multa tractans divina: ingentia volumina.

Augustinus scriptis pulsat: ut agitet ingenium: quaestionum; ludit forma: epistolari problema.

Verbum Dei fructificans: in populorum cordibus: ‡ prae- f. 212.
latus Romae habitus: praedicator egregius

Multitudo innumera: per eum baptizata est: quos inter rethor famosus: et Victorinus credidit.

Ecclesiae arce pollens: hanc aulam Christo condidit: Ambrosius mittens caecum: huc dalmatino littore.

Ocius ille venit: lumen recepit eminus: Sisinii, Martirii: meritis et Alexandri.

Gloria tibi.

℟ Isti sunt viri sancti. ℣ Ecce quam bonum. *Ant.* Laboravit. ℣ (1) Audite haec.

*Orat.* Impetret, quaesumus, Domine, fidelibus tuis auxilium pietatis, oratio beatissimorum martyrum tuorum Sisinii, Martirii et Alexandri, sed et sacerdotis et confessoris tui Simpliciani: ut in quorum solemnitate sumus devoti, facias nos propitius in eorum perpetua esse sorte participes. Per.

*Ant.* Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. ℣ (2) Beati omnes.

1. Dnus: M. *add. tantum init. Evang.* « *Sec. Math.* Vigilate. » — 3. M. *add.:* « *Ant, in choro.* Laetabitur iustus. » — 6. Tunc: Hunc. Q. U. V. W. *1 ma.*. M. *ex corr.* — 13. ingentia: *corr. ex* gentia. — 14. Augustinus: Augustinum. Q. V. M. — 15. forma: *corr. ex* formam. — 21. huc: hunc. Q. U. — 25. ℟: ℟ *cum infant.* M. — 31. perpetua esse sorte: sorte perpetua esse. V.

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 127.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut beatissimorum martyrum tuorum Sisinii, Martirii et Alexandri, sed et sacerdotis et confessoris tui Simpliciani, et imitatione te duce mereamur sectari, et oratione tueri. Per.

*In Magnif.* Euge serve bone.

*Orat.* Deus, qui ad deprecandum te nostrae conscientiae perspicis non sufficere facultatem, cunctos martyres et confessores tuos fac pro nobis exorare: qui tibi digne possint pro nostris actibus supplicare. Per.

*Psall.* Sancti tui, Domine, laetentur propter David servum tuum.

AD VIGILIAS. ℟ Isti sunt sancti martyres. ℣ Sancti omnes per fidem. *Ant.* Pastor magne. ℣ (3) Dilexi quia f. 212'. audiet. ℟ II. Lex veritatis. ⁑ ℣ Manus enim. *Ant.* Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes in manibus vestris, dicit Dominus. ℣ (4) Gaudete iusti. ℟ Isti sunt triumphatores. ℣ Isti sunt qui laverunt stolas suas in sanguine. *Ant.* Confessor sancte. ℣ (5) Beatus vir qui timet. *Psallent.* Iustorum animae. II. Iocundus homo. III. Clamaverunt. IIII. In via peccatorum. *Post Kyr.* Ecce dedi potestatem. ℟ Beatus vir. ℣ In mandatis. *Psallent.* Facti sunt Domine. II. Confessio eius. III. Gaudete gaudio. *Post Kyr. cum Gloria.* Beatus ille servus.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Iustorum animae. ℣ Etsi coram hominibus. ℟ *ad lect.* Vidi sanctos congregatos. ℣ Sub umbra Domini. ℟ Lex veritatis. ℣ Manus enim. *In Benedictus.* Confessor sancte. *In Benedicite.* Sacerdotes

3. te: *1 ma.* et. — 4. duce: ducem. Q. T. U. V. — 8. tuos: *om.* Q. — 11. M. *add.:* « ℣ (*ps. 131*). Memento Dne David. *Al.* (*ps. 32*) Gaudete iusti. » — 12. ℟: ℟ *Subdiac.* M. — 14. ℟ II: ℟ *not.* M. — 16. ℟: ℟ *Lect.* M. — 18. M. *add. seq., pro Vig. Dedic. eccl. S. Io.:* « *Ad S. Iohannem. Ant.* Audi Israel quam. ℟ *not.* Hierusalem civitas. ℣ Lauda Hierusalem. *Ant.* Dne dilexi decorem. ℣ (*ps. 25*). Iudica me Dne quoniam. ℟ *lect.* Iste locus erit vobis. ℣ Haec est domus. *Ant.* Sanctificavit Dnus tabernaculum. ℣ (*ps. 45*). Deus noster refugium. ℟ *not.* Vidi portam civitatis. ℣ Hierusalem civitas sancta. *Ant.* Sanctum est templum. ℣ (*ps. 64*). Te decet hymnus. *Ad S. Stephanum. psallent.* Iustorum animae, etc. » *ut in* R. — 21. ℟: ℟ *lect.* M. — *Psallent: Ad S. Simplic.* M.

(3) Psalm. 114. (4) Psalm. 32. (5) Psalm. 111.

Domini benedicite. *In Laudate.* Sint lumbi vestri. *Psall.* Sacerdos et pontifex.

Mane. *Psallent. Ant.* I. Sacerdotes tui. ℣ [6] Memento Domine. II. In via peccatorum. III. Sanctis qui in terra sunt. IIII. Benedicta confessio. V. Facti sunt Domine. VI. Confessio et pulchritudo. VII. Dico antem vobis. VIII. Qui audit verba. VIIII. Fratres mei. X. Confessio eius. XI. *foris muros.* Quanta virtus. XII Similabo eum. XIII. Ad honorem. XIIII. Sacerdos et pontifex. XV. Nolite timere pusillus. XVI. Confessus bonam. XVII. Gaudete gaudio. XVIII. Beatus ille. XVIIII. Sint lumbi vestri. XX. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce odor sanctorum.

Ad Missam. *Ingr.* Sacerdos iste de toto corde oravit ad Dominum : manus suas extendens ad inopem, et palmas suas aperuit pauperi, et dilexit Deum qui fecit illum. *Psalmell.* Gloriosus Deus. ℣ Dextera tua. ℣ *in All.* Gaudete, iusti, in Domino, rectos decet collaudatio: confitemini Domino in cythara, in psalterio decem cordarum psallite ei. *Post Evang.* Gratia Dei et misericordia in sanctos eius; data est a Domino potestas eius: iusti in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum: quoniam dextera sua teget eos et brachio suo defendet illos. *Offer.* Veritas mea. *Confr.* Beati servi, quos cum venerit Dominus eius invenerit vigilantes: amen, dico vobis, super omnia bona sua constituet eos. *Transit.* Multitudo sanctorum simul.

1. vestri : M. *add.:* « *Cap.* Mirabilis Deus. » — 12. *Gloria :* M. *add. seqq.* « *Ad S. Iohannem.* Audi Israel quam. *Presbyter cardinalis observator hic debet cantasse missam usque ad epistolam super altare S. Iohannis, de dedicatione ecclesiae minoris. Post haec statim cum intrant chorum S. Iohannis, puer magistri scholarum canit All. cum* ℣ : ℣ *in All* Templum Dni sanctum est. *Diac. observator dicit Evang. Sec. Lucam.* Egressus Dnus Ihesus perambulabat. — *Ad S. Simplicianum. Post Kyr. cum Gloria.* Ecce odor, etc. » *ut in* R: — 14. extendens : extendit. M. Q. T. U. — 23. eius : *dele, cum.* Q. T. V. M. — 25. M. *add. rubr.* « Finita Missa omnes presbyteri et diaconi cardinales, et subdiaconi, et primicerius decumanorum, et primicerius notariorum cum suis notariis, et primicerius lectorum, omnes isti cum singulis clericis, et sexdecim lectores cum sexdecim custodibus, et duo pueri qui cantaverunt psalmell. et IIII magistris scholarum cum singulis clericis, debent honorificentissime reficere in monasterio S. Simpliciani. »

(6) Psalm. 131.

## EODEM DIE. ASSUMPTIO SANCTAE MARIAE.

AD VESPERAS. *Lucern.* Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te eripiar. *Hymn.* Mysterium Ecclesiae. ℟ Sicut
f. 213. cedrus. ℣ Mirra†gutta. *Ant.* Ego autem sicut oliva. ℣ (1) Deus in nomine tuo.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui terrenis corporibus Verbi tui veritatis Filii Unigeniti, per venerabilem ac gloriosam semperque Virginem Mariam, ineffabile mysterium coniungere voluisti, petimus immensam clementiam tuam: ut quod in eius veneratione deposcimus, te propitiante consequi mereamur. Per enudem.

*Ant.* Propter veritatem. ℣ (2) Eructavit cor.

*Orat.* Deus, qui spe salutis aeternae, beatae Mariae virginitate fecunda, humano generi praemia praestitisti, tribue, quaesumus: ut ipsam pro nobis intercedere apud te sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere. Per eundem.

*In Magnif.* Exaltata est sancta Dei.

*Orat.* Concede nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ad beatae Mariae semper virginis gaudia aeterna pertingere, de cuius nos veneranda assumptione tribuis annua solemnitate gaudere. Per.

*Psall.* Hortus conclusus.

*Orat.* Intercessio, quaesumus, Domine, beatae Mariae semper virginis munera nostra commendet: nosque in eius veneratione, tuae maiestati reddat acceptos. Per.

AD VIGILIAS. ℟ Pulchra facie. ℣ Audi filia. *Ant.* Ego autem. ℣ (3) Deus in nomine tuo. ℟ Regnum mundi. ℣

3. eripiar: M. *add.:* « *Ant. in ch.* Laetamini caeli. » — ℟ : ℟ *subd.* M. — 13. Deus: *in* M. *or.* Concede nobis, etc. v. *inf.* — spe: *om.* T. — 18. *In* M. *seq. or.:* Deus, qui virginalem aulam, b. Mariae, in qua habitares, eligere dignatus es, praesta, quaes.: ut sua nos defensione munitos, iocundos suae faciat interesse festivitati. Qui vivis. — 23. *In* M. *seq. or.:* «Concede, misericors Deus, fragilitati nostrae subsidium : ut (qui) sanctae Dei genitricis assumptionem colimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per.» — 26. ℟ : ℟ *subdiac.* M. — 27. tuo: M. *add. seq.:* « *Orat.* Imploramus clementiam tuam, Dne Deus noster: ut qui gratiam Dei genitricis petimus, a cunctis malis imminentibus, eius intercessionibus, liberemur. Per.» — ℟ : ℟ *not.* M.

(1) Psalm. 53. (2) Psalm. 44. (3) Psalm. 53.

Eructavit cor. *Ant.* Exaltata est. ℣ (4) Eructavit cor. ℟ Circumdedit me. ℣ Virtus mea. *Ant.* Hodie Maria virgo. ℣ (5) Fundamenta eius. *Psallent.* Virgo Dei Genetrix. ℟ Sancta Dei Genitrix. ℣ Deprecare pro nobis. *Psallent.* Exultavit spiritus meus. *Post Kyr cum Gloria.* Super salutem et omnem.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Beata et venerabilis. ℣ Caeli terrae. *Ad lectiones.* ℟ Pulchra. ℣ Audi filia. ℟ *cum fant.* Vidi speciosam. ℣ Ascendebat per desertum. *In Benedictus.* Hodie Maria. *In Benedicite.* Exaltata est. *In Laudate.* Super salutem. ✠ *Psall.* Hortus conclusus Dei. f. 213'.

Mane. *Psallent.* *Ant.* I. Ortus conclusus Dei genitrix, ortus conclusus, et fons signatus. II. Revertere, revertere Sunamitis; revertere, revertere, ut intueatur te. III. Hodie Maria virgo caelos ascendit: gaudete, quia cum Christo regnans in aeternum. IIII. Exaltata est sancta Dei genitrix super choros angelorum ad caelestia regna. V. Surge, aquilo, et veni, auster: perfla hortum meum, ut fluant aromata. VI. Sub tuam misericordiam. VII. Sub tua protectione. *Post Kyr. cum Gloria.* Super salutem et omnem pulchritudinem electa es a Domino, sancta Dei genitrix.

Ad Missam. *Ingr.* Feci iudicium. *Psalmell.* Dilexisti iustitiam. ℣ Propterea. ℣ *in All.* Diffusa est gratia. *Post Evang.* Ipsi sum sponsata. *Offert.* Afferentur regi. *Confr.* Laetare virgo. *Transit.* Magnificamus te Dei.

1. M. *add. seq.:* « *Or.* Veneranda nobis, Dne, huius diei est festivitas, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem: quae Filium tuum Dom. nostrum de se genuit incarnatum. Qui tecum et cum Spiritu ». — ℟: ℟ *lect.* M. — 3. ℟: ℟ *nol.* M. — 4. M. *add. seq. Or.* Magna est, Dne, apud misericordiam tuam Dei genitricis oratio; quam idcirco de praesenti saeculo transtulisti, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Qui vivis. » — 5-6. *Post....* omnem : M. *add.:* « II. Hortus conclusus. III. Surge aquilo. IIII. Revertere, revertere. *Post Kyr. cum Gloria.* Super salutem. *Oral.* Omnip. sempiterne Deus, qui gloriosae Virg. Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante praeparasti, da: ut cuius assumptione laetamur, eius pia intercessione ab instantibus malis omnibus eorum (*sic; lege,* et a) morte perpetua liberemur. Per. in unitate eiusdem, » — 8. ℟ Pulcra, etc.: M. *ponit post lect.* II. — 11. salutem : M. *add.* « *Cap.* Pulchra facie et pulchrior. » — 14. intueatur : intueamur. T. U. V. M. — 22. M. *suis locis add.:* « *Lect. libri Sapientiae.* In omnibus requiem.. . (*Ep.*) *ad Cor. II.* Qui gloriatur, in Dno.... (*Ev.*) *Sec. Lucam.* Intravit Dnus Ihesus quoddam castellum. » — 24. regi : M. *add :* « *al.* Vidi speciosam. »

(4) Psalm. 44. (5) Psalm. 86.

## DIE XVII. MENSIS AUGUSTI.
## SANCTORUM MAMETIS ET AGAPITI.

Ad Vesperas. *Lucern.* .... ℣ .... *Ant. in choro.* Iusti epulentur. ℟ Verumtamen iusti. ℣ Eripe me Domine. *Ant.* Virga tua et baculus tuus, ipsa me, Domine, consolata sunt. ℣ (1) Dominus regit me.

*Orat.* Auxilium tuum nobis, Domine, placatus intende: et interventu beatorum martyrum tuorum Mametis et Agapiti, dexteram tuam super nos tuae propitiationis extende. Per.

*Ant.* Non tradas bestiis animas, Domine, confitentium tibi. ℣ (2) Ut quid Deus repulisti.

*Orat.* Sanctorum martyrum tuorum Mametis et Agapiti merita nos, Domine, pretiosa tueantur: in quibus tuae maiestatis opera praedicantes, et praesens capiamus adiutorium et futurum. Per.

*In Magn.* Respexit Dominus. *Psall.* Iusti et sancti in Domino.

*Ad Vigilias.* ℟℟ *et aliae ant. de plur., et ad Matutinum alia omnia de plurium.*

3. *Lucern....*: *Luc.* Timete Dnum. ℣ Benedicam Dnum. — 7. nobis, Domine, placatus intende: n., D., quaesumus, pl. inpende. Q. V. T.; D., n., quaes. benignus impende. U.; n., D., pl, impende. W.; D., n., q., pl. impende. M. — 8. interventu, etc.: *1 ma;* interveniente beato (sic) Mam. et Agap. martyre tuo (sic); intercedentibus beatiss. martyribus tuis. Q. V. W. — 9. tuam. *om.* U. V. — 13. pretiosa tueantur: tueantur pretiosa. M. — 14. et praesens: praesens. W. — 19. *Ad Vigilias, etc.* M. *om. rubr., haec add.* « *Ad Matut.* ℟ *p. hymn.* Gaudete iusti in Dno. ℣ Confitemini Dno. ℟ *int. Lect.* Vidi sanctos. ℣ Sub umbra. ℟ Exultabunt sancti. ℣ Cantate Dno canticum. *In Benedictus.* Gaudete sancti. *In Benedicite.* Virga tua. *In Laud.* Non tradas. *Cap.* Mirabilis. *Psall.* Sancti tui Dne florebunt. *Al.* Ecce odor sanctorum Dei. — *Mane ad Psallent.* Iustorum animae. ℣ (*ps. 32*) Gaudete iusti. II. Clamaverunt iusti. III. Oculi Dni. IIII. Sanctis qui in terra sunt. V. Facti sunt Dne. VI. Sancti tui Dne florebunt. *Foris muros. Ant.* I. Sanctorum memoriam. II. Gaudete gaudio. III. Congregamini omnes. IIII. In consilio iustorum. V. Virga tua. VI. Non tradas. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce dedi. (*Ad Missam Epist.*) *ad Cor. I.* Quis militat. (*Evang.*) *Sec. Math.* Abeuntes pharisaei. »

(1) Psalm. 22. (2) Psalm. 73.

## DIE XXIIII. MENSIS AUGUSTI.
## NATALIS SANCTI BARTHOLOMEI.

✠ Ad Vesperas. *Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir. f. 214.
*Aliud.* Lux orta est. ℣ Dominus regnavit. ℟ Posuit coronam. ℣ Benedictus. *Aliud.* Clarus martyr Bartholomeus. ℣ Beatus vir qui non. *Ant.* Clamabat daemon: apostole Dei incendunt me orationes tuae. ℣ (1) Omnes gentes.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui huius diei venerandam sanctamque laetitiam beati apostoli tui Bartholomei festivitate tribuisti, da Ecclesiae tuae, quaesumus: et amare quod credidit, et praedicare quod docuit. Per.

*Ant.* Beatum apostolum caesum flagellis iussit tyramnus excoriari. ℣ (2) Domine probasti.

*Orat.* Supplicationibus apostolicis beati Bartholomei, Domine, quaesumus, Ecclesiae tuae commendetur oratio: cuius magnificis praedicationibus eruditur. Per.

*In Magnif.* Genibus flexis centum per diem et centum per noctem orabat Dominum. *Psall.* Apostole Domini, Bartholomee laudande, qui virtutum gratia regiam curasti puellam, et languenti populo dedisti salutem.

Ad Vigilias. ℟ Ante te. ℣ Eripe me. *Ant.* Subiecit. ℣ (3) Omnes gentes. ℟ Coronam gloriae. ℣ Induit sanctum. *Ant.* Nimis honorandi. ℣ (4) Domine probasti. ℟ Regnum Dei. ℣ Regnum tuum. *Ant.* Genibus flexis. ℣ (5) Caeli enarrant. *Psallent.* Missus sum apostolus a Domino. ℟ Gloria et honore. ℣ Domine Dominus. *Psallent.* Te laudant. *Alia.* Bartholomeus templum daemonis ingressus fallacis, cominus ora conclusit, praepotens solus daemon nullis quos laeserat subvenit: medicus enim aderat, verbo mentes quoque sanare corpora.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Iustus ut palma. ℣ Bonum

4. *Aliud. . .* regnavit: M. *om., sed add.* « *Ant. in ch.* Laetabitur iustus. » — 5-6. *Aliud....* non: M. *om.* — 8-9. venerandam sanctamque: sanctam venerandamque. V. W. — 15. Ecclesiae tuae commendetur: Ecclesiam tuam commendet. T. — 21-30. Ad Vigilias. ℟, etc.: M. *om., remittens, ut credo, ad Commune Sanctorum.* — 28. solus: solum. Q.; horum. U.

(1) Psalm. 46. (2) Psalm. 138. (3) Psalm. 46. (4) Psalm. 138. (5) Psalm. 18.

est. *Ad lect.* ℟ Coronam gloriae. ℣ Induit. ℟ Regnum Dei. ℣ Regnum tuum. *In Benedictus.* Genibus flexis. *In* f. 214v. *Benedicite.* Subiecit. *In Laudate.* In hoc cognoscent. ⁑ *Capit.* Missus sum apostolus. *Psalm. directus.* Beatus vir qui timet. *Psall.* Bartholomeus.

MANE. *Psallentium. Ant.* I. Missus sum apostolus a Domino. II. Bene annunciavi. III. Super iram. IIII. Desiderabiliora sunt. V. Protexit me. VI. A finibus terrae ad te clamavi. VII. Te laudant montes. VIII. Subiecit. VIIII. Bartholomeus templum. X. Clamabat daemon. XI. Beatum apostolum. XII. Genibus flexis. *Post Kyr. cum Gloria.* Apostole Domini Bartholomee.

AD MISSAM. *Ingres.* Regis nata Pollimii spiritu libera vexata immundo; doloque daemonico noto credidit Pollimius. *Psalmell.* Constitues eos. ℣ Pro patribus tuis. ℣ *in All.* Dilectus Christi famulus fidei gratiam prodidit gentibus. *Post Evang.* Subiecit populos. *Offert.* Desiderium animae. *Confr.* In salutari tuo. *Transit.* Magna est gloria.

## DIE XXV. MENSIS AUGUSTI.
## NATALIS SANCTI GENESII.

AD VESPERAS. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. ℟ Ante te Domine. ℣ Eripe me Domine. *Ant.* In conspectu tuo, Domine, sanabor dum manifestabitur mihi gloria tua. ℣ (1) Exaudi Domine iustitiam.

*Orat.* Beati martyris tui Genesii nos faciat, Domine, passio veneranda laetantes: et ut eam sufficienter recolamus, dignos efficiat. Per.

*Ant.* De torrente in via bibit, propterea exaltavit caput. ℣ (2) Dixit Dominus Domino.

*Orat.* Sancti martyris tui Genesii merita nos, Domine pretiosa tueantur: in quibus tuae maiestatis opera praedicantes, et praesens capiamus adiutorium et futurum. Per.

5. Bartholomeus: Apostole Dni. M. — 7. II: ℣ (p. 18). Caeli enarrant. II. M. — 10. Beatum, etc.: M. *ponit ante.* Bartholomeus, etc. — 11. Genibus flexis: *in* M. *post Kyr., et hoc loco.* Apostole Dni, etc. — 13-14. nata.... libera vexata: na am.... liberat vexatam. V. — 15. ℣ *in All., etc.:* M. *add.* « (*Epist.*) *ad Ephes.* Benedictus Deus. ℣ *in All.* Venite et audite. (*Ev.*) *Sec. Math.* Convocatis Dnus Ihesus duodecim. » — 23. sanabor: satiabor. Q. T. U.

(1) Psalm. 16. (2) Psalm. 109.

*In Magnif.* Incerta et occulta sapientiae tuae, Domine, manifestasti mihi. *Psall.* Generatio et generatio laudabit opera tua, Domine.

*Ad Vigilias.* ℟℟ *et antiph. de uno martyre.*

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Iustus. ℣ Bonum est. *Ad lect.* ℟ Ante te Domine. ℣ Eripe me ℟ Posuisti Domine. ℣ Vitam petiit te. *In Benedictus.* Incerta et occulta. *In Benedicite.* De torrente. *In Laudate.* In conspectu tuo. *Psall.* Generatio.

Mane. *Psallent. Ant.* i. Anima mea. ℣ (3) Exultavit. ii. Posuit Dominus. iii. Vitam petiit te. iiii. Magna gloria. v. ⁜ Posuit coronam. vi. Super iram. vii. Dedisti f. 215.
eum. viii. Desiderabiliora sunt. viiii. Desiderium animae. x. Notas mihi. xi. In conspectu tuo. xii. Incerta et occulta. xiii. De torrente. *Post Kyr. cum Gloria.* Generatio.

Ad Missam. *Ingr.* Videns beatus Genesius columbam super caput suum, dixit: Ego vere credo in eam legem per illum vivum, quem viderunt oculi mei, Dominum Iesum Christum. *Psalmell.* Posuisti super caput. ℣ Desiderium animae. ℣ *in All.* Venite et audite. *Post Evang.* Iustus velut. *Offert.* Desiderium animae. *Confr.* In salutari tuo. *Trans.* Magna est gloria eius.

## VII. KAL. SEPTEMBRIS.
## NATALIS SANCTI ALEXANDRI.

Ad Vesperas. *Luc.* Exortum est. ℣ Beatus vir. *Ant. in ch.* Laetabitur iustus. ℟ Posuit coronam. ℣ Benedictus Dominus. *Ant.* Posuisti Domine ℣ (1) Domine in virtute.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut qui beati Alexandri martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per.

*Ant.* Laetabitur iustus. ℣ (2) Exaudi Deus.

*Orat.* Annue, quaesumus, clementissime Deus, orationibus populi tui: et quos in celebritate beatissimi martyris tui

8. tuo: M. *add.* « *Cap.* Posuisti Dne. » — 13. viii: M, *om hanc ant.* — 19-20. M. *suis loc add.:* « (*Epist.*) *Ad Philipp.* Scire vos volo, quia quae circa .... (*Evang.*) *Sec. Math.* Assumpsit Dnus Petrum, Iacobum. » — 21. Desiderium, etc.: In virtute tua. M.

(3) Cant. B. V.

(1) Psalm. 20. (2) Psalm. 63.

Alexandri adesse fecisti, eius propitius precibus aeterna perfrui beatitudine concedas. Per.

*In Magnif.* Alexandri martyris festa laudamus, cuius caput milites instar montis apparuit. *Psall.* Benedictus es, Domine Deus, qui dignis cognitoribus tuis quae bona sunt tribuis.

Ad Missam. *Ingr.* Iustus non conturbabitur. *Psalmell.* Domine, praevenisti eum in benedictione dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣ Vitam petiit te, et tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi. ℣ *in All.* Posuisti in capite eius. *Post Evang.* Iustus velut. *Offert.* In virtute tua. *Confr.* In salutari tuo. *Trans.* Magna est gloria.

## V. KAL. SEPTEMBRIS.
## DEPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

Ad Vesperas. *Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir.
f. 215'. *Ant. in choro.* ✝ Laetabitur iustus. ℟ Sapientia. ℣ Iustus autem. *Ant.* Laboravit. ℣ (1) Audite haec.

*Orat.* Misericordiam tuam, Domine, nobis, quaesumus, interveniente beato sacerdote et confessore tuo Augustino clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragiis. Per.

*Ant.* In memoria. ℣ (2) Beatus vir qui timet.

*Orat.* Praesta, quaesumus, Domine: ut beati confessoris tui Augustini, cuius iugiter celebramus meritum, continuum sentiamus auxilium. Per.

*In Magnif.* Euge serve bone. *Psall.* Os iusti meditabitur.

1. propitius: *om.* M. — 4. milites: militi. T. M.; militis. Q. U. V. — 5. Deus: *om.* U. — 6. M. *add: Alia omnia require de uno martyre.* — 10. ei, etc.: ei coronam de lapide. T. V. M. — 11. M. *suis loc. add.* (*Epist.*) « *Ad Cor. II.* Ubi Spiritus Dni ibi libertas. (*Evang.*) *Sec. Iohan.* Sicut dilexit me Pater. » — 19. quaesumus: *om.* T. — 24. beati: beati sacerdotis et. W. M.

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 111.

## IIII. KAL. SEPTEMBRIS.
## DECOLLATIO AUTEM S. IOHANNIS BAPTISTAE.

Ad Vesperas. *Lucern.* Paravi lucernam. ℣ Memento Domine. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus. *Hymn.* Almi prophetae progenies. ℟ Verum dicendo, odiosus apparuit bestiae terrae; puellae saltanti imperavit mater: Nihil aliud petas nisi caput Iohannis. ℣ Noluit intelligere ut bene ageret, iniquitatem meditata est in corde suo: Nihil. *Ant.* Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo, Domine. ℣ (1) Voce mea.

*Orat.* Protegat Ecclesiam tuam, Deus, oratio veneranda beatissimi praecursoris et martyris tui Iohannis Baptistae: et cui frequentiam devotionis impendit, perpetuae poscat redemptionis effectum. Per.

*Ant.* Quid petam, mater, nisi caput Iohannis? ℣ (2) Dixit iniustus.

*Orat.* Perpetuis nos, Domine, sancti Iohannis Baptistae tuere praesidiis: et quanto fragiliores sumus, tanto magis necessariis attolle suffragiis. Per.

*In Magnif.* Puellae saltanti imperavit mater: Nihil aliud petas nisi caput Iohannis. *Psall.* Dixi iniquis, Nolite inique†agere; et delinquentibus, nolite exaltare cornu. f. 216.

Ad Vigilias. ℟ Misit Herodes rex in carcerem, ut amputaret caput Iohannis Baptistae: pro eo quod dixit ei, Non licet tibi ut habeas uxorem fratris tui adulteram. ℣ Herodias autem insidiabatur illi, et quaerebat occidere eum: pro eo. *Ant.* Educ de carcere. ℣ (3) Voce mea. ℟ Lex veritatis fuit. ℣ Manus enim. *Ant.* Verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intelligere, ut bene ageret. ℣ (4) Dixit iniustus. ℟ Verum dicendo. ℣ Noluit intelligere. *Ant.* Ferrum per-

21. Iohannis: M. *add.* « *Orat.* Beatus praecursor et mart. t. Iohannes Baptista, quaes., Dne, pro nobis intercessor existat: ut eius protegamur meritis, et intercessionibus adiuvemur. Per. » — 22. cornu: M. *hoc loco add. or.* Sancti Iohannis, etc. (v. *infr.*). — 27. mea: M. *add.* « *Orat.* Adesto, Dne, supplicationibus nostris: et intercessione beatiss. Praecursoris et mart. t. Iohannis Bapt., confidenter tribue consequi, quod sperare donasti. Per. »

(1) Psalm. 141. (2) Psalm. 35. (3) Psalm. 141. (4) Psalm. 35.

transivit animam eius, donec veniret verbum eius. ℣ (5) Confitemini Domino et invocate. *Psallent.* In saecula gaudebo. II. Educet sicut lumen. *Post Kyr.* Verba oris. ℟ Beatus vir. ℣ In mandatis eius. *Psallent.* Iohannem praecursorem. *Post Kyr. cum Gloria.* Exaltavit Dominus caput.

*Orat.* Sancti Iohannis Baptistae et martyris tui, Domine quaesumus: veneranda festivitas, salutaris auxilii nobis praestet effectum. Per.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Misit Herodes rex. ℣ Herodias autem. *Ad lectiones.* ℟ Verum dicendo. ℣ Noluit intelligere. ℟ Lex veritatis. ℣ Manus enim mea. *In Benedictus.* Puellae saltanti. *In Benedicite.* Quid petam. *In Laudate.* Ferrum pertransivit. *Psall.* In saecula gaudebo.

Mane. *Psallent. Ant.* I. In saecula gaudebo. ℣ (6) Confitebimur. II. Educet sicut lumen iustitiam tuam, Domine : et iudicium tuum sicut meridiem. III. Desiderium animae eius. IIII. Dedisti eum. V. Super iram. VI. Desiderabiliora sunt Deus mandata tua super aurum et lapidem pretiosum. VII. Iohannem praecursorem. VIII. Educ de carcere. VIIII. Quid petam. X. Puellae saltanti. XI. Verum dicendo odiosus apparuit bestiae terrae. XII. Ferrum pertransivit. XIII. Verba oris eius. XIIII. Exaltavit Dominus caput meum super inimicos meos.

Ad Missam. *Ingr.* Iustus non conturbabitur. *Psalmell.* Loquebar, Domine, de testimoniis tuis in conspectu regum,
f. 216'. et non confun-*-debar. ℣ Legem pone mihi, Domine, viam iustificationum tuarum, et exquiram eam semper. ℣ *in All.* Puellae saltanti imperavit mater: Nihil aliud petas nisi caput Iohannis Baptistae. *Post Evang.* Ferrum pertransivit animam eius, donec veniret verbum eius : eloquium Domini ignivit eum. *Offert.* Desiderium animae eius. *Confr.* Misit Herodes rex. *Trans.* Magna est gloria.

3. Educet: Educes. M. — Verba oris: Quid petam. M. — 6. tui: *om.* V. W. — 8. effectum. Per.: effectum, ut per ipsum ad gaudia mereamur pervenire aeterna. Per. U. — 13. pertransivit: M. *add.* « *Cap.* Posuisti Dne. » — 15. Educet: Educes. M. — 17. VI: *foris muros.* M. — 21. odiosus apparuit: apparuit odiosus. M. — 22. XIIII: *Post Kyr. cum Gloria.* M.

(5) Psalm. 104. (6) Psalm. 74.

# DIE XIIII. MENSIS SEPTEMBRIS. SANCTORUM CORNELII ET CIPRIANI.

Ad Vesperas. *Lucern.* Timete. ℣ Benedicam. ℟ Ve-

1. M. ante off. SS. Cornelii et Cypriani, ponit off proprium *In dedicatione sci Michaelis* (v. infra, ubi in cod. nostro *R*) et deinde subdit seqq. « In Dedicatione sci Stephani et Zachariae: *Ad Psallent. Ant.* i. *In atrio sci Stephani.* Hierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas. ii. Super te Hierusalem. iii. Quam magna est Domus Dei in quam intrant. — In Nativitate Sanctissimae Virginis Mariae. *Ad Vesp. Luc.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in ch.* Laetamini caeli. *Hymn.* Mysterium ecclesiae. ℟ Exiet virga. ℣ Et qui exurget. *Ant.* De radice Iesse. ℣ (*ps. 66*). Deus misereatur. *Oratio.* Adiuvet nos, quaes., Dne, Sanctae Mariae intercessio veneranda: cuius etiam diem quo felix est eius inchoata nativitas celebramus. Per. *Ant.* Beata progenies. ℣ (*ps. 44*). Eructavit. *Orat.* Suscipe preces populi tui, quaes., Dne, quibus in b. Mariae iterata festivitate tuam clementiam deprecamur: quia ad tua praeconia recurrit et laudem, quod *vel* talis orta est *vel* talis assumpta est (sic). Per. *In Magn.* Rubum quem viderat. *Orat.* Famulis tuis, Dne, caelestis gratiae munus impertire: ut quibus b. Virginis partus extitit salutis exordium, nativitatis eius votiva sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per. *Psall.* Portam hanc quam viditis. *Orat.* Supplicationem servorum tuorum Deus miserator exaudi: ut qui in nativitate Dei genitricis Mariae congregamur; eius intercessionibus complacatus, a te de instantibus periculis eruamur. Per. — Ad Vigil. ℟ *Subd.* Portam hanc. ℣ Vidi portam. *Ant. dupl.* ℟ Ave Maria. ℣ Ecce Ancilla. ℣ (*Cant. Annae*). Confirmatum est. ℟ *not.* Dei radice. ℣ Et dominabitur. *Ant. dupl.* ℟ Beatus ille venter. ℣ Qui pro salute. ℣ (*Ex cod. Cant.*). Pleni panibus. ℟ *lect.* Exiet virga. ℣ Et qui exurget. *Ant. dupl.* Magnificamus te. ℣ Salvans omnes. ℣ (*Ex cod. Cant.*) Dans votum. *Psallent.* Virgo Verbum concepit. ℟ *not.* Sancta Dei genitrix. ℣ Deprecare pro nobis. *Psallent.* Exultavit spiritus meus. *Post Kyr. cum Gloria.* Super salutem et omnem. — Ad Matut. ℟ *post hymn.* Beata et venerabilis. ℣ Caeli terraeque. ℟ *int. lect.* Portam hanc. ℣ Vidi portam. *Al.* Vidi speciosam. ℣ Ascendebat. *vel.* De radice. ℣ Et dominabitur. *In Bened.* Portam hanc. *Ant. ad Crucem.* Ante multum temporis. *In Cantem.* Beata progenies. *In Bened.* Dignus es Dne. *In Laud.* Laudabilis Virgo. *Cap.* Laudatio eius in ecclesia sanctorum. *Psall.* Erit radix iesse. *Al.* Ortus conclusus. — Mane ad Psallent. *Ant.* i. Beata progenies. ℣ (*Cant.*). Magnificat. ii. De radice Iesse. iii. In flore mater. iiii. Dignus es Dne. v. Laudabilis virgo. vi. Erit radix Iesse. vii. Super salutem. viii. Ortus conclusus. viiii. Beatam me dicent. x. Maria virgo. xi. Beata es Maria. xii. Virgo Dei genitrix. xiii. Virgo Verbum concepit. xiiii. Sub tuam misericordiam. xv. Sub tuam protectionem. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce Ancilla Dni. — Ad Missam. *Ingr.* Laetemur omnes in Dno, diem festum celebrantes ob honorem Mariae Virginis de cuius nativitate gaudent angeli et collaudant Filium Dei. (*Lect.*) Erat vir in Israel. *Psalm.* Dilexisti iustitiam. ℣ Propterea unxit.... ℣ *in All.* Iubilate Deo. *Al.* Diffusa est. (*Evang.*) *Sec. Math.* Liber generationis Ihesu Christi Filii David. *Ant. p. Evang.* Rubum quem viderat. *Off.* Vidi speciosam. ℣ Ascendebat. *Confr.* Laudabilis Virgo. *Vel.* Beata progenies. *Trans.* Magnificamus te. ℣ Salvans omnes. » — 3. Benedicam: M. *add.* « *Ant. in ch.* Iusti epulentur. »

rumtamen. ℣ Eripe me. *Ant.* In conspectu. ℣ [1] Confitebor.

*Orat.* Beatorum martyrum pariterque pontificum Cornelii et Cipriani nos, Domine, quaesumus, festa tueantur: et eorum commendet oratio veneranda. Per.

*Ant.* Pretiosa in conspectu. ℣ [2] Credidi propter.

*Orat.* Domine Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam: et sanctorum martyrum tuorum Cornelii et Cipriani quorum celebramus gloriosa certamina, tribue subsequi in sancta professione victoriam. Per.

*In Magnif.* Respexit. *Psall.* Sacerdotes tui.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Gaudete. ℣ Confitemini. *Ad lect.* ℟ Vidi sanctos. ℣ Sub umbra. ℟ Exultabunt. ℣ Cantate Domino. *In Benedictus.* Gaudete sancti. *In Benedicite.* Sacerdotes Domini. *In Laudate.* In sanctis eius. *Psall.* Non veni vocare.

MANE. *Psallent. Ant.* I. Sacerdotes tui. ℣ [3] Memento. II. Iustorum animae. III. Clamaverunt. IIII. Oculi Domini. V. Sanctis qui in terra sunt. VI. Facti sunt Domine. VII. Sancti tui Domine florebunt. VIII. Quis in nubibus aequabitur. VIIII. Sancti tui Domine magnificant. X. Sanctis tuis Domine angelorum. XI. Sanctorum memoriam. XII. Gaudete gaudio. XIII. Ad honorem sanctorum. XIIII. Beati qui in toto. XV. Tradiderunt sancti. XVI. Beati pacifici. XVII. Congregamini omnes. XVIII. Gaudete sancti ante. XVIIII. Nolite timere eos. XX. Vestri capilli capitis. *Post Kyr. cum Gloria* Non veni vocare iustos.

f. 217. AD MISSAM. *Ingr.* Sacerdotes eius induam salutare * *Psalmell.* Sacerdotes tui. ℣ Memento Domine. ℣ *in All.* Iustorum animae. *Post Evang.* Sancti tui benedicent te. *Offert.* Gloriabuntur. *Confr.* Ego vos elegi. *Trans.* Laudate Dominum.

7. martyrum : *om.* M. — 10. Sacerdotis tui : Non veni vocare iustos. M. — 15. M. add.: « *Cap.* Mirabilis Deus. » — 20. VIII : *Foris muros post Kyr.* M. — 23. gaudio : sancti. M. — 25. XVIII : Gaudete, etc.: *deest* M. — 27. iustos : iustos, sed peccatores ad poenitentiam. M. — 29. M. add.: (*Epist.*) *ad Cor. II.* Si qua in Christo nova creatura.... (*Evang.*) *Sec. Lucam.* Exiit Dnus Ihesus et vidit publicanum.

(1) Psalm. 137. (2) Psalm. 115. (3) Psalm. 131.

## EODEM DIE. EXALTATIO SANCTAE CRUCIS.

*Orat.* Deus, qui nos hodierna die exaltationis sanctae Crucis annua solemnitate laetificas, praesta: ut cuius mysterium in terra cognovimus, eius redemptionis praemia consequamur. Per.

*Alia.* Deus, qui Unigeniti tui Domini nostri Iesu Christi praetioso sanguine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius; ut qui ad adorandam vivificam crucem adveniunt, a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per.

*Alia.* Adesto familiae tuae, quaesumus, clemens et misericors Deus: ut in adversis et prosperis eius preces exaudias, et nefax adversarium per vexillum sanctae Crucis digneris conterere, ut portum salutis tuae valeant apprehendere. Per.

## DIE XVI. MENS. SEPTEMBRIS. NATALIS SANCTAE EUFIMIAE VIRGINIS.

Ad Vesperas. *Lucern.* Lucerna pedibus. ℣ Iuravi et statui. *Ant. in choro.* Ornavit me. ℟ Constans esto. ℣ Quoniam concupivit. *Ant.* Ego autem. ℣ (1) Deus in nomine tuo.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens et misericors Deus, ut beata Eufimia quae virginitatis pariter et martyrii promeruit palmam, intercessionibus suis, et praesentis vitae remedia nobis conferat, et aeternam salutem. Per.

*Ant.* Propter veritatem. ℣ (2) Eructavit cor.

*Orat.* Deus, qui beatae virgini et martyri Eufimiae pro tuo nomine dicandi fidem et constantiam ⁑ praebuisti, con- f. 217'.
cede nobis supplicantibus: ut sicut illa horrenda vicit augmenta poenarum, ita et nos saevissimi hostis vitia te auxiliante vincere valeamus. Per.

2. exaltationis: exaltatione. Q. U. V. W. M. — 3. praesta: praesta quaesumus. Q. — mysterium: mysteria. U. — 4-5. consequamur: mereamur. Q. U. V. W. — 7. dignatus es: voluisti. U. V. W. — 9. suorum: *om* W. — 10. *Alia*, etc. M. legit.: « *Orationes req. in Inventione sce Crucis.* Adesto familiae tuae. *Alia or.* Adesto Dne Deus noster. » — 16. *Lucern.*, etc.: Exortum est. ℣ Beatus vir. M. — 19. et misericors: *deest* V. W. — 24. martyri: mart. tuae. Q. T. U. V. W. — 25 dicandi: dimicandi. Q. T. U. V. W. M. — praebuisti: tribuisti. Q. V. W.

(1) Psalm. 53. (2) Psalm. 44.

*In Magnif.* Beata Eufimia virgo et martyr Christi gladio perempta migravit ad caelestia regna. *Psall.* Eufimia virgo humilis: sanctam ad virginem Domini occurrite, quia haec est vera martyr Christi, splendida lucerna Ecclesiae.

## DIE XVII. MENS. SEPTEMBRIS.
## DEPOSITIO SANCTI SATIRI.

AD VESPERAS. *Orat.* Deus, qui sanctum atque electum confessorem tuum Satyrum gratia fidei et pro actibus decorasti, fac nos, quaesumus: eo intercedente recta fide imbui, electorumque tuorum semper oratione et imitatione fulciri. Per.

*Alia.* Deus, virtutum sator bonorumque largitor, cuius munere beatus confessor Satyrus mundi caducam contemnens gloriam, caelestem meruit dignitatem, praesta, quaesumus: ut et nos ipso pro nobis interveniente, terram despicere, et caelum ambire valeamus. Per.

*Alia.* Ut tibi, Domine, placitum decenter exhibere possimus obsequium: gloriosus athleta tuus Satyrus pro nobis acceptissimus precator accedat. Per.

*Alia.* Omnipotens sempiterne Deus, qui beato Satyro inter procellas maris et turbines naufraganti admirabilem fidei con-
f. 218. stantiam tribuisti, concede pro-‡-pitius: ipsius nos orationum

3. sanctam: sancta. T. — 4. M. add.: « *Ad malut. require in nat. Virginis. — Mane ad Psallent.* I. Afferentur regi. ℣ (*ps. 44*). Eructavit. II. Audi filia. III. Dilexisti iustitiam. IIII. Astitit regina. V. Ipsi sum sponsata. VI. Exultavit spiritus. VII. Concupivit rex. VIII. Pulchra facie. VIIII. Ego autem. X. Propter veritatem. XI. Haec virgo sapiens. XII. Beata Eufimia. *Post Kyr. cum Gloria.* Eufimia virgo. — (AD MISS.). *Ingr.* Feci iudicium. *Psalmell.* Dilexisti iustitiam. ℣ Propterea unxit. (*Epist.*) *Ad Cor. II.* De virginibus praeceptum. ℣ *in All.* Diffusa est gratia. (*Evang.*) *Sec. Math.* Simile est regnum caelorum decem. *Post Evang.* Ipsi sum sponsata. *Off.* Afferentur regi. *Confr.* Laetare Virgo. *Trans.* Mittens haec mulier. » — 8. confessorem tuum: tuum conf. W. — pro: probis. Q. T. U. V. W. M. — 13. caducam: caduca. W. — 14. gloriam caelestem: gloriae caelestis. W. — 16. ambire: semper ambire. Q. U. V. W. M. — 17. Ut tibi, etc.: *deest* M. *qui habet seq.* « Deus q. b. Satyrum tui nominis conf. mirabiliter effecisti, praesta, quaes.: ut eum pro nobis iugiter apud te interventorem sentiamus, de cuius hic mirifico pignore gratulamur. Per » — placitum: *om.* U. — possimus: valeamus. V.

suffragio inter mundana discrimina solidissimum semper invenire tutamen. Per.

## DIE XVIII. MENS. SEPTEMBRIS.
## DEPOSITIO SANCTI EUSTORGII EPISCOPI.

Ad Vesperas. *Orat.* Beati sacerdotis et confessoris tui Eustorgii nos, quaesumus, Domine, foveat praetiosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per.

*Alia.* Vota populi tui, Domine, propitius intende: et cuius nos tribuis solemnia celebrare, fac gaudere suffragiis. Per.

## DIE XXI. MENS. SEPTEMBRIS.
## NATALIS SANCTI MATHEI APOSTOLI.

Ad Vesperas. *Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui iugiter beati apostoli et evangelistae tui Mathei defensione munimur, nec succumbamus vitiis, nec opprimamur adversis. Per.

*Alia.* Beati evangelistae Mathaei, Domine, precibus adiuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur, ut ad gaudia pertingamus aeterna. Per.

*Alia.* Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati Mathaei apostoli tui et evangelistae quam praevenimus, veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem. Per.

*Alia.* Beati Mathaei evangelistae, quaesumus, Domine, supplicatione placatus: et veniam nobis tribue, et remedia sempiterna concede. Per.

## DIE XXII [MENS. SEPTEMBRIS.]
## SANCTI MAURITII ET EIUS COMMILITONUM.

⁑ (Ad Vesperas. *Lucern.*) Signatum est. ℣ Dedisti. ℟ f. 218'.
*cum fant.* Isti sunt viri sancti. ℣ Ecce quam bonum. *Ant.* Sex millia sexcenti pro Christo iacent martyres, Mauritio auctore. ℣ (1) Gaudete iusti in Domino.

*Orat.* Annue, quaesumus, clementissime Deus, orationibus

9. solemnia: annua solemnia. U. V. W. M. — 13. apostoli et evang. tui: ap. tui et evang. M. — 16. Beati: Beati apostoli et. U. M.; Q. Beati et (sic). — 22. quaesumus, Domine: Dom. quaes. V. W.

(1) Psalm. 32.

populi tui: ut quos in celebritate beatissimorum martyrum tuorum Mauritii vel eius commilitonum adesse fecisti, eorum precibus aeterna perfrui beatitudine concedas. Per.

*Ant.* Cursum consummaverunt martyres, et fidem custodierunt: sicut sancti pro Christo iugulati sunt, et coronavit eos. ℣ (2) Beati omnes qui timent.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut sicut legio sancta pro tui nominis confessione meruit victoriae palmam, ita et nos supplices eorum festa devotis mentibus celebrantes, participes gaudiorum effici mereamur. Per.

*In Magnif.* Quatuor hi proceres, Mauritius et Candidus, Victor, Exuperius preces nostras foveant. *Psall.* Triumphant sancti martyres Christi, qui sub Maximiano mortem decreverunt suscipere; et cum sancto Mauritio regna caelestia sumpserunt.

Ad Vigilias. ℟ Magnum est praemium unius martyris, quantum altius beati Mauritii cum sociis suis, qui dum tyranni contempserunt imperium: sex milia sexcenti coronati sunt martyrio. ℣ Qui ab inspirante sancto Spiritu intercedant pro nobis, ipsa martyrum multitudo: sex milia. *Ant.* Sex milia sexcenti. ℣ (3) Gaudete iusti. ℟ II. Haec est turba sanctorum, quam beatus Mauritius in agonem fidei armavit. Ipse fuit auctor, et in passione socius: et ideo meruit coronam gloriae. ℣ Iacebant milia martyrum pro Christi nomine caesa: et ideo. *Ant.* Cursum consummaverunt. ℣ (4) Credidi propter. ℟ III. Bellatores incliti iussi venerunt ab orientis partibus, qui Christum sequentes Dominum: sponte sua corpora tradiderunt pro nomine eius. ℣ Haec est gloriosa
f. 219. legio, et hi sunt laudabiles milites, ‡ qui mundi principem

1. ut: et V. M. — 3. precibus: prec. propitius. Q. T. M. propitius prec. U. V. W. — 9. victoriae palmam: palmam victoriae. V. — 13. foveant.: M. *add.* « *Orat.* Tribue, quaes., O. Deus: beatiss. martyr. tuor. Mauritii eiusque commilitonum sacrarum precum ubique nos muniri suffragiis: ut eorum intervenientibus meritis, famulatus nostri tibi placere possint obsequia. Per. » — 16. M. add.: « *Aliae orat. req. in Nat. plurimor. Martyrum*: Laetificet nos quaes. Dne. *Al. orat.* Misericordiam tuam Dne nobis ». — 20. sunt martyrio: a Deo (sic). M. — 20-21. intercedant: intercedat. U. V. M. — 23. agonem: agone. Q. V. M.

(2) Psalm. 127. (3) Psalm. 32. (4) Psalm. 115.

et mundum contemnunt: sponte. *Ant.* Quatuor hi proceres. ℣ (5) Beati omnes.

*Psall.* Iustorum animae. II. Clamaverunt. III. Oculi Domini. IIII. Sanctis qui in terra sunt. V. Facti sunt Domine. VI. Ad honorem sanctorum. *Post Kyr. cum Gloria.* VII. Gaudete et exultate. ℟ Vir martyr, qui pro Christi nomine suum sanguinem fudit, non timuit minas iudicum, nec terrenae dignitatis gloriam quaesivit, sed ut: ad caelestia regna perveniret. ℣ Incitamentum sanctis fuit beatus Mauritius, ut saevientem gladium non timerent; cum quibus: ad caelestia. *Psallent.* Sanctorum memoriam colimus. II. Gaudete gaudio. III. Sanguis sanctorum. IIII. Triumphant. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce dedi.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Iustorum animae. ℣ Etsi coram hominibus. *Ad Lect.* ℟. Magnum est praemium. ℣ Qui ab inspirante. ℟ II. Haec est turba. ℣ Iacebant milia. *In Benedictus.* Quatuor hi proceres. *In Benedicite.* Sex milia sexcenti. *In Laud.* Cursum consummaverunt. *Psall.* Triumphant.

MANE. *Psallent. Ant.* I. Iustorum animae. ℣ (6) Gaudete. II. Clamaverunt. III. Oculi Domini. IIII. Sanctis qui in terra sunt. V. Facti sunt Domine. VI. Quanta virtus. VII. Sanctorum memoriam. VIII. Gaudete gaudio. VIIII. Vestri capilli. X. Sanguis sanctorum. XI. Sanctus Mauritius legionem sanctam praemonuit, ut ad caelestia regna properarent: beatus Exuperius miles Candidus et Victor, iunctis meritis, sociaverunt. XII. Sex milia sexcenti. XIII. Sanctorum corpora sacer sanguis unda conclusit: pretiosorum corpora societas consecravit, quae nobis Rodanus inundando perfudit. XIIII. Cursum consummaverunt. XV. Sancta legio agonensium martyrum, dum resisterent adversario, sacro duce Mauritio interveniente, immortalitatis compendium acquisierunt. XVI. Pretiosa sunt thebeorum martyrum vulnera sancti Mauritii cum sociis suis, qui sub Maximiano mortem decreverunt suspicere. XVII. Ecce factus est sacer ille agonensium locus per suffragia sancto-

10. timerent: timeret. M. — 18. consummaverunt: M. *add.* « *Cap.* Mirabilis Deus ». — 24. properarent: properaret. V. M. — 27. conslusit: concussit. Q. U. M: perfudit. V. — consecravit: conserravit. U. — 29. agonensium: anganensium. M. — 30. adversario: adversarii. Q. U. — 34. agonensium: auganensium. M.

(5) Psalm. 127. (6) Psalm. 32.

rum salus credentium, praesidium futurorum. XVIII. Triumphant. XVIIII. Tradamus animas nostras pro testamento in lege f. 219'. Dei nostri, et moriamur in innocentia nostra: testis † e caelo supra corpora nostra, quia sine causa disperdet nos Maximianus tyrannus. XX. Quam beata mors sanctorum, et quam pretiosa eorum exempla, qui coram saevis principibus afflicti, et a Christo sunt electi; nam et martyres inter sanctos fulgent, sicut stella claret mane, qui non incurvaverunt cervices suas, ut adorent simulacra idolorum; et propter hoc digni sunt habere laudem in sempiternum. XXI. Gaudete, sancti, in conspectu Dei; quia est testis in caelo, quibus iustificant, cui angeli serviunt. XXII. *Post Kyr. cum Gloria.* Quatuor hi proceres Mauritius.

AD MISSAM. *Ingr.* Stabunt iusti. *Psalmell.* Gloriosus Deus. ℣ Dextera tua. ℣ *in All.* Quatuor hi proceres, Mauritius et Candidus, Victor, Exuperius preces nostras foveant. *Post Evang.* Insigne praeconium almae tuae nobilitatis consona voce collaudantes, verbo supplici, prosequamur: Ave, inclite martyr, angelorum consors, apostolorum socius, prophetarum concivis, et martyrum cohaeres. Sancte Mauriti, intercede pro nostra omnium salute. *Offert.* Quam perferendae pietatis thebeorum cohors est laudabilis: quam praeeligente Domino Mauritius ad credendum praemonuit, beatus Exuperius miles Candidus, ut ad caelestia properarent, admonuit: in quibus beatus Victor dum adveniens moriendo merita gratiarum impendimus, Domine, sancti martyres innocentes, cuius membra diutinus cespes occubuit, quem nobis Rodanus et purgando, quia dum litoribus suis damna excisa virginem intulit, nobis protulit praemia gaudiorum. *Aliud.* Gloriabuntur. *Confr.* Membra sanctorum germinata sunt sicut rosae: et sicut lilia rosae fulgebunt ante Dominum *(sic)*. *Trans.* Isti sunt qui propter sacrum. *Aliud.* Triumphant sancti.

2. in: et. Q. U. V. M. — 3. in innocentia.... e caelo: innocentia.... caelo. Q. — 5. XX. Quam, etc.: *deest* M. — 8. fulgent: fulgebunt. Q. — 12. iustificant: iustificat. M. — 15-16. M. suis loc. add. (*Epist.*) « *ad Ephes.* Vos qui aliquando eratis longe. (*Evang.*) *Sec. Lucam.* Designavit Dnus. — 18. prosequamur: consequamur. M. — 21. *Off.* Quam, etc.: *deest* M. — perferendae: praeferendae. Q. — 23. Mauritius: Mauritius sanctus. Q. — Exuperius: Exuperius ordinavit. Q. — 26. Domine sancti: Dno sancto. Q. — 27. et purgando: expurgando. Q. — 28. virginem: margine. Q. — 32. *Aliud. etc.*: M. om.

## VIII. KAL. OCTOBRIS.
## NATALIS SANCTAE TECLAE VIRGINIS.

Ad Vesperas. *Lucern.* Lucerna pedibus. ℣ Iuravi. *Ant. in choro.* Ornavit me ornamento. ℟ ⁑ Constans esto. ℣ Quoniam f. 229. concupivit. *Ant.* Ego autem sicut. ℣ (1) Deus in nomine tuo.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quaeque confundas, concede propitius: ut qui beatae Teclae martyris tuae solemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. (Per).

*Ant.* Propter veritatem. ℣ (2) Eructavit cor.

*Orat.* Exaudi nos, Deus salutaris noster: ut sicut de sanctae Teclae festivitate gaudemus, ita piae devotionis erudiamur effectu. Per.

*In Magnif.* Quia respexit humilitatem. *Psall.* Filiae regum in honore. *Alia omnia de Virgine.*

## III. KAL. OCTOBRIS.
## DE[DIC]. S. MICHAELIS IN MONTE GARGANO.

Ad Vesperas. *Lucern.* Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te. *Ant. in ch.* Fundamenta.

*Hymn.* Mysteriorum signifer: caelestium Archangele: te supplicantes quaesumus: ut nos placatus visites:

Ipse cum sanctis angelis: cum iustis, cum apostolis: inlustra locum iugiter: quo nunc orantes degimus.

Castissimorum omnium: doctorum ac pontificum: pro nobis preces profluas: devotis offer Domino:

Hostem repellat ut saevum: opemque pacis dirigat: et nostra simul pectora: fides perfecta maneat.

Ascendant nostrae protinus: ad thronum voces gloriae: mentesque nostras erigat: qui sede splendet fulgida.

3. *Ad Vesp.* etc.: M. *ponit tantum orat.*, ut in R. — 13. effectu: affectu. Q. — 16. III. KAL., etc.: *Die VII men. Sept. Dedic. S. Michaelis in Domo.* Q. — M. ponit hoc off. post off. Decollat. S. Io. Bapt. — 20. *Hymn.* Mysteriorum etc.: M. *ponit hunc hymn. ad Vigilias ante* ℟ 1. etc.; *et hoc loco indicat hymn.* Christe cunctorum (v. infr.). — 25. profluas.... offer.: profluat... offert. Q. — devotis: devotus. U. V. W. — 29. splendet fulgida: fulget splendida. T.

(1) Psalm. 53. (2) Psalm. 44.

Hic virtus eius maneat: hic firma flagret caritas: hic ad salutis commoda: suis occurrat famulis.

Errores omnes auferat: vagosque sensus corrigat: et dirigat vestigia: nostra pacis per semitam.

f. 220'. Lucis in arce fulgida: haec sacra scribat carmina: * nostraque simul nomina: in libro vitae conferat.

℟. Supra muros. ℣ Lauda Ierusalem. *Ant.* Domum tuam. ℣ (1) Dominus regnavit.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus, beati archangeli tui Michahelis honore ad summa proficere: ut cuius in terris gloriam praedicamus, eius quoque precibus adiuvemur in caelis. Per.

*Ant.* Stantes erant. ℣ (2) Laetatus sum.

*Orat.* Deus, qui miro ordine, angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius: ut qui tibi ministrantes in caelo semper assistunt, ab his in terris nostra vita muniatur. Per.

*In Magnif.* Domus enim mea.

*Orat.* Adesto plebi tuae, misericors Deus: et ut gratiae tuae potiora beneficia percipiat, beati Michaelis archangeli fac supplicem deprecationibus sublevari. Per.

*Psall.* Templum Domini sanctum est.

*Alia.* Benedicite Dominum. *Sequitur.* Gloria Patri.

*Orat.* Perpetuum nobis, Domine, tuae miserationis praesta subsidium: quibus et angelica praestitisti suffragia non deesse. Per.

Ad Vigilias. ℟ 1. Factum est silentium in caelo, dum commiteret draco bellum cum Michael archangelo; et audita est vox: milia milium dicentium, Honor et potestas data est

1. flagret: flagrat. Q. — 4. nostra: nostram. Q. M. — semitam: semitas. T. — 5. carmina: agmina. T. — 9. quaesumus: *om.* Q. V. — 22. M. add.: « *Compl.* Quoniam tu illuminas ». 23-26. *Alia etc.*: M. *om., et eorum loco ponit seq.* « *Or.* B. archangeli tui Michaelis interventione suffulti, supplices te, Dne, deprecamur: ut quos (sic) honore prosequimur, contingamus et mente. Per. ». — 27. ℟ 1: *Hymnus ad Vig.* Mysteriorum signifer, etc. (v. supra.) ℟ *Subd.* M.

(1) Psalm. 92. (2) Psalm. 121.

Deo nostro in saecula. ℣ Vidi librum in dextera Dei scriptum intus et foris: milia. *Ant.* Qui facit angelos suos ℣ (3) Benedic anima mea Dominum: Domine. ℟ II. Ad tantae fabricae. ℣ O Israel quam magna. *Ant.* Angelum pacis (et) gratiae dona nobis, Domine Deus noster. ℣ (4) Confitebor tibi Domine: quia exaudisti. ℟ III. Ierusalem civitas sancta. ℣ Lauda Ierusalem. *Ant.* Michael archangelus erit in adiutorio populo Dei. ℣ (5) Deus in adiutorium. *Psallent.* Mons Syon. II. Apud te laus. III. Ierusalem civitas magni. IIII. Haec est domus Domini. *Post Kyr. cum Gloria.* Non est hic aliud. ℟ Haec est domus Domini. ℣ Fundata enim. *Psallent.* Benedicite Dominum. *Al.* Multos infirmos. ‡ *Post* f. 221. *Kyr. cum Gloria.* Caelestis militiae.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Factum est silentium. ℣ Vidi librum. *Ad lect.* ℟ Vidi Ierusalem. ℣ Filiae regum. ℟ Unam petii. ℣ Si consistant. *In Benedict.* Qui facit. *In Benedic.* Angelum. *In Laud.* Michael archangelus. *Capit.* Quia confortavit. *Psalm. direct.* Fundamenta eius. *Psall.* Benedicite.

MANE. *Psallent. Ant.* I. Benedicite Deum caeli, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, et angeli eius cum eo missi sunt; propterea omnis caro, Deum benedicite. II. Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem ardentem. III. Angelum pacis et gratiae. IIII. Michael archangelus. V. Multos infirmos curasti, multi in tribulatione venerunt ad te, quos tu orando liberasti, Michael archangele. VI. *Kyr.* Caelestis militiae princeps magne, Michael, deprecare Christum pro afflictorum gemitu redemptorem mundi.

AD MISSAM. *Ingr.* Inclinavit Salomon. *Psalmell.* Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem ardentem. ℣ Domine Deus meus magnificatus es valde. ℣ *in All.* Aedificans Ierusalem. *Post Evang.* Fundamenta tua Syon. *Offert.*

3. Domine: M. add. « *Orat.* Perpetuum, nobis, etc. » (v. sup.) — ℟ II: ℟ *not.* M. — 6. ℟ III: ℟ *lect.* M. — 8. *Psallent: Psallent. usque in eccles. hyemalem.* M. — 11. ℟: ℟ *not.* M. — 12. *Psallent: Psall. usque ad S. Michaelem.* M. — 16-18. *In Bened.* etc.: M. sic legit. « *Al.* ℟ Fundata est. ℣ Fundamenta eius. ℟ II Vidi speciosam ℣ Ascendebat. *In Bened.* Caelestis militiae. *In Benedic.* Qui facit angelos.' *In Laud.* Michael archangelus. *Cap.* Multos infirmos. *Psall.* Benedicite Deum. *Compl...* (sic)». — 28-31. M. *suis locis add.*: « *Lect. Apocalipsis.* Apertum est templum Dni... (*Epist.*) *ad Cor. II.* Dei sumus adiutores ... (*Evang.*) *sec. Lucam.* Egressus Dnus Ihesus perambulabat Yerico ». - 29. facit... suos: facis Domine... tuos. M.

(3) Psalm. 103. (4) Psalm. 137. (3) Psalm. 69.

Si oblitus fuero. *Confr.* Gloriosa dicta sunt. *Trans.* Ierusalem attende.

## IN SANCTO MARCO CONFESSORE.

*Orat.* Exaudi, Domine, quaesumus, preces nostras: et interveniente beato Marco confessore tuo atque pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per.

*Al.* Da, quaesumus, Domine, fidelibus populis sanctorum tuorum semper veneratione laetari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per.

*Alia omnia require de confessore.*

## VII. IDUS OCT. SANCTI DOMNINI.

*Ant. prop.* Sancte Domnine, ad tuam pietatem cucurri, ut medelam acciperem: si tibi placuit, ut equum cum quo veneram, deberem perdere: qui egressus foras equum quem perdiderat, illico invenit.

## IN DEDICATIONE ECCLESIAE [MAIORIS].

f. 221. Ad Vesperas. *Lucern.* ℟ Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te. *Ant. in ch.* Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Syon, et aedificentur muri Ierusalem.

*Hymn.* Christe cunctorum, dominator alme: Patris aeterni Genitus ab ore: supplicum vota pariterque hymnum: cerne benignus.

Cerne quod puro Deus in honore: plebs tua supplex resonet in aula: annua cuius revehunt colendum: tempora festum.

3. in sancto etc.: M., om. orat. pro off. S. Marci, hoc loco ponit orat. *in nat. S. Lucae Evang.*: v. infra. — 11. M. *add. seqq.*: « *Orat.* Concede, quaes., o. Deus.; ut b. mart. tui Domnini patrocinia nos ubique adiuvent: quatenus hic in illius praesenti suffragio, securi in tua laude laetemur. Per. *Al. or.* Praesta nobis, Dne D. n.: ut inter adversa quae pro delictorum debito sustinemus, quod fiducia nostra non obtinet, b. Domnini mart. intercessio consequatur. Per. *Al. or.* Deus, qui nos b. Domnini mart. t. annua solemnitate laetificas, concede propitius: ut cuius sollemnia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per. *Ant.* Sancte Domnine etc. (ut in R.). *Al. or.* Laetetur ecclesia tua, Deus, b. Domnini mart. t. suffragiis: atque eius precibus gloriosis et devota permaneat et ... (sic) Per Dnum ». — 13. si: sic. Q. V. M. — 19. M. add. seq. rubr.: « *Quotiens canitur ant. in choro, semper canitur ante primicerium a lectoribus* ». — 23-24. resonet: resonat. Q. U. V.

Haec domus rite tibi dedicata: noscitur in qua populus sacratum: corpus assumit, bibit et bẹati: sanguinis haustum.

Hic sacrosancti latices veternas: diluunt culpas, perimuntque noxas: chrismate vero genus ut creetur: christicolarum.

Hic salus aegris, medicina fessis: lumen orbatis, veniaque nostris: fertur offensis, timor atque moeror: pellitur omnis.

Daemonis saeva perit hic rapina: pervicax monstrum pavet, et retenta: corpora linquens, fugit in remotas: ocius umbras.

Hic locus nempe vocitatur aula: regis immensi, niveaque caeli: porta, quae vitae patriam petentes: accipit omnes.

Turbo quam nullus quatit, aut vagantes: diruunt venti, penetrantque nimbi: non tetris laedit piceus tenebris: tartarus horrens.

Quaesumus ergo, Deus, ut serenum: annuas vultum, famulos gubernans: qui tui summo celebrant amore: gaudia templi.

Nulla nos vitae cruciet molestas: sint dies laeti, placidaeque noctes: nullus ex nobis, pereunte mundo: sentiat ignem.

Hic dies in quo tibi consecratam: conspicis aram, tribuas perenne: gaudium nobis, vigeatque longo: temporis usu.

Gloria summum resonet Parentem: gloria Natum, pariterque sanctum: Spiritum; dulcis moduletur hymnus: omne per aevum.

℟ Audiam, Domine, voces laudis tuae: ut enarrem universa mirabilia ⁑ tua. ℣ Domine, dilexi decorem domus f. 222 tuae, et locum tabernaculi gloriae tuae: ut enarrem. *Ant.* Omnes gentes, quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine. ℣ [1] Inclina.

*Orat.* Magnificare, Domine Deus noster, in hoc templo nomini tuo aedificato: et ita benignus appare, ut et peccata populi tui deleas, et eorum vota clementer assumas. Per.

*In Magnif.* Domus enim mea, dicit (Dominus), domus orationis vocabitur.

12. diruunt: diluunt. M. — 16. gubernans: gubernes. U. V. M. — tui: tuo. U. M. — 19. ignem: ignes. M. — 23. dulcis... hymnus: dulci... hymno. U. V. M. — 25. voces: vocem. Q. T. U. V. M. — 33. Dominus: *suppl. cum om. codd.*

(1) Psalm. 85.

*Orat.* Deus, qui loca nomini tuo dicata sanctificas, effunde super hanc orationis domum gratiam tuam: ut ab omnibus hic te invocantibus, auxilium tuae misericordiae sentiatur. Per.

*Psall. in bapt.* Protector noster, aspice, Deus, et respice in faciem Ecclesiae tuae. ℟ Benigne fac, Domine: in bona voluntate tua Syon. ℣ Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele: in bona.

*Orat.* Deus, qui ad honorem nominis tui templi fabricam construere voluisti, praesta, quaesumus: ut in hoc orationis domicilio congregatos, pietatem tuam precantes, cunctos exaudias, vota suscipias, et praemia largiaris. Per.

*Ant.* In domum Domini laetantes introivimus. ℣ [2] Laetatus sum.

*Orat.* Veniat, quaesumus, Domine, super hanc orationis domum claritas misericordiae tuae: ut ab omnibus hic invocantibus nomen tuum, protectionis tuae auxilium sentiatur. Per.

*De bapt. in aliud.* Templum Domini sanctum est, Dei cultura est, Dei aedificatio. *Alia ad regias post Kyr.* Intrate portas eius in confessione; date gloriam Deo Patri, et Filio, et Spiritui sancto. ℣ Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum, amen.

1. Deus, qui loca etc.: *in* M. *hoc loco ponit. or.* Deus qui ad honorem etc. (v. *infr.*). — 5. ℟: ℟ *in bapt. not.* M. — 8. Deus qui etc.: Veniat quaesumus etc. (v. *infra*). M. — 9. in: *om.* Q. — 12. introivimus: introibimus. U. V. M. — 13. M. *add.*: « *Compl.* Regnum tuum. *Aliud.* Benedictuses ». — 14. Veniat etc.: Domum tuam, quaes. Dne, clementer, etc. (v. *inf.*) M. — 18. *De bapt. etc.*: M. *add. seq. rubr.*: « *Psallentium usque ad regias hyemalis ecclesiae.* Templum Domini etc. (*ut in R.*). *Deinde archiepiscopus autem* (sic) *ubi ad illas pervenerit, statim genua ante illas flectit regias: et ostarius ebdomadarius stat introrsum, clausis regiis. Similiter duo ostarii observatores stant in aliis duabus minoribus ianuis clausis: et, oratione peracta, archiepiscopus surgit et pulsat virga sua pastorali praedictas regias, sic dicendo:* Tollite portas principis vestri, et ellevamini portae aeternales, et introibit rex gloriae. *Tunc praedictus ostiarius respondet:* Quis est iste rex gloria? *Psall.* (sic) Intrate portas eius etc. (*ut in R.*) »; cfr. *Beroldus* ed. Magistretti, p. 127, ll. 2-21. — 19. *alia etc.*: *ad regias S. Mariae tribus vicibus K. K. K. K.* — 22. M. *add.*: « *Compl.* Quoniam tu illuminas. *Al.* Benedictus es Dne ».

(2) Psalm. 121.

*Orat.* Domum tuam, quaesumus, Domine, continuis auge subsidiis: eamque de lapidibus vivis ita semper aedifica, ut eam ⁝ in perpetuum possidere digneris. Per Christum. f. 222v.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Te decet hymnus, Deus, in Syon; et tibi reddetur votum: in sancta tua Ecclesia. ℣ i. Exaudi orationem meam, Domine; ad te omnis caro veniet: in sancta. ℣ ii. Beatus, quem elegisti et assumpsisti, Domine, inhabitare: in sancta tua Ecclesia. *Ant.* [i] Excelsum est brachium tuum, et nescierunt gentes: dum autem adveneris, confundentur, Domine. ii. Exaltatum est cornu meum in Deo salutari nostro. iii. Super excelsa statuit me Dominus, ut vincam in claritate ipsius. *Ad Lect.* ℟ Fundata est Ecclesia super verticem montis, et exaltata est super omnes colles: et venient ad eam omnes gentes magnificantes Deum. ℣ Fundamenta eius in montibus sanctis; diligit Dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob: et venient. ℟ *cum faut.* Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper rivos aquarum, cuius inaestimabilis odor erat magnus in vestimentis eius: et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium. ℣ Ascendebat per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirrae et thuris: et sicut dies. *In Clamavi.* Quaecumque vovi, reddam tibi Salvatori meo Domino. ℣(3) Clamavi ad Dominum. *Ad crucem.* Aperientur portae tuae in sempiternum per diem et noctem, et non erunt clausae; adducentur ad te virtutes gentium, et impii ad te convertentur: gentes enim et reges qui tibi non serviunt, peribunt. *In Cantemus.* Mirabilis Dominus in maiestatibus, et in sanctuario quod praeparaverunt manus suae. *In Benedicite.* Beati, qui habitant in domo tua, Domine.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuae totus assistis, et totus operaris, adesto sup-

2. vivis: vivis, idest fidelibus tuis. Q. U. V. W. M. — 9. gentes: *deest* M. — 9-10. adveneris: advenerit. Q. — 11. nostro: meo. Q. T. U. M. — 12. ℟: ℟ *Subdiac.* M. — 17-18. ascendentem: M. *om. In marg.* R. « *Medoliae de Lilia I. Tractus de Lilia cum m.* (sic) »: « *Tractus et mellodiae propriae* ». M. — 25. noctem: nocte. Q. — 27. peribunt.: M. add. « *Orationes secretas require in dominicis diebus* ». — 29. suae: tuae. Q. M. — 31. in omni: omni. Q.

(3) Cant. Ionae.

plicationibus nostris: et huius domus, cuius es fundator, esto protector: nulla hic nequitia contrariae potestatis obsistat, sed virtute Spiritus sancti operante, fiat hic semper tibi purum servitium et devota libertas. Per.

f. 223. *In Laud.* Ierusalem lauda * Dominum: benedixit filios tuos. *Capit.* Quia confortavit seras portarum tuarum. *Psalm. directus.* Fundamenta eius. *De eccl. in bapt.* Audi, Israel: quam magna est domus Domini, et ingens locus possessionis eius. ℟ In monte Domini Oreb vidi tabernaculum Domini magna luce fulgere: ubi cantant angeli dicentes, Vere domus Domini haec est, et habitatio salutis. ℣ Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi. In domum Domini ibimus: ubi cantant.

*Orat.* Domum tuam, quaesumus, Domine, clementer ingredere: et in tuorum cordibus fidelium, perpetuam tibi construe mansionem. Per.

*Ant.* In domum Domini laetantes introivimus. ℣ (4) Laetatus sum in his quae.

*Orat.* Deus, qui de vivis et electis lapidibus aeternum nomini tuo condis habitaculum, da aedificationi huic incrementa iustitiae: ut ab omnibus hic invocantibus nomen tuum protectionis tuae auxilium sentiatur. Per.

*De bapt. in aliud.* Si oblitus fuero tui, Ierusalem, obliviscatur me dextera mea. ℣ (5) Adhaereat lingua.

*Orat.* Populum tuum, Domine, propitius intuere: et in loco nomini tuo aedificato tuam pietatem invocantes, miserationis tuae propitientur auxilio. Per.

3. semper tibi purum: tibi semper purum. Q. M.: tibi purum. U. V.: tibi purum semper. W. — 9. ℟: ℟ *not.* M. — 11. salutis: sanctorum. Q. U. V. M. — 13. Domum tuam, etc.: Deus qui de vivis etc. (v. *infr.*) M. — 16. introivimus: introibimus. R2 *m.*, M. — 17. M. add.: « *Compl.* Dnus in caelo ». — 18. Deus, qui de vivis etc.: Deus qui loca etc. (v. *sup.*) M. — 23. lingua: lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. *Compl.* Sit splendor. M. — 24-26. *Orat.* Populum, etc.: M., *omis. orat.*, *haec add.*: « Mane sonito signo, congregato clero in aestiva ecclesia, observator presbyter cum diacono et subdiac. canunt Missam ».

(4) Psalm. 121. (5) Ex psalmo. 136.

Mane. Ad Missam. *Ingr. in eccl. hyem.* Inclinavit Salomon. ℣ *in All.* Templum Domini sanctum est. *Offert.* Obtulit sacerdos. *Confr.* Gloriosa. *Trans.* Ierusalem.

Mane. *Psallent. Ant.* i. Benedictionem dabit qui in legem dedit: ambulabunt sancti de virtute in virtutem: apparebit Deus deorum in Syon. ii. Surgite, Sancti Dei, de mansionibus vestris, et proficiscimini in viam veritatis: loca sanctificate, plebem benedicite, et hanc plebem in pace custodire dignamini. iii. De Ierusalem exeunt reliquiae, et salvatio de monte Syon: propterea protectio erit huic plebi propter David puerum suum. iiii. Ambulabant ⁑ sancti f. 223'. gaudentes velut agni pleni pascua: una voce laudabant Deum suum, qui confortabat eos. Allel. allel. v. Cum iocunditate exibitis, et cum gaudio deducemini: nam et montes et colles exilient expectantes vos cum gaudio. vi. Novit Dominus vias immaculatorum, et haereditas eorum in aeternum erit. vii. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Dei. viii. Sub tuam misericordiam. viiii. Sub tuam protectionem. *Post. Kyr. cum Gloria.* Gloria in excelsis.

[Ad Missam]. *Ingr.* Vos qui transituri estis Iordanem, aedificate altare Domino de lapidibus, quos ferrum non tetigit: et offeretis super illud holocausta et hostias pacificas Deo nostro. *Psallmell.* Aedificavit Dominus Syon, et videbitur in maiestate sua. ℣ Domine, exaudi orationem

2-4. M. suis locis add.: « (*Epist.*) *Ad. Cor. II.* Dei sumus adiutores. ℣ *in All.* Templum Dni. (*Evang.*) *sec. Math.* Cum intrasset Dnus Ihesus Ierosolimam, commota est universa civitas dicens. *Finito evangelio, Archiepiscopus induitur sacris vestibus cum diac. et subdiac. quasi ad Missam canendam, et presbyteris cardinalibus et primicerio lectorum, et illo qui fert crucem auream, et illo qui portat textum Evangelii et scuticam S. Ambrosii: omnes isti induti pluvialibus, necnon et primicerius presbyterorum indutus planeta, habens turribulum accensum cum incenso, praecedunt arcam, usque in ecclesiam Yemalem: et duodecim presbyteri centeni ordinis portant arcam induti camisio et stola: et duo minores lectores cum singulis crucibus iuxta capita ipsius arcae. Incipit psallentium.* i Benedictionem, etc. (*ut in R.*) ». — 4. in: *dele cum all. codd.* — 5-6. apparebit: videbitur. M. — 8. plebem: civitatem. Q. T. V. M. — 10. plebi: civitati Q. T. V. M. — 11. Ambulabant: Ambulabunt. U 2 *m.*, M. — 12. laudabant: laudabunt. U 2 *m.* — 17. Dei: Domini. U. M. — 23. nostro: vestro. *Lectio Ieremiae proph. Subdiaconus maior.* O Israel quam magna est. M.

meam; et clamor meus ad te perveniat. ℣ *in All.* Aedificans Ierusalem Dominus, et dispersiones Israel congregabit. *Post Evang.* Hoc est templum Domini, quod aedificavit summus sacerdos: intret populus intra sancta sanctorum, cantantes canticum novum: Laus tibi, Domine, Deus omnipotens. *Offert.* Oravit Moyses Dominum, et dixit: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi teipsum manifeste, ut videam te. Et locutus est ad eum Dominus dicens: Non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, et vivere potest; sed esto super altitudinem lapidis, et protegat te dextera mea, donec pertranseam. ℣ Dum pertransiero auferam manum meam, et tunc videbis gloriam meam; facies autem mea non videbitur tibi, quia ego sum Deus ostendens mirabilia in terra. Tunc Moyes fecit sacrificium matutinum in odorem suavitatis Domino Deo in conspectu filiorum Israel. *Confr.* Congregata est omnis plebs quasi homo unus in Ierusalem; et venit sacerdos cum levitis, et dedicaverunt altare Domino, ut imponant super illud holocausta Domino Deo nostro. *Trans.* Exaudivi orationem
f. 224. tuam, quam preca-*tus es me: et sanctificavi domum istam, quam aedificasti mihi, ut ponerem nomen meum ibi in aeternum: dicit Dominus.

AD VESPERAS. *Ant. in ch.* Fundamenta eius. ℟ Fundata est Ecclesia. ℣ Fundamenta eius. *In Magn.* Domus enim mea. *Psall. in bapt.* Protector noster. *De bapt. in aliud.* Templum Domini.

1-2. M. suis loc. add.: « *Epistola ad Timoth. II: Diac.* Firmum fundamentum Dei stat. ℣ *in All.: Diac.* Aedificans.... (*Evang.*) *Sec. Math.: Archidiac.* Facta sunt encenia ». — 18. dedicaverunt: aedificaverunt. V. — 20. quam: qua. U. V. — 22. M. add. rubr.: « *Finita Missa, omnis chorus maioris ordinis honorifice debet reficere in domo cum archiepiscopo, excepta S. Ambrosii schola* ». — 23. In M. *ordo Vesp. est seq.:* « *Luc.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *ant. in ch.* Fundamenta eius. ℟ Supra muros. ℣ Lauda Ierusalem. *Al.* Fundata est eccl. ℣ Fundamenta eius. *Ant.* Omnes gentes. ℣ (*ps. 85*) Inclina, Dne, aurem. *In Magnif.* Domus enim mea. *Al.* Domus mea. *Psall.* Protector noster. *Al.* Templum Dni ». — 26. M. *add. seqq.:* « *Fer. II post Dedic. eccl.* Instituit Dnus Olricus b. m. Archiepiscopus, commemorationem et officium fieri omnium fidelium defunctorum in eccl. Mediol., pro animae suae remedio; quod hoc ordine celebratur. Finito itaque Matut. supradicti diei, omnia tintinnabula ecclesiar. pulsantur, et Matut. defunctor. publice cantatur: simili etiam modo, facto mane, Missa ubique defunctorum, tantum voce excelsa, celebratur: his vero finitis, et sonito signo, universus clerus urbis convenit

## IN DEDICATIONE TEMPLI.

Ad Vesperas. *Lucern.* Quoniam tu. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portam Syon super omnia tabernacula Iacob.

*Hymnus.* Sacratum hoc templum Dei: altaris renovatio: nos recurrentes annuas: laudes Deo referimus.

Altare magnum hoc Dei: sacratum est hoc die: in cuius honore sedulo: omnes curvamus genua.

Precantes autem Dominum: qui solus invisilibis: ut nos semper in hoc loco: sanctificari iubeat.

Vota solventes hic Deo: sanctisque eius omnibus: quorum sacrae reliquiae: templum ornarunt hoc Deo.

Omnis qui hic ingreditur: sanctificatus exeat: semper orando Domino: purificatus maneat.

Caerimoniarum hostias: ad hoc altare iugiter: nos offerentes pariter: devotis semper mentibus.

Sanctificet nos Dominus: in hoc templo sancto suo: in quo et nos solemniter: sacrum munus offerimus.

Quem, fratres charissimi: et Christum eius Filium: simulque sanctum Spiritum: hymnis laudemus iugiter.

℟. Supra muros tuos, Ierusalem, posui custodes: tota die et nocte non tacebunt laudare nomen Domini Dei sui. ℣ Lauda, Ierusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Syon: tota die. *Ant.* Domum tuam decet sancta, Domine, in

in ecclesiam aestivam cum praesule suo, ut vadant cum processione in ecclesiam yemalem. Mane. *Ad Psallent. Ant.* I. Dei genitrix. II. Sicut promisisti omnipotens. III. Exurge libera. IIII. Ascendant ad te. V. Christe tuis famulis. VI. Miserere nobis. VII. Non est aliud. VIII. Ne obliviscaris. VIIII. Deus qui conteris. X. Liberati serviamus. XI. Sub tuam misericordiam. XII. Sub tuam protectionem. *Post Kyr.* Rubum quem viderat. *Ingr.* Requiem aeternam. ℣ Te decet hymnus. ℣ Exaudi orationem. *It.* Requiem. aeternam. *Lect. libri Machabeor.* In diebus illis. Vir fortissimus. *Psalmel.* De profundis clamavi. ℣ Quia apud te. *Epla: req. in nat. S. Victoris.* Sicut portavimus. *Cant.* Domine exaudi. (*Evang.*) *sec. Iohan.* Nemo potest venire a me. *Post Evang.* Requiem sanctam. *Off.* Tu Deus qui resuscitasti (sic). *Confr.* Audivi vocem. *Transit.* Agnus Dei. *At.* Ego sum resurrectio. *Solidorum quinquaginta haec est divisio,* etc. ». (ut in *Beroldus,* ed. Magistretti, pag. 230, ll. 14-29).

3. Fundamenta: Benigne fac Dne. *Alia ant. in ch.* Fundamenta. M. — 5. Sacratum, etc.: *Hic hymn. deest* M., *qui ponit init. hymn.* Christe cunctorum (v. sup. p. 359). — 22. tacebunt: tacebit. O. — sui: tui. M.

longitudinem dierum. ℣ [1] Dominus regnavit, decorem. f. 224'. *Orationes require retro.* ⁑ *Ant.* Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. ℣ [2] Laetatus sum in his quae. *In Magnif.* Domus enim mea, dicit Dominus, domus orationis vocabitur. *Psall.* Templum Domini.

Ad Vigilias. ℟ i. Ad tantae fabricae decus nullus sufficit sensus, ubi nec solis aut lunae indiget lumen: quia possidet in se Christi claritatem. ℣ O Israel, quam magna est domus Domini, et ingens locus possessionis eius: quia possidet. *Ant.* Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum tabernaculi gloriae tuae. ℣ [3] Iudica me, Domine: quoniam ego. ℟. ii. Ierusalem civitas sancta, ornamento martyrum decorata, cuius platea resonat laudem: de die in diem. ℣ Lauda, Ierusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Syon: de die. *Ant.* Sanctificavit Dominus tabernaculum suum: Deus in medio eius non commovebitur. ℣ [4] Deus noster refugium. ℟ iii. Iste locus erit nobis in refugium: et hic exauditur omnis homo qui timet Dominum. ℣ Haec est domus Domini, et hoc altare: et hic. ℟ iiii. Iste locus priscis temporibus fuit incertus; nunc autem, iuvante Domino: aula sancta facta est in honore beati *ill.* ℣ Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus: aula. *Ant.* Sanctum est templum tuum, Domine; mirabile in aequitate. [5] Te decet hymnus. *Psallent.* Mons Syon latera. *Post Kyr. cum Gloria.* In domum Domini. ℟ Haec est domus Domini, et porta caeli: et vocabitur nomen loci huius, aula Dei. ℣ Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus: et vocabitur. *Psallent.* Apud te. ii. Domum tuam decet sancta. *Post Kyr. cum Gloria.* Amen dico vobis. ℟ Vidi portam civitatis ad orientem positam, et apostolorum nomina et agni super eam scripta: et circa muros eius angelorum custodiam. ℣ Ierusalem, civitas sancta, ornamento martyrum decorata: et circa. *Psallent.* Ierusa-

2. *retro: supra in dedicat. maiori.* M. — 4. Domus enim: Domus mea, Domus orationis vocabitur. *Alia.* Domus enim. M. — 13. platea resonat laudem: plateae resonant laudes. Q. T. U. V. M. — 25. *Post....* Domini: *deest* M. — 29-30. *Post....* vobis: *deest.* M.

(1) Psalm. 92. (2) Psalm. 121. (3) Psalm. 25. (4) Psalm. 45. (5) Psalm. 64.

lem civitas magni. II. Haec est domus Domini firmiter. *Post Kyr. cum Gloria.* Non est hic aliud.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Haec est Ierusalem praeclara, quae fulget ut sol: in qua ingredientur sanctorum animae. ℣ Te decet hymnus, Deus, in Syon; et tibi reddetur votum in Ierusalem: in qua. *Ad Lect.* ℟ Vidi Ierusalem descendentem de caelo: ornatam auro mundo, et lapidibus pretiosis intextam. All. all. all. ℣ Filiae regum in honore tuo; astitit regina a dextris tuis: ornatam. ‡ ℟ Unam f. 225.
petii a Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae. ℣ Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum; et si insurgant in me praelia, in hoc ego sperabo: ut inhabitem. *In Benedict.* Replebimur in bonis domus tuae; quia sanctum est templum tuum, Domine. *In Benedic.* Beati qui habitant in domo tua, Domine. *In Laud.* Ierusalem, lauda Dominum: benedixit filios tuos. *Cap.* Quia confortavit. *Psalm. directus.* Fundamenta eius. *Psall.* Quam magna est domus Dei. ℟ Haec est domus Domini: aedificata firmiter. ℣ Fundata enim erat supra petram: aedificata. *Psall.* Zacheus ascendens.

Mane. *Psallentium. Ant.* I. Mons Syon, latera aquilonis, civitas regis magni Dei nostri: Deus fundavit eam in aeternum. ℣ (6) Magnus Dominus. II. Apud te laus mihi in ecclesia magna: vota mea Domino reddam in atriis domus Dei, in medio tui, Ierusalem. III. Domum tuam decet sancta, Domine, in longitudinem dierum: ubi chorus sanctorum te collaudant, et dicunt: Gloria in excelsis Deo. IIII. Ierusalem, luce splendida fulgebis ante Dominum Deum: quia sancti tui gaudio exultabunt. All. all. V. Ierusalem plateae canticum

1. firmiter: M. *add.* « ℟ Haec est domus Dni: aedificata firmiter. ℣ Fundata enim erat supra petram: aedificata. *Psallent.* Fundamentum aliud, etc. (v. infra) ». — 4. qua: quam. T. U. M. — 7-8. ornatam.... intextam: ornatam... intexta. Q. — 12. insurgant: insurgat. Q. V. M. — 13. praelia: praelium. Q. V. M. — 15. Domine: Dne, mirabile in aequitate. U. — 16. Domine: M. add. « *Alia.* O quam metuendus est locus iste: vere non est hic aliud nisi domus Dei et porta caeli. *Ant. ad cruc.* Aperientur portae tuae. *In Cant.* Mirabilis Dnus in maiestatibus ». — 18-20. Quam etc.: M. *ponit* « *psall.* Audi Israel, quam magna est. », *ceteris omissis.* — 28. fulgebis: fulgebunt. Q. — 29. V: M. ponit hanc ant. ante IIII.

(6) Psalm. 47.

laetitiae dicunt: quia sancti tui gaudio exultabunt. All. all. VI. Ierusalem civitas magni regis, in qua iustorum animae ingredientur, nec lumen indiget solis aut lunae, sed Christi claritas circumfulget eam. VII. Haec est domus Domini firmiter aedificata: advenerunt flumina, flaverunt venti, et nihil nocebit eam; quia fundata est supra petram. VIII. Zacheus ascendens in arborem, ut transeuntem videret Dominum. (sic) Zacheus, festinans descende; quia hodie in domo tua oportet me manere. VIIII. Replebimur in bonis domus tuae; quia sanctum est templum tuum, Domine. X. Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, qui est Christus Iesus Dominus noster. XI. Ingrediamur in locum tabernaculi admirabilis, in domo Dei. XII. Amen, dico vobis; quia hodie salus domui huic erit. XIII. Non est hic aliud nisi f. 225'. domus Dei, et porta caeli. ⁝ XIIII. Sapientia aedificavit sibi domum in Maria virgine desponsata Ioseph. XV. *Post Kyr. cum Gloria.* Quam magna est domus Dei, in qua intrant angeli psallentes, et dicentes: Gloria altissimo Deo, per quem sanctificati sumus.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Inclinavit Salomon genua, et expandit manus suas ad caelum: dixit: Domine, sint oculi tui aperti super domum istam die ac nocte, ut exaudias nos in loco in quo iussisti invocari nomen tuum, Domine. *Alia.* Domine Deus Israel, sint oculi tui aperti super domum istam, in qua aedificatum est altare nominis tui. *Psalmell.* I. Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum tabernaculi gloriae tuae. ℣ Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine. II. Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus. ℣ Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis. III. Domus mea domus orationis vocabitur. ℣ Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Ierusalem. IIII. Maiestas Domini aedificavit templum, et prosperatus est in eo Dominus. ℣ Domine, sint oculi tui

1. dicunt: et dicunt. U. — 6. nocebit: nocebunt. T. U. — 8. Zacheus: Zachee. Q. T. U. M. — 10. x. Fundamentum: x. In multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum. xi. Fundamentum, etc. (*ut in R.*). M. — 11. qui: quod. U. — 15. caeli: M. *add.* « xv. O quam metuendus est ». — 17. qua: quam. T. U. M. — 25. tui: M. *add.*: « *Lect. libri Sapientiae.* O Israel, quam magna est domus. (*Alia*) *Lect. Apocal. b. apost. et evang. Iohan.* Venit Angelus, locutus est mihi dicens ». — 33. et: *deest* M.

aperti super domum istam die ac nocte. ℣ *in All.* Haec est domus Domini et porta caeli: et vocabitur nomen loci huius, aula Dei. *Alius.* II. Aedificans Ierusalem Dominus, et dispersionem Israel congregabit. *Alius.* III. Templum Domini sanctum est, Dei cultura est, Dei aedificatio. *Post Evang.* Fundamenta tua, Syon, non moveantur, dicit Dominus: supra muros tuos ponam salutare praesidium, et in ingressu portarum tuarum permanebit laetitia et gaudium. *Offert.* Obtulit sacerdos sacrificium dedicationis et consummationis templi Domini, sicut Moyses oravit ad Dominum. *Aliud.* Si oblitus fuero tui. *Confr.* Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei: memor ero Raab et Babylonis scientibus te. *Trans.* Ierusalem, attende ab oriente, et vide opera Domini.

## DIE XVIII MEN. OCTOBRIS.
## NATALIS LUCAE EVANGELISTAE.

*Orat.* Exaudi, Domine, preces nostras: et interveniente beato Luca evangelista, supplicationes nostras * placatus f. 226
intende. Per.

*Alia.* Interveniat pro nobis, quaesumus, Domine, sanctus tuus Lucas evangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit. Per.

*Alia.* Apostolicae reverentiae culmen offerimus sacris mysteriis imbuendum; praesta, Domine, quaesumus: ut beati Lucae evangelistae suffragiis, cuius natalitia praevenimus, hic plebs tua semper et sua vota depromat, et desiderata percipiat. Per.

1. nocte: M. *add.*: « (*Epist.*) *ad Cor. I.* Dei sumus adiutor. (*Alia*) *ad Timot. II.* Firmum fundamentum Dei stat. ». — 4. dispersionem: dispersiones. Q. U. V. M. — 5. aedificatio: M. *add.*: « (*Evang.*) *Sec. Lucam* Egressus Dnus Ihs perambulabat (*Aliud*) *Sec. Lucam.* Non est arbor bona quae facit. *Post Ev.* Hoc est templum Dni. *Aliud* Fundamenta etc. ». (*ut in R.*). — 12. scientibus: scientium. V. — 19. Interveniat etc.: M. *ponit hanc or. post seq.* — pro nobis quaesumus: quaes. pro nob. W. — quaesumus Domine: Dom. quaes. Q. — 20. tuus: *deest* Q. U.: evang. tuus Lucas. V. — 22. Apostolicae: Ad apost. M. — culmen: columen. Q.: culmen reverentiae. M. — offerimus: *deest* M. — 23. Domine quaesumus: quaes. Dom. Q. — 24. praevenimus: colimus. W. — 25. semper: supplex. W.

## DIE XX. MENS. OCTOBRIS.
## NATALIS SANCTORUM [COSMAE] ET DAMIANI.

Ad Vesperas. *Lucern.* Timete. ℣ Benedicam. *Ant. in choro.* Iusti epulentur. ℟ Verumtamen. ℣ Eripe me. *Ant.* In conspectu. ℣ (1) Confitebor tibi.

*Orat.* Intercedentibus sanctis tuis, Domine, Cosma et Damiano, plebi tuae praesta subsidium: ut ab omnibus noxiis expedita, et hic et in aeternum sibi cuncta profutura percipiat. Per.

*Ant.* Pretiosa. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, Domine, fidei miseratus augmentum: ut quae sanctos martyres tuos Cosmam et Damianum usque ad sanguinem retenta glorificat, nos etiam iustificet veraciter hanc sequentes. Per.

f. 226.' *In Magnif.* ⁑ Cosmas et Damianus, Antimus, Leontius et Euprepius, hii quinque fratres, a Deo coronati sunt. *Psall.* Omnes fideles Christi ad hanc solemnitatem Cosmae et Damiani devote concurrite.

## DIE XXIIII. MENS. OCTOBRIS.
## NAT. SS. APOST. SIMONIS ET IUDAE
## ET FIDELIS MARTYRIS.

Ad Vesperas. *Lucern.* Timete. ℣ Benedicam. ℟ Verumtamen. ℣ Eripe me. *Ant.* Subiecit ℣ (1) Omnes gentes.

*Orat.* Deus, mundi creator et rector, qui beatos apostolos Simonem et Iudam, atque martyrem tuum Fidelem nominis

7. ab omnibus noxiis: a noxiis omnibus. W. — 8. et hic: hic. M. — sibi cuncta: cuncta sibi. V. — 15. *In Magnif.*: *In Magn.* Respexit Dnus ad humilitatem. *Psall.* Cosmas.... coronati sunt. *Alia.* Laetamini in Dno. *Alia.* Omnes fideles, etc. M. — 22. Benedicam: M. *add.* « *Ant. in ch.* Iusti epulentur ». — 24. Deus, etc.: M. *ponit 1 loco or. seq.* Concede, etc.

(1) Psalm. 137. (2) Psalm. 115. (1) Psalm. 46.

tui gloria consecrasti, exaudi populum tuum cum sanctorum tuorum tibi patrociniis supplicantem: ut pacis dono proficiat ad fidei et caritatis augmentum. Per.

*Ant.* Nimis. ℣ (2) Domine probasti.

*Orat.* Concede, quaesumus, omnipotens Déus: ut sicut apostolorum tuorum Simonis et Iudae, atque martyris tui Fidelis gloriosa natalitia praevenimus, sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ipsi praeveniant. Per.

*In Magnif.* Sancte Fidelis martyr Christi fiduciam habes, intercede pro nobis.

*Orat.* Quaesumus, omnipotens Deus: ut fideles tui venerandas assidue praecurrentes sanctorum martyrum passiones, et copiam perpetuae devotionis inveniant, et salutis aeternae suffragia maiora conquirant. Per.

*Psall.* Fidelis, martyr Christi, deprecare pro nobis Dominum Deum nostrum.

## ✠ KAL. NOVEMBRIS. f. 227.
## FESTIVITAS OMNIUM SANCTORUM.

AD VESPERAS. *Orat.* Domine Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam: et quorum praevenimus gloriosa solemnia, tribue subsequi in sancta professione victoriam. Per.

*Alia orat.* Erudi, quaesumus, Domine, populum tuum spiritalibus instrumentis: et quorum praestas sollemnia praevenire, fac eorum et consideratione devotum, et defensione securum. Per.

*Alia.* Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebratione ve-

2. tibi patrociniis: patr. tibi. W. — 6. atque: et. Q. — 8. ipsi: pro nobis ipsi. Q. T 2*ma.*, U. V. W. M. — 12. martyrum: martyr. tuorum. U. V. — 15. *Psall.*: *Psall.* Vos qui secuti estis me. *Alia.* Fidelis etc. M. — 21. victoriam: laetitiam. Q. U. V. W. M. — 27. celebratione: celebritate. Q. V. W. M. celebritate tribuisti. U.

(2) Psalm. 138.

nerari, quaesumus: ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessionibus, largiaris. Per.

*Alia.* Da, quaesumus, Domine, fidelibus tuis omnium Sanctorum semper veneratione laetari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per.

## DIE IIII. NOVEMBRIS.
## NAT. SANCTORUM VITALIS ET AGRICOLAE.

AD VESPERAS. *Orat.* Sanctorum Vitalis et Agricolae, quaesumus, Domine, natalitia votiva resplendeant: et quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostrae devotionis accrescat. Per.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, qui in sanctorum tuo-
f. 227'. rum ‡ Vitalis et Agricolae cordibus flammam tuae dilectionis accendis, da mentibus nostris eamdem fidei charitatisque virtutem: ut quorum gaudemus triumphis, proficiamus exemplis. Per.

*Psall.* Ego sum vitis vera, vos palmites estis, pater meus agricola: dicit Dominus.

3. tuis: populis. Q. U. V. W. M. — 4. et: *deest* Q. — 5. M, 2*ma.*, *add. seqq.*: « Ad Vesperum omnium Sanctorum. *Luc.* Signatum est. ℣ Dedisti. *Ant. in choro.* Iusti epulentur. (*Hymn.*) Aeterna Christi munera. ℟ *cum infant.* Interrogavi Angelum. ℣ In conspectu Agni. *Ant.* Vos amici. *Psalm.* (32). Gaudete iusti, *usque* Beata gens. *Ant.* Fratres mei. *Psalm.* (*ut sup.*) Beata gens. *Ant. in Magn.* Congregamini omnes. *Psall.* Celebremus diem Sanctorum. — Ad Missam Epistolam quam in Eusebio sancto (sic): Scimus quoniam diligentibus Deum. Evangelium in secunda Feria quadrag., ebdom. I: Elevatis Dnus oculis in caelum ». 9. — natalitia: natalitia nobis. Q. U. V. W. M.

# COMMUNE SANCTORUM.

## IN NATALI UNIUS APOSTOLI.

Ad Vesperas. *Lucern.* Exortum est. ℣ Beatus vir. * *Aliud.* Timete Dominum. ℣ Benedicam. *Hymn.* Aeterna Christi munera. ℟ Posuit coronam. ℣ Benedictus. * *Aliud.* Veruntamen iusti. ℣ Eripe me Domine. *Ant.* Subiecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris. ℣ (1) Omnes gentes.

*Oratio.* Deus, qui es omnium sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hunc diem beati apostoli tui *ill.* martyrio consecrasti, da ecclesiae tuae, de natalitia tanti pontificis tui festivitate laetari: ut apud misericordiam tuam, et exemplis eius adiuvemur et meritis. Per.

*Ant.* Nimis honorandi sunt amici tui, Deus: valde confortatus est principatus eorum. ℣ (2) Domine, probasti me.

*Orat.* Beatus apostolus tuus *ill.*, Domine, quaesumus, te pro nobis iugiter imploret: ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per.

*In Magnif.* * In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.

⁝ *Orat.* Maiestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus: ut f. 228

1. Commune sanctorum: *suppl. in hac ed.* — 2. Sub hac rubr. in cod. R. ponuntur etiam *ant.* et ℟℟ de communi plur. Apostolor., in hac edit. per signum * distincta, quae in cod. M. saparatim in communi pro plur., ante commune unius martyris, indicantur; si quae tamen diversa in M. invenientur, suis locis in notis, animadvertam. Antiphonas et ℟℟, quorum initia tantum hic invenies. reperies infra in Communi unius nel plurium Martyrum. — 3-5. M. *add. pro plur. apost.*: *Luc.* «Signatum est. ℣ Dedisti. *Ant. in choro.* Iusti epulentur. ℟ *cum infant.* Isti sunt viri sancti. ℣ Ecce quam bonum» *et pro uno apost.* «℟ *cum infant.* Clarus apostolus *ill.* ℣ Beatus vir.». — 10. natalitia: natalitio. V. W. — 15. Beatus, etc.: M. *hoc loco ponit seq. or.*: «Beati apost. t. *ill.*, Dne, veneranda solemnitas: et devotionem nobis augeat, et salutem. Per». — 18. *In Magnif.*: M. *pro uno ap. habet:* «*Ant.* Per os apostoli sui Dnus locutus est. *Al.* Fecit mihi magna». — 20. Maiestatem etc.: M. *hanc ponit or. infra ad Vigilias, post psalm.* Omnes gentes; *et hoc loco ponit or. II. cod. R.*

(1) Psalm. 46. (2) Psalm. 138.

sicut ecclesiae tuae sanctus apostolus *ill.* extitit praedicator et rector, ita sit pro nobis perpetuus suffragator. Per.

*Psallenda.* ⁜ Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel.

*Orat.* Beati apostoli tui *ill.*, Domine, sollemnia recensemus: ut eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi laudes offerimus. Per Christum.

*Alia.* Quaesumus, omnipotens Deus, beatus *ill.* apostolus tuus pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis exuamur. Per.

AD VIGILIAS. ℟ ⁜ Isti sunt sancti martyres Christi. ℣ Sancti omnes per fidem. *Aliud.* Coronam gloriae. ℣ Induit sanctum. *Ant.* Subiecit populos. ℣ (3) Omnes gentes.

℟ II. ⁜ Isti sunt triumphatores. ℣ Isti sunt qui laverunt. *Al.* Coronavit te. ℣ Certamen bonum. *Ant.* Nimis honorandi. ℣ (4) Domine, probasti me.

℟ III. ⁜ Vidi sanctos congregatos. ℣ Sub umbra. *Aliud.* Regnum Dei praeparatum. ℣ Regnum tuum. *Ant.* In hoc cognoscent. ℣ (5) Caeli enarrant.

*Psallentium.* ⁜ In omnem terram. II. Missus sum apostolus. ℟. ⁜ Sancti tui Domine. ℣ Gloriam regni. *Aliud.* Beatus vir. ℣ In mandatis.

1. apostolus: apost. tuus. Q. U. V. W. — 3. *Psallenda*: M. *pro uno ap. habet:* « *Psall.* Bene annunciavi iustitiam tuam, Dne, in ecclesia magna ». *el add.* « *Complelorium* (I) Sancti tui, Dne, semper benedicent te: gloriam regni tui dicent semper. All. All. (*Compl. II*) *Aliud.* Benedictus es, Dne, Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in saecula. Kyr. Kyr. Kyr ». — 8. *Alia.* Quaesumus, etc.: M. *ponil hanc or. infra, ad Vigil., post psalm.* Domine probasti me. — 10. absoluti: liberati. T. — 13. M. add., *in com. unius, or.* Maiestatem tuam, etc. (v. *sup.*); *in com. plur., seq.*: « Beatorum apost. t. *ill.* et *ill.*, Dne, honore continuo plebs tua semper exultet; et his praesulibus gubernetur, quorum doctrinis gaudet et meritis. Per Dom. ». — 16. M. *add., in com. un., or.* Quaesumus, etc. (v. *sup.*); *in comun. plur., seq.*: « Misericordiam tuam, quaes., Dne, nobis clementer impende: et apostolor. tuor. *ill.* et *ill.* nobis placare praesidiis. Per. ». — 22. M. *in comun. plur. add. seq.* « *or.* Deus, qui nos concedis apostolor. tuor. *ill.* et *ill.* natalitia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum sotietate gaudere. Per.

(3) Psalm. 46. (4) Psalm. 138. (5) Psalm. 18.

*Psallentium.* Protexit me. II. A finibus terrae. *Post Kyr. cum Gloria.* Per os apostoli. ℟. Gloria et honore. ℣ Domine Dominus noster.

*Psallentium.* Te laudant montes. II. Bene annunciavi. III. Iam non dicam vos. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce dedi potestatem.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* ⁑ Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. *Aliud.* Gaudete iusti. ℣ Confitemini Domino. *Ad Lect.* ℟ Gloria et honore. ℣ Domine Dominus. ℟ Coronam gloriae. ℣ Induit sanctum. ℟ ⁑ Exultabunt. ℣ Cantate Domino. *Al.* ℟ Coronavit te. ℣ Certamen bonum. ℟ Regnum Dei. ℣ Regnum tuum. *In Benedictus.* Per os apostoli. *Ad crucem.* ⁑ Iustorum animae. *Alia.* Iustus in perpetuum. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Subiecit. *In Laudate.* In hoc cognoscent. *Capitulum.* Missus sum apostolus. *Aliud.* ⁑ In omnem terram. *Psalm. direct.* Beatus vir qui timet. *Psall.* Non veni vocare. *Alia.* Bene annunciavi. f. 228′.

Mane. *Psallentium. Ant.* I. ⁑ In omnem terram exivit sonus apostolorum, et in fines orbis terrae verba eorum. ℣ (6) Caeli enarrant. II. Missus sum apostolus a Domino praedicare hominibus viam salutis. III. Protexit me in abscondito tabernaculi sui; in petra exaltasti me. IIII. A finibus terrae ad te clamavi, Domine; dum anxiaretur cor meum in petra exaltavit me. V. Te laudant montes et omnes colles; te laudant reges et omnes populi; te laudant principes et omnes

1-6. M. *in comm. plur. apost., ceteris omissis, haec tantum habet:* « *Psall.* Protexit me. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce dedi potestatem. *Alia.* Custodivit anima mea ». — 2-3. ℟ Gloria... noster. *in M. hoc loco* ℟ Beatus homo. ℣ Et de lege tua. — 7-10. *Aliud...* tuum: M. *pro comm. unius ponit* « ℟ *inter lect.*, I. Coronam gloriae II. Regnum Dei ». *pro comm. plur.* « ℟ *post hymn.* Iustorum animae. ℟ *inter lect.*, I. Coronam gloriae. ℣ Induit sanctos tuos (sic). ℟ Exultabunt ». — 11. apostoli: M. *in comm. unius add.* « *Alia.* Quam speciosi pedes ». *in comm. plur.* « *Ant.* Vos amici mei ». — 16. Non veni, etc.: *deest* M., *qui in comm. plur. habet* « *psall.* Vos qui secuti estis me ». — 18-19. Caeli enarrant: M. *in comm. unius Apost., omissa ant. I, ponit psalm. post ant.* Missus, etc., *et in comm. plur. add. seq.* « *Mane ad psallent. quod debet esse ante Missam, (ant. I).* In omnem terram, etc. ℣ Caeli enarrant. *Aliae ant. quae desunt require in nat. unius Apost. Post Kyr. cum Gloria.* Ecce dedi potestatem. *Alia.* Non veni vocare ». — 21. exaltasti: exaltavit. Q. U. V. M. — 23. exaltavit: exaltasti. Q. U. V. M. — 24. reges.... laudant: *deest* Q.

(6) Psalm. 18.

iudices terrae; omnes sancti te conlaudant, Domine. vi. Per os apostoli sui Dominus locutus est. *Foris muros post Kyr.* Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum, dixit ad discipulos suos Dominus: nam adtendite vos ab hominibus: tradent enim vos, in conciliis et synagogis suis flagellabunt vos propter me; sed qui perseveraverit in finem, ipse salvus erit: dicit Dominus. viii. Bene annunciavi iustitiam tuam, Domine, in ecclesia magna. viiii. Subiecit populos. x. Nimis honorandi. xi. Iam non dicam vos servos. xii. Amen dico vobis. xiii. In hoc cognoscent. xiiii. Vos qui secuti.
f. 229. † xv. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce dedit potestatem.

[Ad Missam]. *Ingr.* * Stabunt iusti. *Alia* Iustus non conturbabitur. *Psalmell.* * Gloria et honore. ℣ Domine Dominus noster. *Al. psalmell.* Iustus ut palma. ℣ Bonum est confiteri. ℣ *in All.* Nimis honorandi sunt amici tui, Deus: valde confortatus est principatus eorum. *Post Evang.* Subiecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris: principes populi convenerunt cum Deo Abraham; quoniam dii fortes terrae nimium elevati sunt amici tui, Deus. *Offert.* * Gloriabuntur in te. *Al.* In virtute tua. *Confr.* * Ego vos elegi. *Aliud.* In salutari tuo. *Trans.* * Laudate Deum. *Aliud.* Magna est gloria eius in salute tua, Domine. Alleluia.

## ORAT. IN NATALI SANCTORUM APOSTOLORUM.

*Orationes ad Vesperas et ad Vigilias.*

*Orat.* Protector in te sperantium, Deus, familiam tuam propitius respice: et per beatos apostolos tuos *ill.* et *ill.* a cunctis eam adversitatibus, potentiae tuae brachio defende. Per.

7. annunciavi: evangelizavi. U. M. — 10. xiii. In hoc etc.: *deest* M. — 11. M. *add.* « *Alia.* Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. *Alia.* Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona ». — 14. noster: M. *add.*: *in comm. plur.* « *Al. psalm.* Constitues eos. ℣ Pro patribus tuis. (*Epist.*) *ad Cor. I.* Puto quod nos Deus Apostolos. »; *in comm. unius* « *Episl. ad Ephes.* Benedictus Deus ». — 16. eorum: M. *add., in comm. unius* « *Al.* ℣ Posuisti in capite. (*Evang.*) *sec. Math.* Convocatis Dnus Ihesus duodecim »; *in comm. plur.* « *al.* ℣ Iustorum animae. (*Evang.*) *sec. Math.* Dixit Symon Petrus ab Ihesum ». — 21. Deum: M. *in comm. plur. add.*: « *Aliud.* Isti sunt qui propter sacrum ».

*Alia.* Deus, qui nos annua apostolorum tuorum *ill.* et *ill.* solemnitate laetificas, praesta, quaesumus: ut quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per.

*Alia.* Deus, qui nos per beatos apostolos tuos *ill.* et *ill.* ad cognitionem tui nominis venire tribuisti, da nobis: eorum gloriam sempiternam et proficiendo [celebrare, et] celebrando proficere. Per Dominum.

*Alia.* Exaudi nos, Deus salutaris noster: et apostolorum tuorum *ill.* et *ill.* nos tuere ubique praesidiis, ⁑ quorum donasti fideles esse doctrinis. Per. f. 229

## IN NATALI UNIUS MARTYRIS.

Ad Vesperas. *Lucern.* Exortum est in tenebris: lumen rectis corde. ℣ Beatus vir, qui timet Dominum; in mandatis eius cupiet nimis: [lumen]. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus in Domino, speravit in eo, et laudabuntur omnes recti corde.

*Hymn.* Deus tuorum militum: sors et corona, praemium: laudes canentes martyris: absolve nexu criminis.

Hic testis ore protulit: quod cordis arca credidit: Christum sequendo reperit: effusione sanguinis.

Hic nempe mundi gaudia: et blandimenta noxia: caduca rite deputans: pervenit ad caelestia.

Tempsit tyranni vincula: diras catenas, verbera: et voce clara nuntiat: Deum creasse omnia.

Poenas cucurrit fortiter: et sustulit viriliter: pro te effundens sanguinem: aeterna dona possidet.

Ex hoc furor vesaniae: iussit perimi martyrem: iustusque terris obruens: quem regna caeli continent.

Hic nos precantes supplices: te poscimus, piissime: in hoc triumpho martyris: dimitte noxam servulis.

9. nos tuere ubique: tuere. V. W. — 14. [lumen]: *suppl. in hac ed. cum all. codd.* — 18. criminis: vinculis. Q. — 20. effusione: effusionem. Q. V. W. M. — 21. Hic: Sic. Q. — 24. nuntiat: nuntians. M. — 27. iustusque: iustumque. Q. V. W. M. — 28. continent: continet. Q. W 1 ma. — 29. Hic: Hinc. Q *1 m.*, V.

Ut partem eius muneris: hereditemus congrui: laetemur in perpetuum: iuncti polorum atriis.

℟ Posuit coronam capiti meo, et circumdedit me Dominus muro salutis: ad expugnandum hostes et omnes inimicos. f. 230. ℣ Benedictus Dominus ⁑ Deus meus, qui docet manus meas ad praelium, et digitos meos ad bellum: ad expugnandum. *Ant.* Posuisti, Domine, in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣ (1) Domine in virtute.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, Domine, beati martyris tui *ill.* passione gloriari: ut eius semper et patrociniis confidamus, et fidem congrua devotione sectemur. Per.

*Ant.* Laetabitur iustus in Domino, speravit in eo. ℣ (2) Exaudi, Deus, vocem.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati martyris tui *ill.* sine cessatione venerantes natalitia, et fidei muniamur auxilio, et magnifico proficiamus exemplo. Per.

*In Magnif.* Fecit mihi magna Dominus, qui potens est, et sanctum nomen eius.

*Orat.* Deus, qui sanctam nobis huius diei solemnitatem pro commemoratione beati martyris tui *ill.* vel passione fecisti, adesto familiae tuae precibus, et da: ut cuius hodie festa celebramus, eius meritis et intercessionibus adiuvemur. Per.

*Psallenda.* Lex Dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius.

*Orat.* Beati martyris tui *ill.*, quaesumus, Domine, precibus adiuvemur: et eius digna solemnia celebrantes, tuo nomini fac nos semper esse devotos. Per Christum.

3. ℟: M. *add.*: « ℟ *cum infant.* Clarus martyr tuus Christoforus (sic) virtutum gratia pollens: ad cultum fidei divina praedicatione multos perduxit. ℣ Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, sed: ad cultum ». — 10. passione: vel passione. W. — 25. M. *add.*: « *Complet.* Sancti tui, Dne, semper benedicent te: gloriam regni tui dicent semper. All. all. *Aliud.* Benedictus es, Dne, Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in saecula. Kyr. Kyr. Kyr. » — 27. digna: *deest* W.

(1) Psalm. 20. (2) Psalm. 63.

*Orat.* Ut tibi, Domine, placere possimus, beati † martyris tui *ill.* precibus adiuvemur. Per. f. 230v.

*Orat.* Exaudi, Domine, preces nostras: et beati martyris tui *ill.* nos tuere ubique praesidio. Per Christum.

Ad Vigilias. ℟ Ante te, Domine, paratus sum victimam sanguinis fundere; quia propter te multa sustinui. Tu es Deus, defende me: et libera me ab his qui persequuntur me. ℣ Eripe me, Domine, ab homine malo; a viro iniquo defende me: et libera me. *Ant.* Scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum. ℣ (3) Cum invocarem te.

*Orat.* Propitiare, Domine, populo tuo: et quos in frequentatione beati martyris tui *ill.* tribuis interesse, protectione perpetua semper facias esse securos. Per.

℟ Coronam gloriae dedit illi Deus: ut expugnaret adversarios suos. ℣ Induit sanctum suum Dominus loricam iustitiae, et armavit illum armis fidei: ut expugnaret. *Ant.* Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti sanctum tuum. ℣ (4) Verba mea.

*Orat.* Beati martyris tui *ill.* nos, quaesumus, Domine, gloriosa merita prosequantur: quae fragilitatem nostram et precibus tueantur, et meritis. Per.

℟ Coronavit te Dominus corona iustitia: stolam gloriae suae et circumdedit te; et habitat in te Deus sanctus Israel. ℣ Certamen bonum certasti, cursum consumasti, reposita est tibi corona iustitiae: stolam. *Ant.* Gloria et honore coronasti sanctum tuum, Domine. ℣ (5) Domine, Dominus noster.

*Psallentium.* Anima mea. ii. Posuit Dominus. † *Post Kyr.* f. 231
*cum Gloria.* Posuisti, Domine, in capite eius coronam: de

1-4. M. *ponit or.* Ut tibi, etc., *post psalm.* Verba mea, *infra ad Vigil.; et orat.* Exaudi, *ponit infra, ad Psallent., loco or.* Beati martyris, etc. — 11. Propitiare, etc.: *loco huius or. M. ponit seq.*: « Praesta, quaes., o. D.: ut eius sine cessatione fruamur auxilio, cuius patrocinia, te largiente, adepti sumus. Per. ». — 14. illi... expugnaret: *corr. ex* illis... expugnarem. — 15. sanctum suum: *corr. ex* sanctos suos. — 19. Beati, etc.: *in* M., *hoc loco, or.* Ut tibi, etc. (v. *sup.*). — 22. stolam: stola. Q. T. U. V. M. — 23. et circumdedit: et, *deest* T. V. M.

(3) Psalm. 4. (4) Psalm. 5. (5) Psalm. 8.

lapide pretioso. ℣ Vitam petiit te, et tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi: de lapide.

*Orat.* Beati martyris tui *ill.*, nos, quaesumus, Domine, praeclara comitetur oratio: et misericordiam tuam nobis indesinenter imploret. Per Christum.

*Psallentium.* Vitam petiit te. II. Magna gloria eius. *Post Kyr. cum Gloria.* Laetabitur iustus. ℟ Gloria et honore: coronasti eum. ℣ Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra: coronasti.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui beati martyris tui *ill.* natalitia colimus, intercessione eius, in tui nominis amore roberemur. Per Christum.

*Psallentium.* Posuit coronam. II. Super iram inimicorum. *Post Kyr. cum Gloria.* Custodivit anima mea.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Iustus ut palma florebit: sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur. ℣ Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime: sicut cedrus. *Ad Lect.* ℟ Coronavit te Dominus. ℣ Certamen bonum. ℟ Posuisti Domine. ℣ Vitam petiit te. *In Benedictus.* Gloria et honore. *Ad crucem.* Iustus in perpetuum vivet, et apud Dominum est merces eius; propterea accipiet regnum decoris. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis, faciens mirabilia: hic Deus meus, et honorificabo eum. *In Benedicite.* Tu, Domine, benedices iustum. *In Laudate.* Laetabitur iustus in Domino, speravit in eo. *Capitulum.* Posuisti, Domine, in capite eius coronam de lapide pretioso. *(Psalm.) directus.* Beatus vir qui timet. *Psallenda.* Custodivit anima mea. II. Posuit coronam. *Completorium.* Iustus ut palma.

231'. ✠ [Mane *Psallentium*]. *Ant.* I. Anima mea, magnifica Deum, qui fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen

3. Beati, etc.: *in M. or.* Exaudi, Dne, preces. (v. *sup.*). — 10. Praesta, etc.: M. *ponit hanc or. infra, post* Benedicite; *et hoc loco habet orat.* Beati martyris... gloriosa merita etc. (v. *sup.*). — beati: beati *ill.* U. — 14. M. *hoc loco add. or.* Propitiare, Dne, populo tuo, etc. (v. *sup.*). — 22. Gloriosus: Gloriosus in sanctis tuis, Deus. *Alia.* Gloriosus in sanctis, faciens, etc. M. — 24. iustum: M. *hoc loco add. or.* Praesta... roboremur. Per. (v. *sup.*). — 27-28. II. Posuit coronam: *deest* M. — 28. palma: *in M. per extensum:* « palma florebit: sicut cedrus, quae est in Libano, multiplicabitur. Kyr. Kyr. Kyr. (*et. add.*) *Or.* Beati martyris... imploret. Per. *Alia* (*or.*) Beati mart. t. *ill.*, Dne, sollemnia recensemus: ut eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi laudes offerimus. Per. ».

eius. ℣ (6) Et exultavit spiritus. II. Posuit Dominus animam meam ad vitam, et non dedit commoveri pedes meos. III. Vitam petiit te, et tribuisti ei, Domine, longitudinem dierum in saeculum saeculi. IIII. Magna gloria eius in salute tua; gloriam et magnum decorem impones super eum. V. Posuit coronam capiti eius Dominus, quia fidelis inventus est in regno gloriae eius. VI. Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvasti me dextera tua. VII. Posuisti, Domine, in capite eius coronam de lapide pretioso. VIII. *Foris muros.* Desiderium animae eius tribuiste ei, Domine: magna est gloria eius in salute tua. VIIII. Dedisti eum, Domine, in benedictione dulcedinis; posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso: vitam petiit te, et tribuisti ei in aeternum. X. Loquebar de testimoniis tuis, Domine, in conspectu regum, et non confundebar. XI. Qui vult post me venire, dicit Dominus, abneget semetipsum, tollat crucem suam, et sequatur me: dicit Dominus. *Post Kyr. cum Gloria.* XII. Custodivit anima mea testimonia tua, et dilexit illa nimis.

[Ad Missam]. *Ingr.* Iustus non conturbabitur, quia Dominus firmat manum eius: tota die miseretur et commodat, et semen eius in benedictione erit in aeternum: dicit Dominus. *Psalmell.* Iustus ut palma florebit; sicut cedrus quae est in Libano: multiplicabitur. ℣ Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime: multiplicabitur. ℣ *in All.* Posuisti in capite eius coronam de lapide ‡ pretioso. *Post* f. 232 *Evang.* Iustus velut palma florebit; sicut cedrus, quae est in Libano, multiplicabitur. Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt. *Alia.* Os iusti meditabitur sa-

3. Domine: *deest* M. — 4. Magna: Magna est. V. — 8. salvasti: salvabis. M. Q.: salvabit. T. U.: salvavit. V. — VII. Posuisti, etc. *M. om.* — 14. Domine: *om*; U. — 22-25. M. *suis locis add.*: « *Lect. libri Sapientiae.* Iustum deduxit Dnus. *Psalmell.* Iustus ut palma, etc. (*Alius*) *Psalmel.* Posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso. ℣ Desiderium animae eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. (*Epist. ad Cor. II.* Ubi Spiritus Dni, ibi libertas. (*Alia*) *Ad Timoth. II.* Assecutus es doctrinam. ℣ *in All.* Posuisti, etc. *Al.* ℣ Posuisti in capite eius. (sic). *Evang. sec. Math. require in sco Georgio.* Qui vult post me venire. *Al. sec. Math.* Qui amat patrem aut matrem plusquam me ». — 26. Posuisti: Posuisti Domine. Q. — 27. velut: ut. U.

(6) Cant. B. M. V.

pientiam, et lingua eius loquetur iuditium: lex Dei eius in corde ipsius. *Offert.* In virtute tua, Domine, laetabitur iustus; et super salutare tuum exultavit vehementer: desiderium animae eius tribuisti ei, Domine. *Aliud.* Desiderium animae eius tribuisti ei, Domine: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. *Confr.* In salutari tuo anima mea, et in verbis tuis speravi: quando faciens de persequentibus me iuditium? Iniqui persecuti sunt me, adiuva me, Domine Deus meus. *Aliud.* Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. *Trans.* Magna est gloria eius in salute tua, Domine. Alleluia.

## IN NATALE PLURIMORUM SANCTORUM.

Ad Vesperas. *Lucern.* Timete Dominum: sancti eius. ℣ Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo: sancti. *Aliud.* Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. ℣ Dedisti laetitiam in corde meo a tempore frumenti: vultus. *Ant. in choro.* Iusti epulentur; exultent in conspectu Dei; delectentur in laetitia tua, Domine.

*Hymnus.* Aeterna Christi munera: et martyrum victorias: laudes ferentes debitas: laetis canamus mentibus.

Ecclesiarum principes: belli triumphales duces: caelestis aulae milites: et vera mundi lumina.

f. 232'. * Terrore victo saeculi: poenisque spretis corporis: mortis sacrae compendio: vitam beatam possident.

Traduntur igni martyres: et bestiarum dentibus: armata saevis ungulis: tortoris insanit manus.

Nudata pendent viscera: sanguis sacratus funditur: sed permanent immobiles: vitae perennis gratia.

Devota sanctorum fides: invicta spes credentium: perfecta Christi caritas: mundi triumphat principem.

5. voluntate: *corr. ex* voluntatem. — 8. faciens: facies. Q. T. U. V. M. *ex corr.* — 10. venire post me: post me venire. U. — 21. laetis: laeti. Q. — 25. vitam: lucem. U. V. M.; *in* Q. *ras.* — 27. saevis... insanit: saevis... insani T.; saevit... insani. R. *corr. 2 ma.*; Q. U. V. W: M. saevit... insanit. — 28. pendent: pendunt Q. — 31. principem: *ras.* m. *fin.*; principe. M.

In his paterna gloria: in his voluntas Spiritus: exultat in his Filius: caelum repletur gaudio.

Te nunc, Redemptor, quaesumus: ut martyrum consortio: iungas precantes servulos: in sempiterna saecula.

℟ Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo, et habitabunt recti cum vultu tuo: Domine. ℣ Eripe me, Domine, ab homine malo; a viro iniquo libera me: Domine. *Aliud cum fantibus.* Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, et dedit illis gratiam sempiternam: quorum doctrina sancta fulget ecclesia. ℣ Ecce quam bonum et quam iocundum, habitare fratres in unum: quorum doctrina. *Ant.* In conspectu sanctorum psallam tibi, Domine. ℣ (1) Confitebor tibi, Domine.

*Orat.* Protector fidelium Deus, et sanctarum lumen animarum, supplicum tuorum preces dignanter exaudi: ut spiritalium virtutum amore flagrantes, beatissimorum martyrum tuorum *ill.* consortio copulemur. Per.

‡ *Ant.* Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum f. 233 eius. ℣ (2) Credidi propter.

*Orat.* Deus, qui sanctis tuis copiosa fide pugnantibus ipse certaminis gloriam tribuisti, annue, quaesumus: ut eam in nobis suis patrociniis operentur, quam sibi praestitam per tuam gloriam didicerunt. Per.

*In Magnif.* Respexit Dominus ad humilitatem sanctorum suorum.

*Orat.* Deus, vita et fortitudo iustorum, da nobis in tua gratia amare quae recta sunt: ut te custode servati, ab omnibus vitae huius saeculi periculis liberemur. Per.

*Psallenda.* Laetamini in Domino, et exultate, iusti: et gloriamini omnes recti corde. *Alia.* Psallite Domino, sancti eius, et confitemini memoriae sanctitatis eius. *Alia.* Iusti et sancti, in Domino gaudete: vos elegit Dominus haereditatem sibi.

5. ℟: ℟ *in choro.* M. — 9. *fantibus*: M. add. « *et mellod. propr.* » — 29-31. M. *ponit I loco psall.* Iusti, et sancti; *et* Laetamini *III loco.* — 32. sibi: M. *add.* « *Compl.* Sancti tui Dne. *Aliud.* Benedictus es Dne ».

(1) Psalm. 137. (2) Psalm. 115.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut non desinant sancti tui pro nostris tibi supplicare peccatis, a quibus te voluisti pro peccatoribus exorari. Per Christum.

Ad Vigilias. ℟ Isti sunt sancti martyres, Christi discipuli, qui pervenerunt ad martyrii palmam, et passi sunt pro Domino: dedit eis Deus potestatem infirmos sanare. ℣ Sancti omnes per fidem devicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones: dedit. *Ant.* Vos estis amici mei, qui perseverastis mecum usque in finem. ℣ (3) Gaudete, iusti, in Domino. *Sequitur usque ad:* Beata gens.

233'. *Orat.* Deus, qui per gloriosa bella certaminis ⁎ ad immortales triumphos, beatos martyres tuos extulisti, concede, quaesumus: ut eorum meritis protegamur, in quorum festivitate laetamur. Per.

℟ Isti sunt triumphatores et amici Dei, qui contempnentes iussa principum meruerunt praemia aeterna: modo coronantur, et accipiunt palmas. ℣ Isti sunt qui laverunt stolas suas in sanguine Agni, et sequuntur Agnum quocumque ierit: modo. *Ant.* Fratres mei, et amici mei, venite ad regnum Patris mei: dicit Dominus. ℣ (4) Beata gens.

*Orat.* Deus, qui glorificaris in concilio sanctorum martyrum tuorum *ill.*, respice ad preces humilitatis nostrae: et quorum sollemnia celebramus, eorum precibus adiuvemur. Per.

℟ Vidi sanctos congregatos, sicut rosa germinans sub umbra montis: et sicut lilia odorem suavitatis habentes. ℣ Sub umbra Domini requiescunt iusti, et sicut vitis florebit memoria eorum: et sicut. *Ant.* Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio vobis. ℣ (5) Beati omnes.

*Psallentium.* I. Iustorum animae. II. Clamaverunt. III. Oculi Domini. IIII. Sanctis qui in terra. V. Gaudete et exultate.

2. tui: tui *ill.* et *ill.* M. — tibi: *deest* M. — 6. Deus: *deest* M. — 11. Deus, etc.: *in* M. *hoc loco or.* Deus, qui Sanctorum... protegamur. (v. *inf.*). — 12. tuos: tuos *ill.* et *ill.* M. — 21. Deus, etc.: M. *hoc loco ponit or.* Laetificet, etc. v. *inf.* — 23. adiuvemur: adiuvari mereamur. Q. U. V. M. — 24. rosa germinans: rosa germinat. U. rosae germinant. V. M. — 30. v.: *Post Kyr. cum Gloria.* M.

(3) Psalm. 32. (4) Reliq. psalm. 32. (5) Psalm. 127.

℟ Exultabunt sancti in gloria: laetabuntur in cubilibus suis. ℣ Cantate Domino canticum novum, laudatio eius in ecclesia sanctorum: laetabuntur.

*Orat.* Laetificet nos, quaesumus, Domine, beatissimorum martyrum tuorum *ill.* gloriosa sollemni-‡tas: ut qui tibi placue- f. 234. runt suis meritis, pro nobis implorent auxilium. Per Christum.

*Psallentium.* Facti sunt, Domine, sancti tui. II. Sanctorum memoriam colimus. *Post Kyr. cum Gloria.* Sancti tui, Domine, florebunt. ℟ Sancti tui, Domine: semper benedicent te. ℣ Gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur: semper.

*Orat.* Misericordiam tuam, quaesumus, Domine, clementer impende: et sanctorum martyrum tuorum *ill.* nobis placare praesidiis. Per.

*Psallentium.* [I.] Gaudete gaudio. II. Ad honorem sanctorum. III. Celebramus diem sanctorum. IIII. Congregamini omnes. *Post Kyr. cum Gloria.* Ecce dedi potestatem.

*Orat.* Deus, qui nos in sanctorum sollemnitate laetificas, et imitatione excitas ad profectum, tribue, quaesumus: ut, quos veneramur meritis martyrum, piae conversationis sequamur exemplis. Per.

Ad Matut. ℟ *post hymnum.* Gaudete, iusti, in Domino: rectos decet conlaudatio. ℣ Confitemini Domino in cythara, in psalterio decem cordarum psallite ei: rectos. *Aliud.* Iustorum animae in manu Dei sunt: et non tanget illos tormentum malitiae. ℣ Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est: et non tanget illos. ℟ *ad Lectiones.* Coronam gloriae dedit. ℣ Induit sanctum tuum. ℟ Gloria et honore. ℣ Domine Dominus noster. *In Benedictus.* Gaudete sancti ante conspectum Agni: vobis paratum est regnum ab origine ‡ mundi. *Ad crucem.* Iustorum f. 23 animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiae: tamquam aurum in fornace probavit eos, et regnavit

4. Laetificet etc.: *in* M. *hoc loco or.* Deus qui per gloriosa (v. *sup.*). — 6. pro nobis: *deest* M. — 11. Misericordiam, etc.: *in* M. *or.* Deus qui sanctis tuis coronam, etc. (v. *inf.*). — clementer: nobis clem. Q. V. W. — 12. impende: intende. U. — 14-15. M. *om. ant. I et IV.* — 16. M. *add. al. or.* Deus qui glorificaris, etc. (v. *sup.*). — 27. Coronam, etc.: v. *sup. in commun. un. mart., mutato numero.* — 27-28. sanctum tuum: *tege* sanctos tuos. *cum omn. codd.*: M. *add.* « *al.* ℟. Vidi sanctos. ℣ Sub umbra. ℣ Exultabunt sancti. ℣ Cantate Dno ». — 32. regnavit: regnabit. Q. U. V.

super eos Dominus in perpetuum. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis, faciens mirabilia; hic Deus meus, et honorificabo eum. *In Benedicite.* Sancti et humiles corde, benedicite Domino.

*Orat.* Deus, qui sanctorum martyrum tuorum nobis intercessione succuris, da, quaesumus: ut eorum exultemus meritis, et patrocinio protegamur. Per.

*In Laudate.* In sanctis eius laudate Deum. *Capitulum.* Mirabilis Deus in sanctis suis. *Psalmus directus.* Beati omnes qui. *Hymnus.* Aeterna Christi. *Psallenda.* Sancti tui Domine florebunt. *Alia.* Gaudete gaudio. *Completorium.* Exultabunt sancti in gloria.

*Orat.* Deus, qui sanctis tuis coronam dedisti, et peccatoribus veniam non negasti: omnes exaudi, et omnibus misereris. Per Christum.

Mane. *Psallentium. Ant.* I. Iustorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. ℣ (6) Gaudete, iusti. II. Clamaverunt iusti, et Dominus exaudivit eos: custodiens Dominus animas sanctorum suorum. III. Oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum. IIII. Sanctis qui in terra sunt, mirificavit Deus voluntates suas inter illos: propter hoc delectatum est cor eorum, et exultavit lingua, insuper et caro eorum in spe requiescet. V. Facti sunt, Domine, sancti tui sicut consolati in regno caelorum: seminantes in lacrymis in saecula portantes gaudium in aeternum. Alleluia, alleluia. VI. Sancti tui, Domine, magnificant te:

1. *In Cantemus:* M. add. « Gloriosus in sanctis suis Deus. *Al.* » — 2. eum: M. *add.* « *Orat. secr.* Deus qui tribus pueris ». — 3. Domino: Dominum. Q. T. — 4. Deus, etc. *in* M. *hoc loco al. or.* « Deus, qui nos concedis sanctor. martyrum tuor. *ill.* et *ill.* natalitia colere, da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per ». — tuorum: tuorum *ill.* et *ill.* W. M. — 11. gloria: M. *suppl. omissa in R.* « gloria, laetabuntur in cubilibus suis. Kyr. Kyr. Kyr. ». — 12-14. Deus, etc: *in* M. *hoc loco* « *Orat.* Omnium virtutum Deus, bonorumque largitor, da, quaes.; ut beatiss. martyr. t. *ill.* et *ill.* semper nobis sint et honoranda sollemnia, et desiderata praesidia. Per. *Alia.* Misericordiam tuam, etc. » (v. *sup.*). — 12. dedisti: *deest* T. — 13. omnibus: omnium. U. V. M. — misereris: miserere. Q. T. U. V. M. — 17-18. custodiens: custodiet. Q. T. V. — 21. et exultavit... eorum: *suppl. 1 ma. sup. lin.* — 22. requiescet: et requiescet: Q. — 25. magnificant te: magnificantes. Q.

(6) Psalm. 32.

fecisti enim cum eis magna, quia potens es. VII. ⁑ Sanctis f. 235.
tuis, Domine, angelorum magna dedisti, et paratum panem de caelo praestitisti eis in aeternum. VIII. Sancti tui, Domine, florebunt sicut lilia: et sicut odor Libani erunt ante te. VIIII. *Foris muros post Kyr.* Quis in nubibus aequabitur Domino; aut quis similis erit Deo inter filios Dei? Deus qui glorificaris in concilio sanctorum. X. Quanta virtus est sanctorum martyrum, tanta salus erit occurrenti populo; quia odor potens in eis, et palma victoriae magna est: per ipsos deprecamur te, Christe; salva populum, et miserere nobis. XI. Sanctorum memoriam colimus, Domine; te magnificantes, quia tu, Christe, coronasti eos, quia custodierunt mandata tua: eorum precibus dele iniquitates nostras, et miserere nobis. XII. Gaudete gaudio magno, martyres Christi; gaudete et exultate, quia merces vestra magna est in caelis. XIII. Ad honorem sanctorum concurrite, populi, videntes gloriam Dei: ecce qui meruerunt, qui Dominum Christum non negaverunt. XIIII. Beati qui in toto corde exquirunt te, Domine; et non declinaverunt a mandatis tuis. XV. Tradiderunt sancti corpora suo pro Deo supplitium, et meruerunt habere coronam perpetuam. XVI. Beati pacifici, beati mundo corde, quoniam ipsi Dominum videbunt. XVII. Vos estis amici mei. XVIII. Dico autem vobis, amici mei ne timeatis ab his qui occidunt corpus. XVIIII. Vos amici mei. XX. Fratres mei, et amici mei, venite ad regnum Patris mei: dicit Dominus. XXI. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt;
nolite timere, multis passeribus melio-⁑res estis vos. XXII. No- f. 235
lite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: dicit Dominus. XXIII. Isti sunt qui confessi sunt omnes Filii Dei; ideo coronantur, et accipiunt palmas. XXIIII. Congregamini, omnes, et videbitis virtutem, qualem dedit Dominus sanctis suis. XXV. Gaudete iusti in Domino, rectos decet conlaudatio. XXVI. In consilio iustorum et congregatione, magna opera Domini. XXVII. Celebremus diem

2. magna: manna. Q. T. U. V. M. — 6-7. glorificaris: glorificatur. Q. U. V. M. — 9. per ipsos: *suppl. al. ma. sup. lin.* — 10. XI. Sanctorum, etc.: M. *ponit hanc ant. post XIII.* — 11. magnificantes: magnificamus. Q. T. U. V. M. — 12. quia... tua: M. *om.* — 16. qui: quid. T. V. M. — 19. suo: sua. Q. U. V. — 20. supplitium: *ex corr. 2 ma.*; ad supplicium. Q. T. U. V. M. — 21. Dominum: Deum. Q. T. U. V. — 22. amici mei: amicis meis Q. U. V. M. — 28. dicit Dominus: M. *om.* — 29. omnes: *lege* nomen, *cum.* Q. T. U. V. M.

sanctorum, quasi Agni incontaminati et immaculati, Christi Domini nostri. xxviii. Sanguis sanctorum martyrum pro Christo effusus est in terra; ideo adepti sunt munera sempiterna. xxviiii. Iam non dicam vos servos, sed amicos meos; quia omnia nota feci vobis. xxx. Amen dico vobis, mundus plorabit, et vos gaudebitis; et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. xxxi. Gaudete et exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelis: dicit Dominus. xxxii. Ecce dedit potestatem vobis calcandi super omnes virtutes inimici. *Post Kyr. cum Gloria.* xxxiii. Ecce odor sanctorum Dei, tamquam odor agri pleni, quem benedixit Deus.

[Ad Missam]. *Ingr.* Stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustaverunt: quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. *Alia.* Salus autem iustorum a Domino, et protector eorum est in tempore tribulationis. *Psalmell.* Sancti tui, Domine, benedicent te:
f. 236. gloriam ⁑ regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur. ℣ Voluntatem timentium se faciet, et orationes eorum exaudiet. ii. ℟ Iusti confitebuntur nomini tuo, et habitabunt recti cum vultu tuo, Domine. ℣ Cognovi, quoniam faciet Dominus iudicium inopum, et vindictam pauperum. iii. Gloriosus Deus in sanctis, mirabilis in maiestatibus, faciens prodigia. ℣ Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute dextera manus tuae, Domine. iiii. Gloria et honore coronasti eos, et constituisti eos super opera manuum tuarum. ℣ Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. ℣ *In All.* Iustorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiae. *Al.* ii. Gaudete, iusti, in Domino; rectos decet conlaudatio: confitemini Domino in cythara, in psalterio decem cordarum psallite ei. *Al.* iii. Exultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis. *Al.* iiii. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. *Ant. post Evang.* Sancti tui benedicent te, gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur. *Alia* Dominus amat iuditium, et non derelinquet

7. xxxi.: *Post Kyr. cum Gloria.* M. — 8. dedit: dedi. Q. T. U. V. M. — 19. ℟: lege *Psalmellus.* — 20. Cognovi: Cognovit. U. — 23. tuae: tua V. — 26. terra: M. *add. init. Epist.* « *Ad. Rom.* Iustificati ex fide. *(Alia) ad Hebreos.* Sancti per fidem ». — 31-32. *Al. IIII...* eius: *deest* M., *qui add. init. Evang.* « *Sec. Iohan.* Sicut dilexit me Pater. (*Aliud*) *sec. Luc.* Cum audiretis praelia. (*Al.*) *sec. Luc.* Designavit Dnus Ihs septuaginta. (*Al.*) *sec. Luc.* Qui vos andit ». — Sancti tui, etc.: M. *ponit hanc ant. 2 loco.*

sanctos tuos: in aeternum conservabuntur; adiuvavit eos, et liberavit eos Dominus a peccatoribus. *Offert.* Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum; quoniam tu, Domine, benedices iustum: Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. *Aliud.* Quoniam ad te orabo, Domine, mane: quoniam ad te orabo, Domine, mane, et exaudies * vocem meam: f. 236v.
Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. *Confr.* Ego vos elegi de mundo, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat. *Aliud.* Amen dico vobis; quod vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me, centuplum accipietis, et vitam aeternam possidebitis. *Aliud.* Beati servi, quos cum venerit Dominus eius invenerit vigilantes: amen dico vobis, super omnia bona sua contituet eos. *Trans.* Laudate Deum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. *Aliud.* II. Isti sunt qui propter sacrum martyrium facti sunt perfecti et fideles amici Christi: oportet nos mundum contempnere, ut possimus sequi Christum Dominum; ne perdamus vitam perpetuam, propter vanam huius mundi gloriam. *Aliud.* III. Isti sunt qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, et in sanguine Agni laverunt stolas suas. Congregamini, omnes qui timetis Deum, et videte quantam gloriam dedit Dominus sanctis suis. *Aliud.* IIII. Multitudo sanctorum simul et confessorum, Domine, laudes tibi referunt; quia misisti Spiritum sanctum tuum ad consecrandum nobis Corpus et Sanguinem Domini. Alleluia, alleluia.

## IN NATALI CONFESSORUM.

AD VESPERAS. *Lucern.* Lux orta est iusto, et rectis corde: laetitia. ℣ Dominus regnavit, exultet terra, laetentur insulae multae: laetitia. *Ant. in choro.* Laetabitur iustus.

*Hymn.* Iesu corona celsior: et veritas sublimior: qui confitenti servulo: reddis perenne praemium.

Da supplicanti coetui: obtentu huius optimi: remissionem criminum: rumpendo nexum vinculis.

1-2. adiuvavit... liberavit: adiuvabit... liberabit. U. V. — 4. iustum: iustos. Q. M. — 5-7. Quoniam etc.: Quoniam ad te orabo Domine mane, et exaudies vocem meam, Dne. (sic) U. — 8. fructum: *corr. ex* fructus. — 12. eius: *dele cum all. codd.* — 22. suis: M. *add.* « *Al.* Sanguis sanctorum Martyrum. ». — 29. laetitia: M. *add.* « *Aliud.* Exortum est. ℣ Beatus vir. ». — 33. vinculis: vinculi. Q. U. V. W. M.

f. 237. Anni recurso tempore: dies reluxit lumine: ‡ quo sanctus hic de corpore: polum migravit praepotens.

Hic vana terrae gaudia: et lutulenta praedia: polluta sorde deputans: ovans tenet caelestia.

Te, Christe, rex piissime: hic confitendo iugiter: calcavit hostem fortiter: superbum ac satellitem.

Virtutum actu et fide: confessionis ordine: ieiuna membra deferens: dapes supernas optinet.

Plus currit in certamine: confessor ipse sustinens: quam martyr ictum sufferens: mucrone fundens sanguinem.

Proinde te, piissime: precamur omnes supplices: ut huius almi gratia: nobis remittas debita.

℟ Sapientia iustum deduxit in viam rectam: et a pereuntibus impiis liberavit eum Dominus. ℣ Iustus autem si morte aliqua praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit: et a pereuntibus. ℟ *cum fantibus*. Pastor bonus *ill.*, virtutum gratia pollens: ad cultum fidei divina praedicatione multos perduxit. ℣ Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: ad *Ant.* Laboravit iustus in finem, vivet in aeternum, quoniam non videbit interitum. ℣ (1) Audite haec.

*Orat.* Beatus sacerdos et confessor tuus *ill.*, quaesumus, Domine, sua nos intercessione apud te commendet: ut tibi placito fulti suffragio, quam precamur, indulgentiam peccatorum consequi mereamur. Per.

*Ant.* In memoria aeterna erit iustus; ab auditu malo non timebit. ℣ (2) Beatus vir qui timet.

*Orat.* Adesto, Domine, precibus nostris, quas in sancti
f. 237'. con-‡fessoris tui *ill.* commemoratione deferimus: ut qui nostrae iustitiae fidutiam non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuvemur. Per.

3. sorde: sorte. U. W. — 4. tenet: tenens. Q. — 12. debita: M. *add.* «Gloria tibi, Dne. ℟ *in choro*». — 13. deduxit: deducit. U. T. — 14. liberavit: liberabit. M. — 19. ad: sed ad. Q. U. V. M. — 29. confessoris: sacerdotis et conf. V. W. — 30. qui tibi placuit: meritis et. W.

(1) Psalm. 48. (2) Psalm. 111.

*In Magnif.* Euge, serve bone, fidelis, intra in gaudium Domini Dei tui. *Alia.* Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus eius, invenerit vigilantem.

*Orat.* Concede, quaesumus, Domine, beati sacerdotis et confessoris tui *ill.* nos deprecatione muniri: ut et temporaliter his patrociniis foveamur, et spiritaliter praeparemur aeternis. Per.

*Psall.* Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iuditium. *Alia.* Lex Dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius. *Compl.* Sancti tui Domine.

*Orat.* Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati *ill.* confessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas, et devotionem nobis augeat, et salutem. Per Christum.

AD VIGILIAS. ℟ I. Homo iste implevit omnia quae locutus est ei Deus; et dixit ad eum, Ingredere in requiem meam: quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. ℣ Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini Dei tui: quia te. *Ant.* Pastor magne, *ill.* sancte, te deprecamur, ora pro nobis. ℣ (3) Dilexi quia audiet.

*Orat.* Libera, quaesumus, Domine, a peccatis et hostibus tibi populum supplicantem: et in beati * sacerdotis et con- f. 238. fessoris tui *ill.* doctrinis viventes, nullis affligantur adversis. Per.

℟ II. Lex veritatis fuit in ore eius, et iniquitas non est inventa in labiis eius: in pace in aequitate ambulavit mecum, dicit Dominus. ℣ Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium sanctum eius confortavit eum: in pace. *Ant.* Summe sacerdos *ill.*, pastor egregie, ora pro nobis Deum. ℣ (4) Credidi.

*Orat.* Exaudi, Domine, preces nostras, quas in sancti confessori tui *ill.* commemoratione deferimus. In conspectu tuo, qui digne meruit famulari, clarus semper existens, supplica-

10. M. *recte add.* « *Al.* Benedictus es. ». — 12. et: *deest* U. — 20. Libera, etc.: M. *hoc loco ponit or.* Beatus sacerdos, etc. (v. *inf.*). — 22. affligantur: affligamur. V. — 24. pace: pace et. Q. U. V. M. — 26. eius: meum. Q. U. — 28. Exaudi, etc.: M. *hoc loco habet or.* « Sancti, Dne. conf. t. *ill.* supplicationibus tribue nos foveri: ut cuius deprecationem annuo celebramus obsequio, eius apud te intercessionibus et meritis commendemur. Per. ». — 30. qui: qui tibi. M.

(3) Psalm. 114. (4) Psalm. 115.

tionem nostram adiuvet: Quod ipse praestare digneris, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus.

℟ III. Iste est verus sacerdos, in quo dolus non fuit, neminem iudicans, neminem damnans: nulli malum pro malo reddidit, et amicus Dei factus est. ℣ Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: nulli. *Ant.* Confessor sancte, sacerdos magne, beate *ill.*, intercede pro nobis. ℣ (5) Beatus vir qui timet.

*Psallentium.* Beatus homo. *Al.* Iocundus homo. ℟ Beatus vir: qui timet Dominum. ℣ In mandatis eius cupiet nimis: qui.

*Orat.* Beatus sacerdos et confessor tuus *ill.*, quaesumus, Domine, sua nos intercessione laetificet: et pie faciat in sua
f. 238'. sollemni-*tate gaudere. Per.

*Psallentium.* In via peccatorum non stetit II. Benedicta confessio. III. Erit iustus. ℟ Beatus homo, Domine: quem tu erudieris. ℣ Et de lege tua docueris eum: quem tu erudieris.

*Aliud psallentium.* Confessio eius super caelum. II. Sacerdos et pontifex. *Post Kyr. cum Gloria.* Beatus ille servus.

AD MATUT. ℟ *post hymn.* Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum: ut mitiges eum a diebus malis. ℣ Quoniam non repellet Dominus plebem suam, et haereditatem suam non derelinquet: ut mitiges. *Ad Lectiones.* ℟ Homo iste. ℣ Euge serve bone. ℟ Lex veritatis. ℣ Manus enim. ℟ Ecce homo sine quaerela, verus Dei cultor: abstinens se ab omni opere malo, et perseverans in innocentia. ℣ Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: abstinens. *In Benedictus.* Confessor sancte. *Ad crucem.* Iustus in perpetuum. *In Cantemus.* Gloriosus in. *In Benedicite.* Confessus es bonam confessionem coram multis testibus.

*Orat.* Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui beati sacerdotis et confessoris tui *ill.* sollemnia colimus, eius apud te intercessionibus adiuvemur. Per.

1. digneris: dignetur. M. — 4. iudicans... damnans: iudicat... damnat. Q. M. — 11. Beatus, etc. *hoc loco M. habet or.* Libera, etc., v. *sup.* — 15. III.: *Post Kyr. cum Gloria.* M. — 16. M. *add.* « *Orat.* Da nobis quaes. » v. *infra.* — 18. servus : M. *add.* « *Orat.* Exaudi Dne preces, etc. » v. *sup.* — 24. ℟: *Aliud* ℟. M. — abstinens: abstinet. Q. T. U. — 27. sancte: M. *add.* « *Alia.* Beatus quem elegisti et assumpsisti, Dne ». — 30-32. M., *om. or., sumenda ex praeced., add.* « *Al. ant.* Benedixit Dnus annos iusti: qui gloriatur, in Dno glorietur ».

(5) Psalm. III.

*In Laudate.* Confessio eius super caelum et terram. *Capit.* Exaltavit cornu populi sui. *Psalmus directus.* Beatus vir qui timet. *Psallenda.* Sacerdos et pontifex. *Al.* Confessus bonam confessionem.

Mane. *Psallentium. Ant.* i. Beatus homo, Domine, quem tu erudieris; et de lege tua docueris eum. ℣ (6) Deus ultionum Dominus. ii. Iocundus homo, qui disponit sermones suos in iuditio: non movebitur in aeternum. iii. In via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit; sed in lege Domini fuit voluntas eius. iiii. Erit iustus tamquam lignum fructiferum, quod plantatum est secus decursus ⁑ aquarum. f. 239. v. Benedicta confessio oris tui, et benedictus fructus in introitu tuo; et reliquiae tuae benedictae. vi. Beatus ille. vii. *Foris muros.* Confessio et pulchritudo in conspectu Dei, sanctitas et magnificentia in sanctitate eius. viii. Confessus bonam confessionem coram multis testibus; apprehende vitam aeternam, quam consecutus es, sacerdos Dei sancte. viiii. Confessio eius super caelum et terram; et exultavit cornu populi sui. x. Sacerdos et pontifex, et virtutum artifex, pastor bonus in populo, qui placuisti Domino. xi. Qui audit verba mea, et facit ea, ille est qui diligit me. xii. Similabo eum virum viro sapienti, qui aedificavit domum suam super petram. xiii. Pastor magne. xiiii. Summe sacerdos. xv. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est iustus. xvi. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. xvii. Confessor sancte. xviii. *Post Kyr. cum Gloria.* Euge serve bone.

[Ad Missam]. *Ingressa.* Vir iste custodivit in saeculum veritatem Domini: fecit iuditium iniuriam patientibus, et escam dedit esurientibus. *Psalmell.* In memoria aeterna erit iustus; ab auditu malo non timebit. ℣ Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupiet nimis. *Al.* Iuravit Dominus, et non poenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum

1. terram: M. *add.* « *Al.* Exaltavit Dnus mansuetos in salutem: cantate Deo, psallitē Dno ». — 2. Exaltavit: Et exaltavit. Q. T. U. V. M. — 8. movebitur: commovebitur. M. — 12. fructus: tu. Q. T. U. V. M. — 14. *muros*: *muros post Kyr.* M. — 21. virum: *deest* Q. T. U. V. M. — 27. M. *add.*: « *Alia.* Beatus quem elegisti ». — 30. esurientibus: M. *add.* « *Alia.* Sacerdos iste de toto corde. *Lect. libri Sapientiae.* Ecce sacerdos magnus. *Alia.* Iustus cor suum ».

(6) Psalm. 93.

ordinem Melchisedech. ℣ Dixit Dominus domino meo. Sede a dextris meis. ℣ *in All.* Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini Dei tui. *Aliud.* Confessus es bonam confessionem coram multis testibus. *Post Evang.* Ego sum pastor bonus: pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis. *Alia.* Confiteantur Domino et misericordia eius et mirabilia f. 239'. eius filiis hominum, et sacri-*ficent sacrificium laudis. *Offert.* Veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Confr.* Domine, quinque talenta tradidisti mihi; ecce alia quinque superlucratus sum. Euge, serve fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui. *Aliud.* Qui me confessus fuerit coram hominibus, et ego confitebor eum coram Patre meo qui in caelis est. *Trans.* Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illi in tempore tritici mensuram.

## IN NATALI VIRGINUM.

Ad Vesperas. *Lucern.* Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine: et lumen semitis meis. ℣ Iuravi et statui custodire iuditia iustitiae tuae: et lumen. *Ant. in choro.* Ornavit me ornamento suo; posuit coronam capiti meo rex meus et Deus meus.

*Hymn.* Ihesu, corona virginum: quem mater illa concepit: quae sola virgo parturit: haec vota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia: septus choreis virginum: sponsus decorus gloria: sponsisque reddens praemia.

Quocumque pergis, virgines: secuntur, atque laudibus: post te canentes cursitant: hymnumque dulces personant.

2. meis: M. *add. init. Epist.* « *Ad Hebraeos.* Plures facti sunt sacerdotes. (*Alia*) *ad Timoth. I.* Gratias ago Deo meo ». — 4. testibus: M. *add. init. Evang.* « *Sec. Math.* Homo quidam peregre proficiscens. (*Aliud.*) *Sec. Math.* Vigilate quia nescitis. (*Aliud*) *Sec. Iohan.* Ego sum pastor bonus ». — Ego sum, etc.: M. *ponit 2 loco.* — 6. et misericordia: et, *deest* Q. M.; misericordiae. T. V. — 11. serve fidelis: serve et fidelis *(sic)* Q. — 16. illi: illis. Q. — 20. lumen: M. *add.* « *Aliud.* Exortum est. ℣ Beatus vir. ». — 26. sponsisque: *sed ras. 3* s. — 28. hymnumque: hymnosque. Q. V. M.

Te deprecamur largius: nostris adauge mentibus: nescire prorsus omnia: corruptionis vulnera.

℟ Constans esto, filia, et in virginitate permane; et ego te faciam videre sponsum tuum Christum: qui propter tuum amorem suum sanguinem ‡ fudit. ℣ Quoniam concupivit rex f. 240. speciem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus: qui propter. *Ant.* Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei. ℣ (1) Deus in nomine.

*Orat.* Deus, qui inter cetera potentiae tuae miracula, etiam in fragili sexu, victoriam castitatis et martyrii contulisti; da, quaesumus: ut beatae (et) sanctae virginis martyrisque tuae *ill.* adiuvemur meritis, cuius beatitudinis inradiamur exemplis. Per.

*Ant.* Propter veritatem et mansuetudinem dilexit te Dominus. ℣ (2) Eructavit.

*Orat.* Deus, qui nos hodie beatae et sanctae *ill.* virginis martyrisque annua sollemnitate laetificas, concede propitius: ut eius adiuvemur meritis, cuius castitatis inradiamur exemplis. Per.

*In Magnif.* Quia respexit humilitatem Dominus ancillae suae.

*Orat.* Deus, qui nos per beatam martyrem tuam *ill.* ad cognitionem tui nominis venire tribuisti, da nobis: per eius gloriam passionis, sempiternam tuam gratiam amplecti, et proficiendo eius sollemnitatem celebrare. Per.

*Psall.* Filiae regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis, Domine.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut beata martyr tua *ill.* nos orationibus suis apud te commendet, et incessabiliter contra adversarias ‡ potestates defendat. Per. f. 240'.

2. M. *add.* « Gloria tibi, Dne. ℟ *cum infant.* Clara martyr *ill.*, virtutum gratia pollens: ad cultum fidei suis exemplis multos perduxit. ℣ Haec virgo sapiens, et una de numero prudentum: et (sic) ad cultum. ». — 9. Deus, qui inter, etc.: *in* M. *hoc loco or. seq.* — 11. (et): *suppl. in hac ed. cum all. codd.* — 15. Deus qui nos te: *in* M. *hoc loco orat. praeced.* — nos: *corr. ex* nobis. — 16. martyrisque: martyrisque tuae. Q. — 22. passionis: W *om.* — tuam: *deest* U. — gratiam: gloriam. W. — 25. M. *add.* « *Complet.* Sancti tui Dne semper benedicent te etc. *Al.* Benedictus es ». — 26. Praesta, etc.: *hoc loco M. ponit or. seq.* Foveat, etc.
27. martyr: virgo et mart. Q., V. *2 ma.*

(1) Psalm. 53. (2) Psalm. 44.

Ad Vigilias. ℟ Pulchra facie, et pulchrior fide, beata es virgo respuens mundum: laetare cum Angelis, intercede pro nobis ad Dominum. ℣ Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui: laetare. *Ant.* Ego autem sicut. ℣ (3) Deus in nomine tuo.

*Orat.* Foveat nos, quaesumus, Domine, beata virgo et martyr tua *ill.* in sua iocunda sollemnitate: et pietati tuae commendare non desinat. Per.

℟ Dextra mea et collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit auribus meis inaestimabiles margaritas; et circumdedit me vernantibus atque corruscantibus gemmis. ℣ Induit me Dominus cyclade auro texta, et immensis muneribus decoravit me: tradidit. *Ant.* Propter veritatem. ℣ (4) Eructavit cor meum.

*Orat.* Beata martyr tua *ill.* nos, quaesumus, Domine, in suo natalitio fidelium tuorum munere suffragetur: et quae tibi placuit sui martyrii certamine, a te nobis iugiter, quae tuis electis olim promisisti, imploret reddere beneficia. Per.

℟ Regna mundi et omnem ornatum saeculi contempsi propter amorem Domini Ihesu Christi: quem vidi, quem amavi, in quo credidi, et dilexi. ℣ Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: quem vidi. *Ant.* Haec virgo sapiens, et una de numero prudentum. ℣ (5) Fundamenta eius.

f. 241. *Psallentium.* Afferentur regi virgines. II. ⁑ Audi filia. ℟ Circumdedit me vernantibus atque corruscantibus gemmis; posuit coronam capiti meo: rex meus et Deus meus. ℣ Virtus mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem: rex.

*Psallentium.* Dilexisti iustitiam. II. Astitit regina. *Post Kyr. cum Gloria.* Ipsi sum sponsata. ℟ Sancta Dei martyr: intercede pro nobis. ℣ Deprecare pro nobis Filium Dei: intercede.

*Psallentium.* Exultavit spiritus meus. II. Concupivit rex. III. Pulchra facie. *Post Kyr. cum Gloria.* Veniente sponso, prudens.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Audi, filia, et vide: et inclina aurem tuam. ℣ Quoniam concupivit rex speciem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus: et inclina. *Ad Lect.* ℟ Pul-

6. Foveat, etc.: *in* M. *hoc loco or. seq.* Beata martyr, etc. — 15. Beata, etc.: M. *hoc loco ponit or.* Praesta, etc., v. *sup.* — 20. Christi: *deest* U.

(3) Psalm. 53. (4) Psalm. 44. (5) Psalm. 86.

chra facie. ℣ Audi filia. ℟ Circumdedit me. ℣ Virtus mea. *In Benedict.* Ego autem sicut oliva. *Ad crucem.* Grandis pulchritudo eius restaurata est sicut sidera, et brachium eius in nubibus caeli, et odor eius in aeternum permanet. *In Cantemus.* Gloriosus in sanctis. *In Benedicite.* Concupivit rex speciem tuam. *In Laudate.* Haec virgo sapiens. *Capit.* Pulchra facie et pulchrior fide. *Psalm. direct.* Fundamenta eius. *Psallenda.* Veniente sponso prudens. *Alia.* Exultavit spiritus.

Mane. *Psallentium. Ant.* I. Afferentur regi virgines post eam adducentur in templum regis. ℣ (6) Eructavit cor. II. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui; quia concupivit rex speciem tuam. III. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis. IV. Astitit regina a dextris tuis, Domine, in vestitu deaurato, circumamicta iocunditate; propterea populi confitebuntur tibi in aeternum. V. ⁑ Ego autem sicut. VI. Exul- f. 241r.
tavit spiritus meus in Domino, quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicunt omnes generationes. VII. Concupivit rex speciem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus. VIII. Ipsi sum sponsata cui angeli serviunt, et ipsi servo fidem. VIIII. Pulchra facie et pulchrior fide, beata est virgo. X. Haec virgo sapiens. XI. Propter veritatem. *Post Kyr. cum Gloria.* Veniente sponso, prudens virgo praeparata introivit cum eo ad nuptias.

[Ad Missam]. *Ingressa.* Feci iuditium et iustitiam, Domine; non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar; omnem viam iniquitatis odio habui. *Psalmellus.* Afferentur regi virgines post eam proximae eius afferentur tibi. ℣ Afferentur in laetitia, in exultatione adducentur tibi. *Alius psalmellus.* Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem.

7. fide: fide, beata es, virgo. Q. U. V. M. — 8. M. *add.* « *Complet.* Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum, et Domum patris tui ». [Kyr. k. k.]. — 9-10. post eam: postea. Q. U. V. — 16. iocunditate: varietate. Q. V. *2 m.*, M. — 17. VI.: *Foris muros.* M. — 19. dicunt: dicent. Q. U. — 23. est: es. Q. U. V. M. — 27. ad omnia: *in cod. R. ex errore* ama (sic). — 29-31. efferentur.... *psalmellus:* deest M., *qui add.* « *Lect. libri Sapientiae.* Confitebor tibi Dne rex ». — 29. post eam: postea. U. — 30. in exultatione: et exult. U.

(6) Psalm. 44.

℣ Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae. ℣ *in All.* Diffusa et gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in aeternum. *Aliud.* Haec virgo sapiens, et una de numero prudentum. *Post Evang.* Ipsi sum sponsata, cui angeli serviunt, cuius pulchritudinem sol et luna mirantur; ipsi soli servo fidem: ipsi me tota devotione committo. *Offert.* Afferentur regi virgines: proximae eius afferentur tibi in laetitia; in exultatione adducentur in templum regis Domino. *Confr.* Laetare, virgo, sponsa Christi, stans a dextris eius in vestitu deaurato, circumamicta iocunditate. *Trans.* Mittens haec mulier unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

# COMMUNE DOMINICARUM.

## 242. ✝ INCIPIT [IN] DOMINICIS COTTIDIANIS.

Ad Matut. ℟ *post hymnum.* Oremus Dominum, ut conterat bella: et donet pacem in universa terra. ℟ A solis ortu et occasu, ab aquilone et mari: donet. *Alia dominica.* Dominator, Domine caelorum et terrae, creator aquarum: rex universae creaturae tuae, exaudi orationem servorum tuorum. ℣ Domine, exaudi orationem nostram, et clamor noster ad

1. laetitiae: laetitiae prae consortibus tuis. Q. U. V. M.; M. *add. Epist.* « *Ad Cor. II.* De virginibus praeceptum ». — 2. benedixit te Deus: unxit te Deus, Deus tuus (sic) U. — 4. prudentum: M. *add. init. Evang.* « *Sec. Math.* Simile est regnum caelorum decem virginibus. *Al. sec. Math.* Simile est regnum caelorum homini. *(Al.) sec. Math.* Cum esset Dnus Ihesus in Bethania ». — 8. in exultatione: et exult. Q. U. V. M. — 13. Commune dominicarum.: *suppl. in hac ed.* — 14. Incipit, etc. *Incipit Officium proprium in dominicis diebus a Pentecoste usque ad Adventum Domini.* M. — 15. ℟ *post hymn.*: ℟... *hyemale.* M, (qui ponit hoc ℟ 2. loco). — 19. orationem: orationes: M.

te perveniat: rex. *Aliud in aestivo.* Quoniam magnus Dominus: venite adoremus. ℣ Venite, exultemus in Domino, iubilemus Deo salutari nostro; praeveniamus faciem eius in confessione, et in psalmis iubilemus illi: venite. *Aliud in aestivo.* Regem magnum Dominum: venite adoremus. ℣ Venite, exultemus in Domino, iubilemus Deo salutari nostro: venite.

*Antiphonae in Canticum* (1). [I]. De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus. II. De nocte spiritus meus ad te vigilat, Deus; quia lux est praecepta tua, Domine. III. Spiritus meus ad te vigilat, Deus; quia lux est praecepta tua. IIII. Iustitiam discite, qui habitatis terram; cessavit enim impius. V. Iustitiam discite, qui habitatis terram. VI. Tollatur impius, ne videat maiestatem Domini. VII. Pacem tuam da nobis, et posside nos, Domine. VIII. Praeter te, Domine, alium non novimus; Domine Deus noster, pacem tuam da nobis. VIIII. Domine, in tribulatione eruditio tua est nobis.

*In Confirmatum* (2). [I]. Confirmatum est cor meum in Domino. II. Confirmatum est cor meum in Domino: qui gloriatur, in Domino glorietur. III. Confirma, Deus, cor nostrum in timore tuo; quia non est sanctus alius praeter te. IIII. Exaltatum est cor meum in Domino. V. Exaltatum est cor meum in Domino: qui gloriatur, in Domino glorietur. VI. ⁑ Laetor f. 242'.
ego, Domine, in salute tua; quia confirmatum est cor meum in Domino. VII. Laetor ego, Domine, in salute tua. VIII. Non exeat verbum magnum ex ore vestro; quia Deus est scientiae Dominus. VIIII. Arcum potentium infirmavit Dominus; et infirmos praecinxit virtutem. X. Arcum potentium infirma, et nos praecinget virtutem: ut in timore tuo exaltetur cor nostrum. XI. Dominus pauperes et divites facit: humiliat, et exaltat.

*In Domine audivi:* (3) *Ant.* I. Auditionem tuam audivi, et timui, Domine. II. Auditum tuum, Domine, audivi: et timui. III. Consideravi, Domine, opera tua: et experavi. IIII. Consideravi opera tua, Deus, et expavi; quia metuendus es. V. In

7-16. In M. *ant. in cant. Isaiae hoco rdine:* I. II. V. III. IV. VI. VII. IX. VIII. — 10. tua: tua super terram. U. M. — 17-30. *In* M. *ordo ant. in cant. Annae est:* I. II. III. IV. VI. VII. VIII. X. IX. XI. *omissa ant.* V. *ex oscitantia amanuensis.* — 27. virtutem: virtute. U. — 28. praecinget virtutem: praecinge virtute. V. M. — 31. *Domine audivi*: corr. ex. *Denoc.* (sic). *In* M. *ordo ant. est:* I. III. IV. II. V. VI. VII.

(1) Cant. Isa. c. 26. (2) Cant. Annae, I Reg. 2. (3) Cant. Habac. c. 3.

turbatione animae meae, in ira misericordiae memorare, Domine. VI. Ego autem in Domino exultabo: gaudebo in Deo salutari meo. VII. Domine Deus, virtus mea, statue pedes meos in consummatione.

*In Clamavi.* (4) *Ant.* I. Veniat oratio nostra ad templum sanctum tuum, Domine. II. Exaudivit Dominus de ventre inferni vocem clamoris mei.

℟. [*inter Lect.*]. I. Media nocte surgebam tibi, Domine: ad confitendum super iuditia iustitiae tuae. ℣ Portio mea, Deus; deprecatus sum faciem tuam: ad confitendum. II. In toto corde meo exquisivi te, Deus meus; non repellas me a mandatis tuis: in quo corrigit iuvenior viam suam. ℣ In corde meo abscondi eloquia tua, Domine, ut non peccem tibi: in quo. III. Domine, clamavi ad te, et sanasti me: Domine, abstraxisti ab inferis animam; salvasti me a descendentibus in lacum. ℣ Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Domine, abstraxisti. IIII. Misericordia tua, Domine, adiuvabit me; secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuae, Domine, laetificaverunt animam meam. ℣ Et factus est mihi
. 243. Dominus in refu-*gium, et Deus meus in auxilium spei meae: consolationes.

℟ *in aestivo.* Nocte cum corde meo cogitabam; exercitabam, et ventilabam spiritum meum: et dixi, Numquid in aeternum proiciet Deus? ℣ Cogitavi dies antiquos, et annos aeternos in mente habui: et dixi. ℟ II. Meditatus sum nocte cum corde meo: et dixi, Numquid obliviscetur misereri Deus, aut continebit in iram misericordiam suam? ℣ Cogitavi dies antiquos, et annos aeternos in mente habui: et dixi. III. Ad te, Domine, clamabo: et ad Deum meum deprecabor. ℣ Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me; nec delectasti inimicos meos super me: et ad Deum. IIII. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣ In Domino laudabitur anima mea; audiant mansueti, et lae-

5. Veniat, etc.: M *ponit II loco.* — 8. ℟ [*inter Lect.*]: suppl., ut in M. — Domine: *om.* M. — 13. Domine: *deest* M. — 15. animam: animam meam. M. — 16. nec: *corr. ex* ne. — 23. exercitabam: *suppl. 1. ma. supra lineam.* — 28. iram: ira. M. — 31. nec: *corr. ex* ne. — 32. IIII.: M. *hoc loco ponil seq.* ℟. VII. — 34. anima mea: *corr. ex* animam meam.

(4) Cant. Ionae; c. 2.

tentur: semper. v. Statuit Dominus supra petram pedes meos: et dilexi gressus meos, Deus meus: et misit in os meum canticum novum. ℣ Expectans expectavi Dominum, et respexit me, et exaudivit deprecationem meam: et dilexi gressus meos, Deus meus. vi. Meditatio cordis mei in conspectu meo semper: Domine, adiutor meus et redemptor meus. ℣ Ab occultis meis munda me, Domine; et ab alienis parce servo tuo: Domine. vii. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi: quia benedictus es, Domine. ℣ In toto corde meo exquisivi te; non me repellas a mandatis tuis: quia benedictus es.

*In Benedictus* (5) *Ant.* i. Sine timore inimicorum serviamus Domino. ii. Memorare, Domine, testamenti sancti sui: et fac nobiscum redemptionem. iii. Deus Israel, libera nos de manu omnium qui nos oderunt. iiii. Visitavit et fecit redemptionem plebis suae benedictus Dominus.

*Ant. ad Crucem.* i. Iudica, Domine, nocentes nos, et expugna impugnantes nos: apprehende arma et scutum, et exurge in adiutorium nobis. ii. Exaudi, Domine Deus, orationem populi tui: et noli nos tradere in interitu; ⁑ quia f. 243'. misericors es, intende, et libera, et ne tardaveris. iii. Dicent inter gentes: Magnificavit Dominus facere cum illis; facti sumus laetantes. Domine, converte captivitatem nostram sicut torrens in austro. iiii. Repleatur os meum laude, ut hymnum dicam gloriae tuae tota die magnificentiam tuam: noli me proicere in tempore senectutis; cum defecerit virtus mea, Deus, ne derelinquas me. v. Non sumus memores multitudinis misericordiae suae: libera nos propter nomen tuum, ut notam faciant potentiam tuam. vi. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine; bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus: confitebor tibi, Deus, quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem. vii. In voluntate tua, Domine, universa sunt posita, et non est qui possit resistere voluntati tuae: tu enim fecisti omnia, caelum

2-4. dilexi: direxit. Q. U. V. M. — 5. Meditatio: *ante hoc* ℟, M *ponit* ℟ Benedicam, etc., v. *sup.* — 6. meo: tuo. Q. U. V. M. — 13. sui: tui. Q. U. V. M. — 20. interitu: interitum. Q. U. V. M. — 25. dicam gloriae tuae: gloriae tuae dicam. M. — 28. suae: tuae. Q. U. V. M. — 29. faciant: facias. Q. U. V. M.

(5) Cant. Zach.; Luc. 1.

et terram, et universa quae caeli ambitu continentur; Dominus universorum tu es.

*In Cantemus.* (6) *Ant.* I. Cantemus Domino gloriose; quia factus est nobis in salutem. II. Cantemus Domino, qui liberavit populum suum, et transire fecit per siccum in medio mari. III. Equum et ascensorem dimersit Dominus Pharaonem in mare: liberavit populum suum Israel de iugo servitutis. IIII. Adiutor et protector factus est nobis Dominus in salutem. V. Dominus conterens bella, Dominus nomen est ei. VI. Deus, qui conteris bella, adiutor et protector esto nobis, et confringe inimicos nostros. VII. Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute. VIII. Decidat super eos timor et tremor: magnitudine brachii tui, Domine, fiant tamquam lapis. VIIII. Filii Israel ambulaverunt per aridam in medio mari. X. Filii Israel
f. 244. transierunt mare, ‡ quasi per aridam terram; aqua illi murus erat dextra levaque. XI. Gelaverunt tamquam murus aquae, gelaverunt fluctibus in medio mari. XII. Gelavit mare, gelaverunt et undae, dum transiret populus magnificantes Dominum.

*In Benedicite.* (7) *Ant.* I. Benedicite, omnia opera Domini, Domino; et hymnum dicite Domino Deo nostro. II. Opera Domini, Domino hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula. III. Cete, et omnia quae moventur in aquis, Domino hymnum dicite. IIII. Filii hominum, benedicite Domino, et hymnum dicite Deo nostro. V. Israel Dominum benedicat: et hymnum dicat Domino Deo nostro. VI. Video virum similem Filio Dei, confortantem pueros in camino ignis. VII. Tres ex uno ore cantabant regi magno gloriam, et benedicebant Deum in saecula. VIII. Tres in camino ignis deambulabant, et conlaudabant Dominum regem, canentes ex uno ore, dicentes hymnum Deo. VIIII. Tribus pueris in camino ignis quartus apparuit cum rore caeli; una voce psallentes et dicentes: Benedictus es. X. In camino ignis pueri tres, et in medio eorum ambulat rex; una voce psallebant: Benedictus es.

2. M. *hoc loco addit:* « *Oratio secreta.* Deus qui populum, etc. » v. *infra.* — 5. in medio mari: in *inscriptum 1.ma in* p.; mari: *1ma.* mare; per medium mare. Q. U. V. M. — 7. Israel: M. *om.* — 11. confringe: *corr. ex* confringet. — 13. magnitudine *corr. ex* magnitudinem. — 15. illi: illis. U. V. M. — 17. fluctibus: fluctus. V. M. — 18. M. *addit.*: « *Oratio secreta.* Deus qui tribus pueris, etc. » v. *infra.* — 19-20. Benedicite... nostro: M. *om.* — 25. Deo: *deest* U. — 33. M. *addit:* « *Oratio post Benedicite:* Deux lux vera, etc. *Alia orat. in quadragesima:* Gratias tibi agimus, etc. *Alia. orat. in quadragesima:* Excelsum nomen, etc. », v. *infra.*

(6) Cant. Moysi; Exod. c. 15. (7) Cant. trium puer.; Dan. 3.

*In Laudate.* (8) *Ant.* I. Laudemus Patrem de caelis, et Filium in excelsis: laudate sanctum Spiritum, omnes virtutes eius. II. Dominum de caelis laudate, omnes angeli eius. III. Laudate Deum, caeli caelorum et aquae omnes. IIII. De caelis Dominum laudemus, cuius regnum regnum sempiternum est. V. Caeli caelorum, sol et luna, Dominum laudate: omnes stellae et lumen, laudate Deum. VI. Ipse dixit, et facta sunt; mandavit, et creata sunt: laudate Deum de caelis, laudate eum in excelsis. VII. In potentatibus eius laudate Deum; secundum multitudinem magnitudinis eius laudate Dominum Deum. VIII. Caeli caelorum, laudate Filium Dei; quia dixit, et omnia facta sunt. VIIII. In tympano et choro, in chordis ⁑ et organo, f. 244v.
laudate Deum.

*Capitulum.* Cantate Domino canticum novum: laudatio eius in ecclesia sanctorum.

*Psalmus directus.* (9) Dominus regnavit, decorem.

*Sequitur.* Gloria in excelsis Deo. (10)

*Hymnus.* Splendor paternae gloriae.

*De ecclesia in baptisterium.* [I]. Magnus Dominus, et laudabilis nimis; ipse liberavit vos in saecula. II. Domine, Deus salutis meae, in die clamavi, et nocte coram te. III. Exaudi nos, Deus salutaris noster, spes omnium finium terrae. IIII. Fac nobiscum, Domine, signum in bonum: ut videant qui oderunt, nos, et confundentur. V. Auxilium nostrum semper ad te, Domine, qui fecisti caelum et terram.

*Completorium.* Dominus in caelo paravit sedem suam, et regnum eius dominabitur. Kyr.

*De baptisterio in aliud.* [I]. Regnum tuum, Domine, regnum omnium saeculorum; et dominatio tua in aeternum. II. Si memor fui tui, Deus meus, super stratum meum, in matutinis meditabor in te. III. Solliciti estote, et vigilate; quia adversarius, vester inimicus, tamquam leo rugiens circuit quaerens

1. *Ant.* 1: *in* M. *ordo ant. est seq.*: I. II. III. IV. V. VIII. VI. VII. *Alia.* In tympano et choro laudate Dnum: in cordis et organo laudate Deum. *et* IX. — 8. laudate Deum: *inter* laudate *et* Deum *rasura;* Dominum. Q. U. V. M. — 17. *Sequitur: Sequitur Laus. (In* M. *per extensum).* — 19. Magnus: *Psallenda* I. Magnus, etc. M. — 20. vos: nos. U. V. M.; *deest* Q. — 22-24. M. *om. psall.* IV *et* V. — 27. dominabitur. Kyr.: M. *add.*: « omnium dominabitur. Kyr. Kyr. Kyr. *Or.* Vide, quaesumus, etc. », v. *infra.* — 28. Regnum, etc.: *Psallenda.* I. Regnum, etc. M.

(8) Psalm. 148 et reliq. (9) Psalm. 92. (10) v. *infra,* in Dom. I p. Pentec.

quem devoret. IIII. Cor nostrum conturbatum est, Domine; et formido mortis cecidit super nos: ad tuam pietatem concurimus: Ne perdas peccatores, misericors. V. Domine Deus, miserere, quia anni nostri in gemitibus consummati sunt, et nos mors furibunda succedit: Domine, libera nos. VI. A salute nostra, Domine, longe ne discesseris; sed respice ad defensionem nostram. VII. Peccavimus tibi, Deus; fac misericordiam: et antequam pereamus, libera nos in manu tua.

*Completorium.* Sit splendor Domini Dei nostri super nos. Kyr.

[AD MISSAM]. *Ingressa.* [I]. Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te: miserere mihi, quoniam ad te clamavi tota die. II. Iustus es, Domine, et rectum iuditium tuum; fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam. III. Factus est Dominus protector meus, et eduxit me in latitudinem: salvum me fecit, quoniam voluit me. IIII. Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te: tibi dixi cor meum: Quaesivit ⁑ vultus meus, vultum
1. 245. tuum, Domine, requiram; ne avertas faciem tuam a me. V. Respice in me, et miserere mei, Domine; quoniam unicus et pauper sum ego: vide humilitatem meam et laborem meum; dimitte omnia peccata mea: Deus meus. VI. Dominus inluminatio mea et salus mea: quem timebo? Dominus defensor vitae meae: a quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei infirmati sunt, et ceciderunt. VII. Manus tuae, Domine, fecerunt, me et plasmaverunt me: da mihi intellectum, ut discam mandata tua: quia concupivit salutare tuum, et lex tua medi-

4. nos mors: mors. U. V; nos. Q. M. — 9. Kyr.: M. *add.*: « Kyr. kyr. kyr. *Oratio.* Ad aures, etc., (v. *infra*). *Alia.* Tua nos, Domine, gratia benedicat: et ad vitam perducat aeternam. Per Christum. » (et rubricam) « *Quotiescumque ordinari faciunt, officium... in oratione.* » (v. *Beroldum*, *ed.* Magistretti, p. 45, ll. 13-24, *et* in nota variantes lectionis cod. M.) — 10. [AD MISSAM]: *Suppl. ut in* M., *qui praemittit ad modum rubricae, ea quae passim occurrunt apud Beroldum*, pag. 47: « *In dominico die quando celebratur officium in ecclesia aestiva, sonito signo, unus duorum minorum custodum ebdomadariorum portat in ecclesiam aestivam pannum altaris et missale, et cicendelarius ebdomadarius portat paramenta, et ebdomadarius subdiaconus cooperit altare cum observatore subdiacono. Et septimanarius clavicularius portat evangelium, et septimanarius terminarius portat epistolam, et duo custodes observatores portant calicem offerendae, et observant sicut mos est, et ebdomadarius cicendelarius portat cereos et candelabra, et turibulum, et incensum, et cazulam unde colatur vinum in sacrificio, et calicem et corporalia.* » —. 15. latitudinem: latitudine. Q. V. M. — 17. dixi: dixit. Q. U. V. M. — Quaesivit: *deest* M. — 20. meum: meum, Domine. U. — 26. concupivit: concupivi. Q. U. V. M.

tatio mea est. VIII. Dicit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis; invocabitis me, et ego exaudiam vos; et reducam captivitatem vestram de cunctis locis. VIIII. Pereant omnes inimici tui, Domine: qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo fulget, ita rutilent.

5. M. post omnes *Ingressas*, addit initia *Lectionum* pro Dominicis a Pentec. ad Advent.; itemque pro iisdem, respective post *Psalmellos* et post ℣ *in Allel.*, addit *Epistolarum* et *Evangeliorum* initia, quae hoc in loco in unum colligere et ponere duxi, ne notae nimium producantur, ter repetendo rubricas singularum Dominicarum. = « *Domin. I. post. Pentec.*: *Lect. Actuum Apost.* In diebus illis. Aperiens Petrus os suum dixit: Viri fratres. *Epist. ad Cor.* I. Cum evacuaverit Deus Pater. *Evang. sec. Marcum.* Recumbentibus (undecim) discipulis, apparuit. — *D. II. p. P.*: *Lect. Ieremiae* (sic) *proph.* Haec dicit Dnus Deus: Audite sermonem. *Ad Galatas.* Spiritu ambulate, et desideria. *Sec. Lucam.* (sic) Discumbente Dno Ihesu in domo. — *D. III. p. P.: Lect. Ieremiae Proph.* Haec dicit Dnus Deus: Maledictus homo qui. *Ad Romanos.* In hoc Christus mortuus est. *Sec. Lucam.* Estote misericordes, sicut et Pater vester. — *D. IV. p. P. (Lect.) require in Letaniis, ad S. Quiricum.* (*Ezech.*) In diebus illis. Factus est sermo Dni ad me, dicens. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium. *Ad Coloss.* Induite vos sicut electi. *Sec. Lucam.* Homo quidam erat dives, qui induebatur. — *D. V. p. P. (Lect.) req. in Letaniis ad S. Fidelem. (Isa.)* Custodite iudicium, et facite iustitiam. *Ad Romanos.* Scimus quia lex spiritalis est. *Sec. Lucam.* Factum est, dum iret Dnus Ihesus in Ierusalem. — *D. VI. p. P. (Lect.) req. ad S. Sebastianum (Ezech.)* Tu, fili hominis, loquere ad filios populi. *Ad Romanos.* Obsecro vos per misericordiam Dei. *Sec. Lucam.* Homo quidam fecit coenam magnam. — *D. VII. p. P. (Lect.) req. ad S. Mariam Bertradis (Ierem.)* Ecce adducam ego ad *(sic)* filios Israel. *Ad Romanos.* Unum corpus sumus in Christo. *Sec. Mathaeum.* Egrediente Dno Ihesu ab Iericho, secutae. — *D. VIII. p. P. (Lect.) req. ad S. Salvatorem (Isa.)* Si revertimini ad me, filii Israel. *Epist ad Galatas.* Nolite errare: Deus non irridetur. *Sec. Lucam.* Erant appropinquantes ad Dnum Ihesum. — *D. IX p. P. (Lect.) req. ad basil. apostolor. (Ierem).* In diebus illis oravit Esaias *(sic)* ad Dnum dicens: Domine, memor. *Epist ad Romanos.* Humanum dico propter infirmitatem. *Sec. Lucam.* Cum turbae irruerent in Ihesum ut. — *D. X. p. P.*: *Lect. Ezechielis proph.* In diebus illis. Factum est verbum Dni ad me, dicens: Fili hominis, propheta de pastoribus Israel. *Epist. ad Coloss.* Mortificate membra vestra. *Sec. Lucam.* Accessit ad Dnum Ihesum quidam homo dicens: Magister, dic fratri meo. — *D. XI. p. P. (Lect.) req. ad S. Eustorgium. (Dan.)* Oravit Azarias ad Dnum dicens: Dne, fac misericordiam. *Epist. ad Corint. I.* Nescitis quoniam angelos iudicabimus. *Sec. Lucam.* Dicebat Dnus Ihesus ad quosdam qui in se. — *D. XII. p. P. (Lect.) req. ad. S. Vitalem (Isa).* Audi me, Iacob, et Israel, quem ego voco. *Epist. ad Romanos.* Nolite fieri prudentes. *Sec. Mathaeum.* Amen dico vobis: nisi abundaverit. — *D. XIII. p. P. (Lect.) req. ad S. Celsum (Ierem.)* Convertimini filii revertentes, et. *Epist ad Romanos.* Sicut per unum hominem. *Sec. Marcum.* Cum turba multa esset cum Ihesu. —

Ad Psalmellum. i. Si ambulem in medio umbrae mortis, non timebo mala; quoniam tu mecum es, Domine. ℣ Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. ii. Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te. ℣ Auribus percipe, Domine, orationem meam: intende voci orationis meae. iii. Convertere, Domine, aliquantulum; et deprecare super servos

*D. XIV. p. P.*: *Lect. Ezechielis proph.* Fili hominis, pone faciem tuam contra. *Epist. ad Hebraeos.* Obedite praepositis vestris. *Sec. Marcum.* Exiens Dnus Ihesus de finibus Tyri. — *D. XV. p. P. (Lect.) req. ad S. Laurentium. (Dan.)* Oravit Daniel ad Dnum. dicens: Iustus. *Epist. ad Hebr.* Caritas fraternitatis maneat. *Sec. Lucam.* Ibat Dnus Ihesus in civitatem quae. — *Dom. XVI,* vel *I post Decoll. (Lect.) req. ad S. Naborem. (Isa.)* Ecce servi mei comedent, et vos esurietis. *Ad Ephes.* Nemo vos seducat inanibus. *Sec. Lucam.* Audivit Herodes tetrarcha. — *D. II. post Decoll. (Lect.) req. ad S. Alexandr. (Ierem.)* Sta in porta domus Dni, et praedica. *Ad Cor. II.* Gratias Deo, qui dedit optimam. *Sec. Mathaeum.* Attendite a falsis prophetis, qui. — *D. III. p. Decoll. (Lect.) req. ad S. Kalimerum. (Isa).* Oravit Esaias ad Dnum, dicens: Dne, miserere. *Ad Ephes.* Obedite parentibus vestris in Dno. *Sec. Lucam.* Accessit ad Dnum Ihesum quidam legisperitus. — *D. IV. p. Decoll. (Lect.) req. ad S. Georgium. (Ier.).* Ecce dies veniunt, et feriam domus. *Ad. Philipp.* Gratias ago Deo meo in omni memoria. *Sec. Mathaeum.* Videns Dnus Ihesus arborem fici. — *D. V. p. Decoll. (Lect.) req. ad S. Mariam ad Circum. (Isa.)* Oravit Esaias ad Dnum dicens: Dne, attende de caelo. *Ad Coloss.* Omne quodcumque facitis in verbo. *Sec. Mathaeum.* Homo quidam erat paterfamilias qui plantavit vineam. — *D. VI. p. Decoll.: Lect. Ieremiae proph.* Dixit Ieremias: Constantes estote. *Ad Romanos.* Non regnet peccatum in vestro. *Sec. Lucam.* Arborem fici habebat quidam homo. — *Dom. ante Dedic. eccl. (Lect.) req. ad S. Valeriam (Ierem.)* Iustus est Dnus in omnibus operibus suis, quae mandavit. *Ad Romanos.* Scientibus legem loquor. *Evang. sec. Iohan.* Perrexit Dnus Iesus in montem Oliveti. — *D. I. post Dedic. eccl.: Lect. req. in I. die Letaniar. ad S. Ambr. (Ezech.)* Factum est verbum Dni ad me, dicens: Tu fili hominis. *Ad Corint. I.* Omnes nos in unum corpus. *Sec. Mathaeum.* Simile est regnum caelorum homini regi, qui voluit. — *D. II. p. Dedic. (Lect.) req. in dom. II. p. Pentec. (Isa.)* Audite sermonem Dni, qui timetis verbum. *Ad Romanos.* Omnis anima potestatibus. *Sec. Mathaeum.* Abeuntes pharisaei consilium inierunt, ut caperent. — *D. III. p. Dedic.: Lect. req. in Letan. ad S. Martinum. (Isa.)* Beatus homo, qui habet semen in Sion, et domesticos in Hierusalem. *Ad Romanos.* Non est facta promissio Abrahae. *Sec. Mathaeum.* Simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias ». = M., in serie Evang. tantum, addit: « *Dom. XVI, post Pentec. (Evang.) Sec. Lucam:* Cum appropinquaret Dnus Ihesus Ierusalem. — *Dom VII. post Decoll.: Sec. Lucam.* Cum intraret Dnus Ihesus domum cuiusdam principiis. (quod in margine reprobatur per signum +) — *Dom. IIII. post Dedic. eccl.: Sec. Marcum.* Cum transcendisset Dnus in navi rursus trans fretrum. »; sed al. ma. in margine add. « *vacat* ».

3. me: me Domine. Q. M.

tuos. ℣ Domine, refugium factus es nobis a generatione et progenie. IIII. Oculi mei semper ad Dominum, quia ipse evellet de laqueo pedes meos. ℣ Respice in me, et miserere mei; quoniam unicus et pauper sum ego. V. Domine, refugium factus es nobis a generatione et progenie. ℣ Priusquam fierent montes, aut firmaretur orbis terrae, a saeculo et usque in saeculum tu es, Domine. VI. Iacta cogitatum tuum in Domino, et ipse te nutriet. ℣ Dum clamarem ad Dominum, et exaudivit deprecationem ab his qui oderunt me. VII. Eleva, Domine, manum tuam in superbia eorum in finem. ℣ Effunde, Domine, iram tuam in gentes quae bella volunt. VIII. Tibi, Domine, derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣ Confitebor tibi, Domine, in toto ‡ corde meo; narrabo omnia f. 245
mirabilia tua. VIIII. Domine, audivi auditum tuum, et timui: consideravi opera tua, et expavi. ℣ In medio duorum animalium: consideravi.

℣ *in Alleluia.* (1) [I]. Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. II. Praeveniamus faciem eius in confessione, et in psalmis iubilemus illi. III. Dominus regnavit, decorem induit; induit Dominus fortitudinem, et praecinxit se virtutem. IIII. Domine, Deus meus, magnificatus es valde. V. Domine, refugium factus es nobis a generatione et progenie.

*Antiphonae post Evangelium.* [I]. Sperate in eo, omnis conventus plebis; et fundite coram illo corda vestra; quia Deus adiutor noster est. II. Domine, Domine Deus, omnium creator, terribilis et fortis, iustus et misericors, solus et bonus, qui solus praestas, congrega dispersionem nostram. III. Domine, Deus noster, pacem da nobis; omnia enim reddidisti nobis: Domine Deus noster, posside nos; Domine, praeter te alium non novimus: nomen tuum nominamus: ne derelinquas nos. IIII. Nos populus tuus et oves gregis tui confitebimur tibi, Deus in saecula: in generatione et generatione annunciabimus laudem tuam. V. Quiescat ira tua, Domine, et esto placabilis super nequitias populi tui, sicut iurasti per temetipsum, Deus. VI. Obsecramus, Domine, ut gradiaris nobis-

8. nutriet: enutriet. M. — 8-9. et exaudivit deprecationem: exaudivit vocem meam. Q. V. M.: et exaud. v. m. V. — 10. eorum: inimicorum. Q. U: V: inimicorum tuorum. M. — 11. iram tuam: *om.* M.; manum. U. — 18. Praeveniamus, etc.: M. *ponit post seq.* ℣ Dom. regnavit. — 24. et fundite: effundite. Q. U. V. M. — 26. qui solus: M. *om.* — 27. praestas congrega: praestas *corr. ex* praestat: praestat, congregat. Q. — 34. nequitias: nequitia. M.

cum, et auferas iniquitates nostras atque peccata, et nos possideas. VII. Custodi, Deus, portionem tuam, et sanctifica: Domine, congrega dispersionem nostram; libera eos qui serviunt gentibus, ut sciant omnes, quia tu es Deus noster. VIII. Manus tua, Domine, pugnavit pro patribus nostris: tu enim ipse es Dominus Deus noster: dextera tua confringat inimicos, ut cantemus nomini tuo, Domine, laudem tuam.

f. 246. *Offerenda*. ✠ [I]. Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Domine, clamavi ad te, et sanasti me. II. Ego autem dixi in mea abundantia: Non movebor in aeternum. Domine, in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem: Domine, clamavi ad te, et sanasti me. III. Exaudi, Domine, iustitiam meam: intende deprecationem meam: mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te, Domine. IIII. Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea: inclina aurem tuam, et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te, Domine. V. Domine, convertere, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam. ℣ Miserere mihi, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea: salvum. VI. Portio mea, Domine, dixi custodire legem tuam: deprecatus sum faciem tuam, Domine, de toto corde meo, dum dilatares cor meum. VII. Super flumina Babylonis illic sedimus, et flevimus, dum recordaremur tui, Syon. VIII. Si oblitus fuero tui, Ierusalem, obliviscatur me dextera mea: adhaereat lingua mea faucibus meis, si tui non meminero, Ierusalem. VIIII. Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, et praecinxit se virtutem: et ex tunc a saeculo tu es. X. Deus enim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur: parata sedes tua, Deus: ex tunc a saeculo tu es. XI. Benedixisti, Domine, terram tuam: avertisti captivitatem ab Iacob.

*Confractoria*. [I]. Qui meditabitur in lege Domini die ac nocte, dabit fructum suum in tempore suo. II. Voce mea ad Dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto suo:

16. mea: U. *om*. — 17. tuas: U. *om* — qui, etc.: *om*. M. — 21-22. VI. Portio mea, etc.: VI. In te speravi, Domine; dixi: Deus meus tu es; in manibus tuis tempora mea. ℣ Portio mea, etc. M. — 25. Syon. VIII. Si oblitus, etc.: Syon. ℣ Si oblitus, etc. M. — 26. dextera mea: dextera tua. Q. — 27. VIIII. *Hoc offert. in M. est ℣ seq.* Deus enim, etc. *cui postponitur*. — 29. et ex tunc: ex tunc. Q. V. M. — 33. *Confractoria: Confractiones*. M.

non timebo millia populi circumdantis me. III. Domine Deus meus, in te speravi: libera me ab omnibus persequen-*tibus f. 246v. me, et eripe me. IV. Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. V. Narrabo omnia mirabilia tua: laetabor, et exultabo in te: psallam nomini tuo, Altissime. VI. Inlumina faciem tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua misericordia: Domine, non confundar, quoniam invocavi te. VII. Introibo ad altare Dei, ad Deum qui laetificat iuventutem meam. VIII. Vovete, et reddite Domino Deo nostro, omnes qui in circuitu eius offertis munera. Terribili, et ei qui auferet spiritum principum: terribili apud reges terrae.

*Transitoria.* I. Accepta Christi munera sumamus Dei gratia, non ad iuditium, sed ad salvandas animas. II. Corpus tuum frangitur, Christe, Calix benedicitur: Sanguis tuus sit nobis semper ad vitam, ad salvandas animas, Deus noster. III. Angeli circumdederunt altare, et Christus administrat Panem sanctorum, et Calicem vitae in remissionem peccatorum. IIII. Qui manducaverit Corpus meum, et biberit Sanguinem meum, ipse in me manet, et ego in eum: dicit Dominus. V. Declinant anni nostri et dies ad finem: quia tempus est, corrigamus nos ad laudem Christi: lampades sint accensae, quia excelsus iudex venit iudicare gentes. All. all. VI. Stant Angeli ad latus altaris: et sanctificant sacerdotes Corpus et Sanguinem Christi, psallentes et dicentes: Gloria in excelsis Deo. VII. Corpus Christi accepimus, et Sanguinem eius potavimus: ab omni malo non timebimus, quia Dominus nobiscum est. VIII. Sacramentum caeleste cum timore accipite, et satiamini de Christi dulcedine: panem caeli dedit nobis Dominus; panem angelorum manducavit homo. All. all. VIIII. Diligamus nos invicem, quia caritas Deus est; et qui diligit fratrem suum ex Deo natus est, et videt Deum, et in hoc caritas Dei perfecta est: et qui facit voluntatem Dei manet in aeternum. X. Accedite ad altare Dei: * purificate corda f. 247. vestra, et replemini Spiritu sancto, sumentes Corpus et Sanguinem Christi in remissionem peccatorum. XI. Da pacem, Domine Pater, sacerdotibus et levitis frangentibus Corpus Domini. All. all. all. XII. Odor Christi congregavit nos omnes. Venite, satiamini Christi dulcedine.

5. et exultabo: *deest.* U. — 10. offertis: offerunt. M. — 37. Domine Pater: Domine. M. — 38. Domini: Q. U. V. M. *add.:* da pacem regibus nostris, et populo sumentibus Corpus Domini. All. all. all.

Ad Vesperas. *Lucern.*[1] Confitemini Domino: quoniam bonus. [℣] Confitemini Deo deorum: quoniam bonus. *Aliud lucern.* Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine: Deus meus, illumina tenebras meas. ℣ Quoniam in te eripiar a temptatione mea, Domine: Deus meus.

*Ant. in choro.* [I]. Deus misereatur nobis, et benedicat nos: illuminet vultum suum super nos. II. In multitudine magnitudinis eius laudate Dominum: in sono tubae laudate eum. III. Ego ad Dominum clamavi, et exaudivit me vespere, mane et meridie. IIII. Intende voci orationis meae, rex meus, et Deus meus. V. Ad vesperum demoretur fletus, Domine, et ad matutinum laetitia. VI. Salus vultus tui, Deus, suscepit me: laudabo nomen Dei cum cantico; magnificabo eum in laude. VII. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

℟ *in choro.* [I]. Domine Deus, miserator et misericors: patiens, et multum misericors, et verax, respice in nos, et miserere nobis. ℣ Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia; tu es Deus solus: patiens. ℟ II. Ostende in me, Domine, bonitatem tuam; quoniam indignum me salvabis: et laudabo te per omnes dies vitae meae. ℣ Quoniam te laudat omnis virtus caelorum, et tua est gloria in saecula saeculorum: et laudabo te. ℟ III. Veniant mihi, Domine, miserationes tuae, ut vivam: quia lex tua meditatio mea est. ℣ Manus tuae, Domine, fecerunt me, et plasmaverunt me; da mihi intellectum: quia lex tua. ℟ IIII. Mira opera tua, Domine: et anima mea cognoscit valde. ℣ Tu formasti me, et posuisti super me manum tuam; mirificata est scientia tua: et anima mea. ℟ V. Erravi sicut ovis quae perierat: require servum
f. 247'. * tuum, Domine. ℣ Declinate a me, maligni; et scutabor mandata Dei mei: require.

*Ant. in Psalmos.* [I]. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis. ℣[2] Donec ponam. II. Magna opera Domini. ℣[3] Confitebor. III. Misericors, et miserator, et iustus Dominus. ℣[4] Beatus vir. IIII. Sit nomen Domini benedictum in saecula. ℣[5] Laudate pueri. V. Nos qui vivimus benedicimus Dominum. VI. Nomini tuo da gloriam, Domine. ℣[6] In exitu Israel.

5. mea, Domine: *om.* Q. M. — 13. laudabo: et laudabo. M. — 20. omnis: *deest* M. — 36. M. *add.*: « *Or.* Respice, Domine, etc. » v. *infra in proprio Dom. I p. Pent.*

(1) Cfr. *Beroldus*, ed. Magistretti, pag. 54, l. 5 et seqq. (2) Psalm. ipse 109. (3) Psalm. 110. (4) Psalm. 111. (5) Psalm. 112. (6) Psalm. 113, cum duab. ant. alternandis.

*Antiphonae in Magnificat.* I. Anima mea, magnifica Deum; quia respexit humilitatem meam. II. Exultavit spiritus meus in Deo: respexit Dominus humilitatem meam. III. Humilitatem meam respexit Dominus: anima mea, magnifica Deum. IIII. Fecit Dominus potentiam in brachio suo. V. Fac, Deus, potentiam in brachio tuo: disperde superbos, et exalta humiles. VI. Magnificemus Christum regem Deum, qui superbos humiliat, et exaltat humiles. VII. Magnificemus, honoremus regem caeli; quia omnes ambulantes in superbia potens est humiliare. VIII. Recordatus mei Deus, facit in me magna, qui potens est. VIIII. Sicut locutus es ad patres nostros, Domine, recordare misericordiae tuae. X. Abraham et semen eius, usque in saeculum magnifica Dominum.

*Psallendae in baptisterio.* I. Salva nos, Domine, Deus noster: salva nos, et congrega nos de nationibus. II. Fac nobiscum, Domine, signum in bonum: ut videant qui oderunt nos, et confundentur. III. Oculi mei semper ad Dominum; quia ipse evellet de laqueo pedes meos. IIII. Populum humilem salvum facies, Domine: et oculos superborum humiliabis. V. Tibi, Domine, derelictus est pauper; pupillo tu eris adiutor. VI. Inclina ad me aurem tuam, et salva me: esto mihi in Deum protectorem. VII. Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic in pace haereditatem tuam. VIII. Clamavi ad te, Domine Deus meus; tota die expandi manus meas ad te.

⁜ *Completorium.* Regnum tuum, Domine, Alleluia: et domi- f. 248.
natio tua in omni generatione et progenie: Alleluia.

*Aliud.* Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in saecula. Kyrie eleison [kyr. kyr.].

*Psallendae de baptisterio in aliud.* [I]. Nec observavimus, nec fecimus quae praecepisti nobis, ut bene nobis esset: Peccavimus, Domine, miserere nobis. II. Peccata mea, Do-

4. magnifica: magnificat. M. — 5. V. Fac Deus, etc.: *in* M. *ant. hoc ordine extant*: VI, VIII, V, VII, IX, X. — 7. Deum: Dominum. Q. U. V. M. — 13. Dominum: Deum. Q; M. add.: « XI. Nemo te, etc. (v. *infra*). *Or.* Deus qui operatus es, etc. » (v. *infra in Dom. I p. Pent.*) — 14. *Ordo psall. in* M. *est*: « I. Salva nos. II. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. III. Oculi. IV. Populum. V. Fac nobiscum. VI. Tibi Domine. VII. Inclina. VIII. Inclinavit se Iesus, scribebat in terra: qui sine peccato est mittat in eam lapidem ». — 22-23. *psall.* VII. *et* VIII. *desunt* M. — 28. [kyr. kyr.] *suppl. ex M., qui add.* « *orat.* Fortitudo fidelium, etc. » (v. *inf.*). — 29. *In M. psall. hoc ordine:* I, II, III, V, IV, IX, VI, *ceteris omissis*.

mine, sicut sagittae infixa sunt in me: antequam vulnera generent in me, sana me medicamento poenitentiae. III. Pax in caelo, pax in terra, pax in omni populo: pax sacerdotibus ecclesiarum Dei. IIII. Exurge, Domine, non praevaleat homo: tibi derelictus est egenus et pauper. V. Fratres, sit nobis cor unum in Deo, et anima una: auctor pacis, rex aeterne, ab omni malo tu nos defende.

*De Evangelio.* VI. Publicanus a longe stans percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. VII. Nemo te condemnavit, mulier? Nemo, Domine. Nec ego te condemnabo: vade: amplius noli peccare. VIII. Inclinavit se Ihesus, scribebat in terra: Qui sine peccato est, mittat in eam lapidem. VIIII. Puer meus iacet in domo, est paraliticus, et male torquetur: respondit ei Dominus salvator: Ego veniam, et curabo eum.

*Completorium.* Quoniam tu illuminas [lucernam meam, Domine, Deus meus illumina tenebras meas. *Aliud*]. Benedictus es. K. k. k.

---

# [PROPRIUM DOMINICARUM].

## DOMINICA I. POST PENTECOSTEN.

AD MATUT. *Hymn.* Aeterne rerum conditor: noctem diemque qui regis: et temporum das tempora: ut alleves fastidium.

Praeco diei iam sonat: noctis profundae pervigil: nocturna lux viantibus: a nocte noctem segregans.

11. Vade: Iam. Q. M. — 13. est: M. *om.* — 16. [lucernam, etc.] *suppl. ex* M. — 18. M. *add. duas orat. communes:* Os nostrum, *et* Exaudi nos (v. *inf.*) *et post has, hanc rubricam ponit:* « *Quotiescumque venerit festum in secunda feria, transcenso* ℟ Mira opera tua. *de suo loco,* (sic) *ordinarii maioris ecclesiae huiusmodi canunt vesperum in ecclesia hyemali vel aestiva, nisi proprium officium ipsius diei dominici fuerit.* AD VESP. *Ant. in ch.* Salus vultus tui. ℟ Mira opera tua. ℣ Tu formasti me. *In Magnif.* Recordatus mei. *psall.* Populum humilem salvum. » (v. *infra in* R., *ante Commun. Feriar.*). — 21. M. *ponit hunc hymn. post psalterium, ante cant. trium pueror* (v. p. I, fol. 164) *eique praemittit rubricam:* « *Hymnus ad matutinum omni die per totius anni circulum* ».

Hoc excitatus lucifer: solvit polum caligine: hoc omnis errorum chorus: vias nocendi deserit.

Hoc nauta vires collegit: pontique mitescunt freta: hoc ipsa petra ecclesiae: canente, culpam diluit.

⁑ Surgamus ergo strenue: gallus iacentes excitat, et somnolentos increpat: gallus negantem arguit. f. 248'.

Gallo canente, spes redit: aegris salus refunditur: mucro latronis conditur: lapsis fides revertitur.

Ihesu, paventes respice: et nos videndo corrige: si respicis lapsus cavent: fletuque culpa solvitur.

Tu lux refulge sensibus: mentisque somnum discute: te nostra vox primum sonet: et ora solvamus tibi.

Gloria tibi, Domine: gloria Unigenito: una cum sancto Spiritu: in sempiterna saecula.

*Dom. I.* [℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus Dominus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. De nocte vigilat. II. Confirmatum est cor. III. Veniat oratio. *Ad Lect.* [℟] Nocte cum corde. ℣ Cogitavi dies. ℟ [II]. Meditatus sum. ℣ Cogitavi dies.

*In Benedictus.* Sine timore. [*Ant.*] *ad crucem.* Iudica Domine nocentes.

*Oratio secreta.* Deus, qui populum tuum ex Aegypto tenebrarum duris operibus aggravatum, Moyse famulo tuo duce, liberare dignatus es: nosque famulos tuos, de huius saeculi caligine liberatos, promissam patribus requiem introire permittas. Per. una cum sancto Spiritu.

*In Cantemus.* Cantêmus Domine gloriose.

[*Oratio*] *secreta.* Deus, qui tribus pueris in camino... positis, quartus adesse dignatus es, cuius facillimum est ignium temperare naturas, et extinguere flammarum impetus: eandem, Domine, ad protegendas et liberandas animas nostras extende virtutem tuam. Qui vivis... una.

2. nocendi: *corr. ex* nocenti. — 3. collegit: colligit. V. M. — 4. ipsa: ipse. V. — 8. revertitur: *1. ma. in rasura.* — 10. cavent: cadunt. V. M. — 15. *Dom. I.*: in marg. 1. ma. — 21. *Orat. etc.*: M. hanc orat. et seqq. huius Domin. ut iam notavi, habet suis locis, in praeced. *Communi.* Haec semel pro semper notasse sufficiat. — 23. nosque: nos quoque. Q. U. V. W. M. — 25. una cum, etc.: Unigenitum. M. — 27. *post* camino, *rasura;* camino ignis. Q. U. V. W. M. — 27-28. positis: *deest* U. — 28. cuius: cui. Q. U. V. W. M. — 31. Qui, etc. Per. M.

*In Benedicite.* Opera Domini, Domino hymnum.

*In Laudate oratio.* Deus, lux vera credentium, Deus, gloria f. 249. sempiterna * iustorum, cuius lumen non occidit, cuius claritas terminum nescit; da nobis in gloria tua vivere, et ad lumen tuum aeternitatis intrare: ut quos post hanc noctem lucem fecisti cernere, ad beatum illum ac sempiternum diem iubeas pervenire. Per.

*Alia.* Gratias tibi agimus, omnipotens Deus; quia in te requievimus in sopore, et ad te resurreximus post quietem: vigilet in nobis gratia tua; redeat spiritalis infusio sensibus excitatis, totosque nos splendor tuae claritatis illustret: ut qui ad lucem tendimus, lucis tuae semitam consequi mereamur. Per.

*Alia.* Excelsum nomen maiestatis tuae, omnipotens Deus, ex toto corde veneramur, et debita laude prosequimur: obsecrantes, ut, nostrae pusillitatis obsequio matutino dignanter accepto, solita nos pietate prosequaris et foveas. Per.

*In Laudate.* Laudemus Patrem. *Capit.* Cantate Domino. *Psalmus directus.* Dominus regnavit.

*Sequitur hymnus.* Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, hymnum dicimus tibi. Benedicimus te. Glorificamus te: adoramus te. Gratias tibi agimus propter magnam gloriam tuam, Domine Deus, rex caelestis, Deus Pater omnipotens, Ihesu Christe, sancte Spiritus. Domine Deus, Filius Patris: Agnus Dei, qui tollis peccata f. 249'. mundi, * suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis: miserere nobis, subveni nobis, dirige nos, conserva nos, munda nos, pacifica nos. Libera nos ab inimicis, a tentationibus, ab haereticis, ab arrianis, a schismaticis, a barbaris: quia tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus, Ihesu Christe, in gloria Dei Patris cum sancto Spiritu in saecula saeculorum. Amen.

2. *In Laudibus oratio:* haec or. in M. dicitur: «*post Benedicite*». — 5. tuum; *sed* u 2 *abras;* tuae. Q. U. V. W. M. — 8. *Alia: Alia or. in quadragesima.* M. — 14. *Alia: Al. or. in quadragesima.* M. — 16. pusillitatis: pusillanimitatis. M. — 19. *Psalmus, etc.*: M., ceteris om., quae sumenda sunt de praeced. Communi, add. tantum initia «*psall. I.* Magnus Dnus. *et II.* Regnum tuum Dne.» — *hymnus: laus.* M. — 22. Glorificamus te: *om.* M. — 22-23. tibi agimus: agimus tibi. M. — 31. tu solus Dominus: *suppl. 1.ma. sup. lin.*

Per singulos dies benedicimus te, et lauda[mus]... nomen tuum in aeternum et in saeculum saeculi. Dignare, Domine, die isto sine peccatis nos custodire. Benedictus es, Domine; doce me iustificationes tuas. Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea. Eructabunt labia mea hymnum Deo nostro. Vivet anima mea, laudabit te; et iudicia tua adiuvabunt me. Erravi sicut ovis quae perierat: require servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Cito anticipet nos misericordia tua, Domine; quia pauperes facti sumus nimis. Adiuva nos, Deus salutaris noster.

Benedictus es, Domine; doce me, Deus Patrum nostrorum et laudabilis et gloriosus in saecula saeculorum. Amen.

*Sequitur.* Gloria et honor Deo Patri, et Filio, et Spiritu sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et per omnia saecula saeculorum. Amen.

*Hymnus.* Splendor paternae gloriae: de luce lucem proferens: lux lucis, et fons luminis: dies dierum illuminans.

Verusque sol inlabere: micans nitore perpeti: iubarque sancti Spiritus: infunde nostris sensibus.

Votis vocemus et Patrem: Patrem perennis gloriae: Pater potentis gratiae: culpam releget lubricam.

Informet actus strenuos: dentem retundat in-*vidi: casus f. 250.
secundet asperos: donet gerendi gratiam.

Mentem gubernet, et regat: casto fideli corpore: fides calore ferveat: fraudis venena nesciat.

Christusque nobis sit cibus: potusque noster sit fides: laeti bibamus sobriam: ebrietatem spiritus.

Laetus dies hic transeat: pudor sit ut diluculum: fides velut meridies: crepusculum mens nesciat.

Aurora cursus provehat: aurora totus prodeat: in Patre totus Filius: et totus in Verbo Pater.

1. *inter* lauda *et* nomen *lacuna*: M. *vero legit:* laudamus nomen nomen (sic). — 3. nos *corr. ex* nostris. — 6. laudabit: et laudabit. M. — 11. doce me: *om.* M. — 12. laudabilis: *corr.* ex laudabis. — 13. *Sequitur:* M. *vero legit:* « *Deinde dicit sacerdos hanc orationem* ». — 16. *Hymnus* Splendor, etc.: M. *ponit post Psalterium.* — 19. nostris: nostri. Q. — 20. Pater: Patrem. Q. — 21. releget: religet. Q. V. W. M. — 30. provehat: prodeat. Q. — 31. Pater: M. addit.: « Gloria tibi, Domine: gloria Unigenito: cum sancto Spiritu: in sempiterna saecula ».

*De ecclesia in baptisterium.* [*psall.* I]. Magnus Dominus et laudabilis. *Complet.* Dominus in caelo [etc.] Kyr.

*Oratio.* Vide, quaesumus, Domine, infirmitates nostras: et celeri nobis tua pietate succurre. Per Christum.

*De baptisterio in aliud.* [*psall.* II]. Regnum tuum, Domine. *Complet.* Sit splendor [etc.] Kyr.

*Oratio.* Ad aures clementiae tuae, Deus, vox nostrae supplicationis ascendat: et tua nos misericordia prosequatur. Per Christum.

AD MISSAM. *Ingr.* Inclina Domine. *Psalmell.* Si ambulem. ℣ Virga tua. ℣ *in All.* Venite exultemus. [*Ant.*] *post Evang.* Sperate in eo. *Offert.* Exaltabo te Domine. *Confr.* Qui meditabitur. *Trans.* Accepta Christi munera.

AD VESPERAS. *Lucern.* Quoniam tu illuminas. ℣ Quoniam in te. *Ant. in choro.* Deus misereatur nobis.

*Hymnus.* Deus creator omnium: polique rector vestiens: diem decoro lumine: noctem soporis gratia.

Artus solutos ut quies: reddat laboris usui: mentesque fessas allevet: luctusque solvat anxios.

Grates, peracto iam die: et noctis exortu, preces: votis reos ut adiuves: hymnum canentes solvimus.

f. 250'. Te cordis ima concinant: te vox sonora concrepet: * te diligat castus amor: te mens adoret sobria.

Et cum profunda clauserit: diem caligo noctium: fides tenebras nesciat: et nox fide reluceat.

Dormire mentem ne sinas: dormire culpa noverit: castos fides refrigerans: somni vaporem temperet.

Exuta sensu lubrico: te cordis alta somnient: ne hostis invidi dolo: pavor quietos suscitet.

9. M. *add. in praec. communi al. or.* « Tua nos, Dne, gratia benedicat: et ad vitam perducat aeternam. Per Christum ». — 14. *Lucern.* Quoniam, etc.: M. *add.* « *Luc.* Confitemini Dno. ℣ Confitemini Deo. *Aliud.* Quoniam, etc. » (cfr. *Beroldus*, ed. Magistretti, p. 54). — 16. *Hymnus:* M. habet post Psalterium ante *Magnificat*, sub rubrica: « *hymnus ad vesperas in cottidianis diebus* ». — 19. luctusque: litusque. Q. — 20. et: *deest* Q. V. M. — 26. culpa: culpam. Q. V. — castos: *correctum ex* castis.

Christum rogamus et Patrem: Christi Patrisque Spiritum: unum potens per omnia: fove precantes Trinitas.

℟ Domine Deus miserator. ℣ Quoniam magnus es tu. *Ant.* Dixit Dominus. ℣ (1) Donec.

*Oratio.* Respice, Domine, de excelsa sede maiestatis tuae, et tenebras noctis horrendae, radio tui splendoris illumina: absterge a singulorum sensibus inertem diffidentiae somnum, et a filiis lucis remove nequitias tenebrarum. Per.

*In Magnif.* Anima mea magnifica.

*Oratio.* Deus, qui operatus es salutem in medio terrae; a quo tenebrae non obscurabuntur, et nox sicut dies illuminabitur; illumina, quaesumus, tenebras nostras: ut tranquillam et quietam noctem deducentes, matutinis horis in tuis laudibus consurgamus. Per.

*De ecclesia in baptisterium* [*psall.*]. Salva nos Domine Deus. *Compl.* [I]. Regnum. [*Compl.* II. Benedictus es].

*Oratio.* Fortitudo fidelium Deus, vita et resurrectio mortuorum, praebe tuis fidelibus firmitatem: et restitue nobis dona salutis. Per.

*Alia psallenda.* Nec observavimus. [*Compl.* I. Quoniam tu. *Compl.* II. Benedictus es].

*Oratio.* Exaudi nos, misericors Deus: et mentibus nostris gratiae tuae lumen ostende. Per Christum.

‡ *Alia* [*oratio*]. Os nostrum, Domine, gaudio repleatur: f. 251.
et in tua misericordia semper exultet. Per Christum.

DOMINICA II. POST PENTECOSTEN. [AD MATUT.]. ℟ [*post hymn.*]. Regem magnum. ℣ Venite exultemus. *Ant.* [I]. De nocte spiritus. II. Confirmatum est: qui gloriatur. III. Exaudivit Dominus. *Ad Lect.* ℟ Ad te Domine clamabo. ℣ Exaltabo te. ℟ In corde meo. ℣ In toto corde. *In Benedictus.* Memorare. *Ad crucem.* Exaudi Domine Deus. *In Cantemus.*

2. unum: unus. M. — M. *add.* « Gloria tibi Domine, gloria Unigenito ». — 7. a: *deest.* U. — inertem: *inter* n. *et* e *rasura.* — 11. nox: *corr. ex* nos. — 16. *Ex loco parallelo* de communi praeced. *hic, et post psall. II. supplevimus* Complet., *ut typus habeatur integer huius dominicalis psalmodiae vespertinae.* — 22. *Or.* Exaudi, etc.: M. *ponit ultimo loco.*

(1) Psalm. 109 (v. ant. et ps. in Communi).

Cantemus Domino: qui liberavit. *In Benedicite.* Cete et omnia. *In Laud.* Dominum de caelis. *De eccl. in bapt.* Domine Deus salutis. *De bapt. in aliud.* Si memor fui tui.

[Ad Missam]. *Ingr.* Iustus es Domine. *Psalmell.* Salvum fac servum. ℣ Auribus percipe. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Domine Deus omnium. *Offert.* Ego autem dixi. *Confr.* Voce mea. *Trans.* Corpus tuum.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* In multitudine magnitudinis. ℟ Ostende in me. ℣ Quoniam te laudat. *In Magnif.* Exultavit spiritus meus. *De eccl. in bapt.* Non veni vocare. *De bapt. in aliud.* Peccata mea, Domine.

DOM. III. POST PENTECOSTEN. Ad Matut. ℟ *post hymn.* Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* [I]. Iustitiam discite. II. Confirma Deus. III. Veniat oratio. ℟ Statuit Dominus. ℣ Expectans. ℟ Benedicam. ℣ In Domino laudabitur. *In Benedictus.* Deus Israel libera. *Ad crucem.* Dicent inter gentes. *In Cantemus.* Equum et ascensorem. *In Benedicite.* Filii hominum. *In Laud.* Laudate Deum caeli. *De eccl. in bapt.* Exaudi nos Deus. *De bapt. in aliud.* Solleciti estote.

[Ad Missam]. *Ingr.* Factus est Dominus protector. *Psalmell.* Convertere Domine. ℣ Domine refugium. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post Evang.* Domine Deus noster. *Offert.* Exaudi Domine iustitiam. *Confr.* Domine Deus meus. *Trans.* Angeli circumdederunt.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Ego ad Dominum clamavi. ℟ Veniant mihi. ℣ Manus tuae Domine. *In Magnif.* Humilitatem meam. *De eccl. in bapt.* Oculi mei semper. *De bapt. in aliud.* Pax in caelo.

DOM. IIII. POST PENTECOSTEN. [Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Regem magnum. ℣ Venite exultemus. *Ant.* [I]. Spiritus meus. II. Exaltatum est cor. III. Exaudivit Dominus. *Ad Lect.* ℟ Nocte cum corde. ℣ Cogitavi dies. ℟ Meditatio cordis. ℣ Ab occultis. *In Benedictus.* Visitavit et fecit. *Ad crucem.* Repleatur os. *In Cantemus.* Adiutor et protector. *In Benedicite.* Israel Dominum. *In Laud.* De caelis Dominum laudate. *De eccl. in bapt.* Magnus Dominus. *De bapt. in aliud.* Cor nostrum conturbatum.

f. 251v. [Ad Missam]. ⁑ *Ingr.* Exaudi Domine vocem. *Psalmell.* Oculi mei. ℣ Respice. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post*

5. Praeveniamus: Dnus regnavit. M. — 22. Dominus regnavit: Praeveniamus. M.

*Evang.* Nos populus tuus. *Offert.* Perfice gressus. *Confr.* Domine Dominus noster. *Trans.* Qui manducaverit.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Intende voci. ℟ Erravi sicut ovis. ℣ Declinate a me. *In Magnif.* Fecit Dominus potentiam. *Psall. in bapt.* Fac nobiscum. *De bapt. in aliud.* Fratres sit nobis.

DOM. V. [POST PENTECOSTEN. Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* [I]. Iustitiam discite. II. Laetor ego Domine. III. Veniat oratio. *Ad Lect.* ℟ Ad te Domine clamabo. ℣ Exaltabo te. ℟ Meditatus sum nocte. ℣ Cogitavi dies. *In Benedictus.* Sine timore. *Ad crucem.* Non sumus memores. *In Cantemus.* Dominus conterens. *In Benedicite.* Video virum. *In Laud.* Caeli caelorum. *Psall in bapt.* Domine Deus salutis. *De bapt. in aliud.* Domine Deus miserere.

[Ad Missam]. *Ingr.* Respice in me. *Psalmell.* Domine refugium. ℣ Priusquam fierent. ℣ *in All.* Praeveniamus faciem. *Post Evang.* Quiescat ira. *Offert.* Domine convertere. ℣ Miserere mihi. *Confr.* Narrabo omnia. *Trans.* Declinant anni.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* Ad vesperum. ℟ Domine Deus. ℣ Quoniam magnus. *In Magnif.* Magnificemus Christum regem. *Psall. in bapt.* Tibi Domine derelictus. *De bapt. in aliud.* Exurge, Domine, non praevaleat.

DOM. VI. POST PENTECOSTEN. [Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Regem. ℣ Venite. *Ant.* [I]. Tollatur impius. II. Laetor ego Domine. III. Exaudivit. *Ad Lect.* ℟ Statuit Dominus. ℣ Expectans expectavi. ℟ In corde meo. ℣ In toto corde. *In Benedictus.* Memorare. *Ad crucem.* Iudica Domine. *In Cantemus.* Dextera tua Domine. *In Benedicite.* Tres ex uno ore. *In Laud.* Ipse dixit. *Psall. in bapt.* Exaudi nos. *De bapt. in aliud.* A salute nostra.

[Ad Missam]. *Ingr.* Dominus inluminatio. *Psalmell.* Iacta cogitatum. ℣ Dum clamarem. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post Evang.* Obsecramus Domine. *Offert.* Portio mea. *Al.* Benedixisti. *Confr.* Inlumina faciem. *Trans.* Stant angeli.

3. ℟ Erravi, etc.: ℟ Mira opera, etc. M. — 5. Fac nobiscum.: Populum humilem. M. — 17. Praeveniamus, etc.: Dnus regnavit. M. — 20-21. ℟ Domine, etc.: ℟ Erravi, etc. M. — 22. Tibi Domine, etc.: Fac nobiscum. M. — 33. Dominus regnavit: Praeveniamus. M. — 34-35. Portio mea. *Al.* Benedixisti.: In te speravi. ℣ Portio mea. M.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Salus vultus. ℟ Ostende in. ℣ Quoniam te laudat. *In Magnif.* Fac Deus potentiam. *De eccl. in bapt.* Inclina ad me aurem. *De bapt. in aliud.* Nec observavimus.

DOM. VII. POST PENTECOSTEN. [Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Pa-
f. 252. cem tuam. II. Non exeat. III. ⁑ Veniat oratio. *Ad Lect.* ℟ Nocte. ℣ Cogitavi. ℟ Benedicam. ℣ In Domino. *In Benedictus.* Deus Israel. *Ad crucem.* Exaudi Domine Deus orationem. *In Cantemus.* Decidat. *In Benedicite.* Tres in camino. *In Laud.* In potentatibus. *Psall. in bapt.* Magnus. *De bapt. in aliud.* Peccavimus tibi.

[Ad Missam]. *Ingr.* Manus tuae. *Psalmell.* Eleva Domine. ℣ Effunde. ℣ *in All.* Venite. *Ant. post Evang.* Custodi Deus. *Offert.* Si oblitus fuero. *Al.* Super flumina. *Confr.* Introibo ad altare. *Trans.* Corpus Christi accepimus.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* Laudans invocabo. ℟ Veniant. ℣ Manus tuae. *In Magnif.* Magnificemus honoremus. *Psall. in bapt.* Salva nos Domine. *De bapt. in aliud.* Peccata mea.

DOM. VIII. POST PENTECOSTEN. [Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Regem magnum. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Domine in tribulatione. II. Arcum potentium. III. Exaudivit. *Ad Lect.* ℟ Ad te Domine. ℣ Exaltabo te. ℟ Meditatio cordis. ℣ Ab occultis meis. *In Benedictus.* Visitavit et fecit. *Ad crucem.* Dicent inter gentes. *In Cantemus.* Filii Israel ambulaverunt. *In Benedicite.* In camino ignis. *In Laud.* In tympano et choro. *Psall. in bapt.* Domine Deus. *De bapt. in aliud.* Regnum tuum.

[Ad Missam]. *Ingr.* Dicit Dominus: Ego. *Psalmell.* Si ambulem. ℣ Virga. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Manus tua, Domine, pugnavit. *Offert.* Dominus regnavit. *Al.* Deus enim firmavit. *Confr.* Vovete et reddite. *Trans.* Sacramentum caeleste.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Deus misereatur. ℟ Erravi

1-5. ℟ Ostende, etc.: ℟ Dne Deus miserator. ℣ Quoniam magnus. *In Magn.* Recordatus mei. *psall. I.* Tibi Dne. M. — 15. Si oblitus, etc.: Super flumina. ℣ Si oblitus. M. — 17-18. ℟ Veniant, etc.: ℟ Ostende in me. ℣ Quoniam te laudat. *In Magn.* Fac Deus potentiam. *psall. I.* Inclina. M. — 30. Praeveniamus: Dnus regnavit. M. — 32. Dnus regnavit: *in* M. *ponit. ut* ℣ *post* Deus enim firmavit. — 34. ℟ Erravi, etc.: ℟ Veniant mihi. ℣ Manus tuae Dne.

sicut. ℣ Declinate. *In Magnif.* Sicut locutus est. *Psall. in bapt.* Salva nos. *Alia in alio.* Pax in caelo.

DOM. VIIII. [POST PENTECOSTEN. AD MATUT. ℟ *post hymn*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Praeter te Domine. II. Arcum potentium. III. Veniat. *Ad Lect.* ℟ Statuit Dominus. ℣ Expectans expectavi. ℟ Meditatus sum. ℣ Cogitavi dies. *In Benedictus.* Sine timore. *Ad crucem.* Repleatur. *In Cantemus.* Filii Israel transierunt. *In Benedicite.* Opera Domini. *In Laud.* Laudemus Patrem. *Psall. in bapt.* Exaudi nos. *De bapt. in aliud.* Si memor fui tui.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Pereant omnes. *Psalmell.* Salvum fac. ℣ Auribus. ℣ *in All.* Dominus regnavit. ⁑ *Post Evang.* f. 252'. Sperate in eo. *Offert.* Exaltabo te. *Confr.* Qui meditabitur. *Trans.* Diligamus nos.

AD VESPERAS. *Ant. in choro.* In multitudine magnitudinis. ℟ Domine Deus. ℣ Quoniam magnus. *In Magnif.* Abraham et semen. *Psall. in bapt.* Fac nobiscum. *De bapt. in aliud.* Fratres sit nobis.

DOM. X. POST PENTECOSTEN. [AD MATUT. ℟ *post hymn.*]. Regem magnum. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. De nocte vigilat.· II. Dominus pauperes. III. Exaudivit. *Ad Lect.* ℟ Nocte cum corde. ℣ Cogitavi. ℟ In corde. ℣ In toto corde. *In Benedictus.* Memorare. *Ad crucem.* Non sumus. *In Cantemus.* Gelaverunt tamquam. *In Benedicite.* Cete et omnia. *In Laud.* Dominum de caelis. *Psall. in bapt.* Magnus. *De bapt. in aliud.* Solliciti estote.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Inclina Domine. *Psalmell.* Convertere. ℣ Domine refugium. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Domine, Domine, Deus omnium. *Offert.* Ego autem. *Confr.* Voce mea. *Trans.* Accedite ad altare.

[AD VESPERAS]. *Ant. in choro.* Ego ad Dominum clamavi. ℟ Ostende in me. ℣ Quoniam te laudat. *In Magnif.* Anima mea. *Psall. in bapt.* Tibi Domine. *De bapt. in aliud.* Exurge Domine, non praevaleat.

DOM. XI. POST PENTECOSTEN. [AD MATUT. ℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. De

1. Sicut, etc.: Magnificemus honoremus. M. — 12. Dominus regnavit: Praeveniamus. M. — 13. Exaltabo te: Benedixisti. M. — 16-17. ℟ Domine Deus, etc.: ℟ Mira opera. ℣ Tu formasti. *In Magn.* Sicut locutus es. *psall. I.* Oculi mei. M. — 29. Ego autem: Exaltabo te. M. — 32-33. ℟ Ostende, etc.: ℟ Erravi sicut. ℣ Declinate. *In Magn.* Abraham et semen. *psall. I.* Populum humilem. M.

nocte spiritus meus. II. Confirmatum: qui gloriatur. III. Veniat oratio. *Ad Lect.* ℟ At te, Domine, clamabo. ℣ Exaltabo te. ℟ Benedicam Dominum. ℣ In Domino laudabitur. *In Benedictus.* Deus Israel. *Ad crucem.* Iudica Domine. *In Cantemus.* Gelavit mare. *In Benedicite.* Filii hominum benedicite. *In Laud.* Laudate Dominum. *Psall. in bapt.* Domine Deus salutis. *De bapt. in aliud.* Cor nostrum conturbatum.

[AD MISSAM]. *Ingres.* Iustus es. *Psalmell.* Oculi mei. ℣ Respice in me. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Domine Deus noster. *Offert.* Exaudi Domine. *Confr.* Domine Deus meus in te speravi. *Trans.* Da pacem Domine Pater.

[AD VESPERAS]. *Ant. in choro.* Intende voci. ℟ Veniant mihi. ℣ Manus tuae. *In Magnif.* Exultavit spiritus. *Psall. in bapt.* Inclina ad me. *De bapt. in aliud.* Publicanus a longe.

[DOM. XII. POST PENTECOSTEN. AD MATUT.
f. 253. ℟ *post hymn.*]. * Regem. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Iustitiam discite qui habitatis terram. II. Confirmatum est. III. Exaudivit. *Ad Lect.* ℟ Statuit Dominus. ℣ Expectans. ℟ Meditatio cordis. ℣ Ab occultis. *In Benedictus.* Visitavit et fecit. *Ad crucem.* Exaudi Domine Deus. *In Cantemus.* Cantemus Domino gloriose. *In Benedicite.* Israel Dominum benedicat. *In Laud.* De caelis Dominum laudemus. *Psall. in bapt.* Exaudi nos. *De bapt. in aliud.* Domine Deus miserere.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Factus est Dominus. *Psalmell.* Domine refugium. ℣ Priusquam fierent. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post Evang.* Nos populus. *Offert.* Perfice gressus. *Confr.* Domine Dominus noster. *Trans.* Odor Christi congregavit.

AD VESPERAS. *Ant. in choro.* Ad vesperum demoretur. ℟ Erravi sicut. ℣ Declinate. *In Magnif.* Humilitatem. *Psall. in bapt.* Salva nos. *De bapt. in aliud.* Peccata mea.

DOM. XIII. [POST PENTECOSTEN. AD MATUT. ℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Spiritus meus. II. Confirma Deus. III. Veniat oratio. *Ad Lect.* ℟ Nocte cum corde. ℣ Cogitavi dies. ℟ Meditatio. ℣ Ab occultis. *In Benedictus.* Sine timore. *Ad crucem.* Dicent inter

9. Praeveniamus: Dnus regnavit. M. — 10. Exaudi Domine: Ego autem dixi. M. — 12-13. ℟ Veniant, etc.: ℟ Dne Deus miserator. ℣ Quoniam magnus. *In Magn.* Anima mea. *psall. l.* Fac nobiscum. M. — 25. Dominus regnavit: Praeveniamus. M. — 26. Perfice gressus.: Exaudi Dne. M. — 29-30. ℟ Erravi, etc.: ℟ Ostende in me. ℣ Quoniam te laudat. *In Magn.* Exultavit spiritus. *psall. l.* Tibi Dne derelictus est. M. — 34. ℟ Meditatio, etc.: ℟ Meditatus sum. ℣ Cogitavi dies. M.

gentes. *In Cantemus.* Cantemus Domino: qui liberavit. *In Benedicite.* Video virum. *In Laud.* Caeli caelorum laudate Filium. *Psall. in bapt.* Magnus Dominus. *De bapt. in aliud.* A salute nostra.

[Ad Missam]. *Ingr.* Exaudi Domine vocem. *Psalmell.* Iacta cogitatum. ℣ Dum clamarem. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Quiescat ira. *Offert.* Domine convertere. *Confr.* Narrabo omnia. *Trans.* Accepta Christi.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* Salus vultus. ℟ Domine Deus. ℣ Quoniam magnus. *In Magnif.* Fecit Dominus potentiam. *Psall. in bapt.* Oculi mei. *De bapt. in aliud.* Pax in caelo.

DOM. XIIII. [POST PENTECOSTEN. Ad Matut. ℟ *post hymnum.*]. Regem magnum. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Iustitiam discite qui: cessavit. II. Exaltatum est. III. Exaudivit. *Ad Lect.* ℟ Ad te Domine clamabo. ℣ Exaltabo te. ℟ In corde. ℣ In toto corde. *Ad Benedictus.* Memorare. *Ad crucem.* Repleatur os. *In Cantemus.* Equum et ascensorem. *In Benedicite.* Tres ex uno ore. *In Laud.* Ipse dixit et facta. *Psall. in bapt.* Domine Deus. *De bapt. in aliud.* Peccavimus.

[Ad Missam]. *Ingr.* Respice in me. *Psalmell.* Eleva Domine. ℣ Effunde. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Obsecramus. ⁑ *Offert.* Portio mea. *Al.* Benedixisti. *Confr.* In- f. 253'
lumina faciem. *Trans.* Corpus tuum frangitur.

[Ad Vesperas]. *Antiph. in choro.* Laudans invocabo. ℟ Ostende. ℣ Quoniam te laudat. *In Magnif.* Magnificemus Christum. *Psall. in bapt.* Fac nobiscum. *De bapt. in aliud.* Fratres sit nobis.

DOM. XV. [POST PENTECOSTEN. Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Tollatur. II. Laetor ego. III. Veniat oratio. *Ad Lect.* ℟ Statuit. ℣ Expectans. ℟ Benedicam. ℣ In Domino laudabitur. *In Benedictus.* Deus Israel. *Ad crucem.* Non sumus memores. *In Cantemus.* Adiutor et protector. *In Benedicite.* Tres in ca-

7. Domine convertere: Perfice gressus. M. — 9-10. ℟ Domine Deus, etc.: ℟ Veniant mihi. ℣ Manus tuae. *In Magn.* Humilitatem. *psall. I.* Inclina. — 23. Praeveniamus: Dnus regnavit. M. — 24. Portio mea. *Al.* Benedixisti.: Domine convertere. M. — 27-28. ℟ Ostende, etc.: ℟ Mira opera. ℣ Tu formasti. *In Magn.* Fecit Dnus potentiam. *psall. I.* Oculi mei. M.

mino. *In Laud.* In potentatibus. *Psall. in bapt.* Exaudi nos. *De bapt. in aliud.* Regnum tuum Domine.

[Ad Missam]. *Ingr.* Dominus inluminatio. *Psalmell.* Si ambulem. ℣ Virga tua. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post Evang.* Custodi Deus. *Offert.* Si oblitus fuero. *Al.* Super flumina. *Confr.* Introibo. *Trans.* Angeli circumdederunt.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Deus misereatur. ℟ Veniant. ℣ Manus tuae. *In Magnif.* Fac Deus potentiam. *Psall. in bapt.* Tibi Domine. *De bapt. in aliud.* Exurge Domine.

DOM. XVI. [POST PENTECOSTEN. Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Regem magnum. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Pacem tuam. II. Laetor ego. III. Exaudivit Dominus. *Ad Lect.* ℟ Nocte cum corde. ℣ Cogitavi. ℟ Meditatio. ℣ Ab occultis. *In Benedictus.* Visitavit. *Ad crucem.* Iudica Domine. *In Cantemus.* Dominus conterens. *In Benedicite.* In camino ignis. *In Laud.* In tympano et choro. *Psall. in bapt.* Magnus Dominus. *De bapt. in aliud.* Si memor fui.

[Ad Missam]. *Ingr.* Manus tuae. *Psalmell.* Salvum fac. ℣ Auribus. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Manus tua, Domine, pugnavit. *Offert.* Dominus regnavit. *Al.* Deus enim firmavit. *Confr.* Vovete. *Trans.* Qui manducaverit.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* In multitudine. ℟ Erravi sicut. ℣ Declinate. *In Magnif.* Magnificemus, honoremus. *Psall. in bapt.* Inclina ad me. *De bapt. in aliud.* Nec observavimus.

DOM. XVII. [POST PENTECOSTEN. Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Domine in tribulatione. II. Non exeat. III. Veniat oratio. *Ad*
254. *Lect.* ℟ Ad te Domine. ℣ Exaltabo te. ℟ Meditatus sum.
℣ Cogitavi. *In Benedictus.* Sine timore. *Ad crucem.* Exaudi Domine. *In Cantemus.* Dextera tua. *In Benedicite.* Opera Domini. *In Laud.* Laudemus Patrem. *Psall. in bapt.* Domine Deus salutis. *De bapt. in aliud.* Solliciti estote.

[Ad Missam]. *Ingr.* Dicit Dominus, Ego. *Psalmell.* Convertere. ℣ Domine refugium. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post*

4. Dominus regnavit: Praeveniamus. M. — 5-6. Si oblitus fuero. *Al.* Super flumina: In te speravi. ℣ Portio mea. M. — 7-8. ℟ Veniant, etc.: Erravi sicut. ℣ Declinate. *In Magn.* Magnificemus Christum. *psall. I.* Populum humilem. M. — 20-21. Dominus regnavit *Al.* Deus enim firm.: Super flumina ℣ Si oblitus. M. — 22-23. ℟ Erravi, etc.: ℟ Dne Deus miserator. ℣ Quoniam magnus es. *In Magn.* Recordatus mei. *psall. I.* Fac nobiscum. M. — 35. Praeveniamus: Dnus regnavit. M.

*Evang.* Sperate. *Offert.* Exaltabo te. *Confr.* Qui meditabitur. *Trans.* Declinant.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* Ego ad Dominum. ℟ Domine Deus. ℣ Quoniam magnus. *In Magnif.* Sicut locutus est. *Psall. in bapt.* Salva nos. *De bapt. in aliud.* Peccata mea.

DOM. XVIII. [POST PENTECOSTEN. Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Regem. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Praeter te. II. Arcum potentium. III. Exaudivit. *Ad Lect.* ℟ Statuit. ℣ Expectans. ℟ In corde. ℣ In toto corde. *In Benedictus.* Memorare. *Ad crucem.* Dicent inter gentes. *In Cantemus.* Decidat super. *In Benedictus.* Cete et omnia. *In Laud.* Dominum de caelis. *Psall. in bapt.* Exaudi nos. *De bapt. in al.* Cor nostrum.

[Ad Missam]. *Ingr.* Pereant omnes. *Psalmell.* Oculi. ℣ Respice in. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post. Evang.* Domine, Domine Deus. *Offert.* Ego autem. *Confr.* Voce mea. *Trans.* Stant angeli.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* Intende voci. ℟ Ostende in me. ℣ Quoniam te laudat. *In Magnif.* Habraham et semen. *Psall. in bapt.* Oculi mei. *De bapt. in aliud.* Pax in caelo.

DOM. XVIIII. [POST PENTECOSTEN. Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* [I]. De nocte vigilat. II. Arcum potentium. III. Veniat oratio. *Ad Lect.* ℟ Nocte cum. ℣ Cogitavi. ℟ Benedicam. ℣ In Domino laudabitur. *In Benedictus.* Deus Israel. *Ad crucem.* Repleatur. *In Cantemus.* Filii Israel ambulaverunt. *In Benedicite.* Filii hominum benedicite. *In Laud.* Laudate Deum. *Psall. in bapt.* Magnus Dominus. *De bapt. in aliud.* Domine Deus miserere.

[Ad Missam]. *Ingr.* Inclina Domine. *Psalmell.* Domine refugium. ℣ Priusquam. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Domine Deus noster. *Offert.* Exaudi Domine *Confr.* Domine Deus meus. *Trans.* Corpus Christi accepimus.

Ad Vesperas. *Ant. in choro.* Ad vesperum. ℟ Veniant mihi. ℣ Manus tuae. *In Magnif.* Anima mea. *Psall.* Fac nobiscum. *De bapt. in aliud.* Fratres sit nobis.

1. Exaltabo te: Deus enim firmavit. ℣ Dnus regnavit. M. — 3-4. ℟ Domine Deus, etc.: ℟ Ostende in me. ℣ Quoniam te laudat. *In Magn.* Fecit Dominus. *psall. I.* Tibi Dne derelictus. M. — 14. Dominus regnavit: Praeveniamus. M. — 15. Ego autem: Benedixisti. M. — 17-18. ℟ Ostende, etc.: ℟ Veniant mihi. ℣ Manus tuae. *In Magn.* Magnificemus, honoremus. *psall. I.* Inclina. M. — 33-34. ℟ Veniant, etc.: ℟ Mira opera. ℣ Tu formasti. *In Magn.* Sicut locutus es. *psall. I.* Salva nos. M.

DOM. XX. [POST PENTECOSTEN. AD MATUT. ℟ *post hymn.* Regem. ℣ Venite. *Ant.* I. De nocte spiritus. II. Do- f. 254ʳ. minus pauperes. III. Exaudivit. ✠ *Ad Lect.* ℟ Ad te Domine. ℣ Exaltabo te. ℟ Meditatio cordis. ℣ Ab occultis. *In Benedictus.* Visitavit. *Ad crucem.* Non sumus memores. *In Cantemus.* Filii Israel transierunt. *In Benedicite.* Tres ex uno ore. *In Laud.* De caelis Dominum. *Psall. in bapt.* Domine Deus salutis. *De bapt. in aliud.* A salute nostra.

[AD MISSAM]. *Ingr.* Iustus es Domine. *Psalmell.* Iacta cogitatum. ℣ Dum clamarem. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Nos populus. *Offert.* Perfice gressus. *Confr.* Domine Dominus noster. *Trans.* Sacramentum.

[AD VESPERAS]. *Ant. in choro.* Salus vultus. ℟ Erravi sicut. ℣ Declinate a me. *In Magnif.* Exultavit spiritus. *Psall. in bapt.* Tibi Domine. *De bapt. in aliud.* Exurge Domine.

DOM. XXI. [POST PENTECOSTEN. AD MATUT. ℟ *post hymn.*]. Quoniam magnus. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Spiritus meus. II. Confirma. III. Auditionem tuam. *Ad Lect.* ℟ Media nocte. ℣ Portio. ℟ In toto corde. ℣ In corde. *In Benedictus.* Sine timore. *Ad crucem.* Bonum est confidere. *In Cantemus.* Gelavit mare. *In Benedicite.* Video virum. *In Laud.*

6. Tres ex uno ore: Israel Dnum. M. — 10. Praeveniamus: Venite. M. — 11. Perfice gressus: Super flumina. ℣ Si oblitus M. — 13-15. ℟ Erravi, etc.: ℟ Dne Deus miserator. ℣ Quoniam magnus. *In Magn.* Abraham et semen. *psall. I.* Oculi mei. M. — 15. M. *add. seq. rubr.*: « In primo sabbato mensis octobris ebdomadarii canunt psalmos in ecclesia hyemali, et in psalmis dicunt orationes illas quae sunt in ferialibus in bapt. incipientes ab illis quae sunt in dominicis (sic) diebus in matutinis: et notarius canit primum ℟ *Tua est potentia;* secundicerius canit secundum ℟ *Dne miserere nobis.* Et presbyter et diaconus et subdiaconus canunt missam ipsius diei. Quod officium fit pro exaltatione sce Crucis, secundum iudicatum Tadonis sapientis, quod instituit pro remedio animae suae. Item canunt Vesperum huiusmodi in hyemali ecclesia, et dicunt orationes quae sunt in exaltatione (sic) sce Crucis. *Ant. in choro.* Ad vesperum demoretur. *hymn.* Deus creator omnium. ℟ Agnus Dei Christus. ℣ Christus factus est. *Ant.* Crucem tuam. ℣ (*ps. 66*). Deus misereatur. *Ant.* Adoramus crucem. ℣ (*ex ps. 118*). Adhaesit pavimento. *In Magn.* Laudamus te. *Psall.* O Crux benedicta. — Finito Vespere, totus chorus maior honorifice debet habere fruges et vinum datas (sic) ab abbate sci Ambrosii, qui tenet beneficium quod iudicavit praedictus sapiens Tado; et sciendum quia antequam psallentium incipiatur, dat sol. XIIII. primicerio lectorum et den. octo; et ille dividit sicut supra legitur (sic) ». (cfr. *Beroldus*, ed. Magistretti, pag. 30 et seq. et pag. 125 et seq. — 16. DOM. XXI., etc. *Dominica prima octobris.* M. — 17. exultemus: M. *add.:* « *seq. hymnus trium puerorum in maiori tono:* Benedictus es Dne ».

Ipse dixit et facta. *Psall. in bapt.* Domine Deus salutis. *De bapt. in aliud.* Peccavimus.

[Ad Missam]. *Ingr.* Pereant omnes. *Psalmell.* Tibi Domine derelictus. ℣ Confitebor. ℣ *in All.* Venite exultemus. *Post Evang.* Manus tua Domine pugnavit. *Offert.* Portio mea. *Al.* Benedixisti. *Confr.* Narrabo omnia. *Trans.* Diligamus nos.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* Laudans invocabo. ℟ Ostende in. ℣ Quoniam te laudat. *In Magnif.* Humilitatem. *Psall. in bapt.* Inclina ad me. *De bapt. in aliud.* Peccata mea.

DOM. XXII. ANTE DEDIC. ECCLESIAE. [Ad Mat. ℟ *post hymn.*]. Regem magnum. ℣ Venite exultemus. *Ant.* I. Domine in tribulatione. II. Dominus pauperes. III. Domine Deus virtus. *Ad Lect.* ℟ Domine clamavi. ℣ Exaltabo te. ℟ Misericordia tua Domine adiuvabit. ℣ Et factus est. *In Benedictus.* Visitavit. *Ad crucem.* In voluntate tua. *In Cantemus.* Deus qui conteris. *In Benedicite.* Tribus pueris. *In Laud.* Caeli caelorum, sol. *Psall. in bapt.* Magnus Dominus. *De bapt. in aliud.* Regnum tuum.

[Ad Missam]. *Ingr.* Dicit Dominus: Ego. *Psalmell.* Domine audivi. ℣ In medio duorum. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post Evang.* Custodi Deus. . *Offert.* Si oblitus. *Al.* Super flumina. *Confr.* Vovete et reddite. *Trans.* Declinant anni.

1. Domine Deus salutis: Exaudi nos. M. — 2-6. M. *add.:* « *psall.* O Crux benedicta. *Mane, sonito signo, omnes maioris ordinis, vadunt ad scm Ambrosium, sine processione: ostiarius ebdomadarius cum cruce aurea, et observator cum cruce argentea: et unus minorum custodum portat piviale. Et presbyter indutus* (sic), *diaconus ebdomadarius incipit ibi psallentium usque in ecclesiam aestivam. Ant.* I. Septies in die. II. Dne Deus virtutum. III. Extollite signum. IIII. Crucem tuam. V. Adoramus crucem. VI. Laudamus te Christe. *Et observatores faciunt Missam in ecclesia aestiva de Dominica. Finito Evangelio ebdomadarii vadunt in ecclesiam hyemalem. Ingressa in aestiva ecclesia.* Manus tuae Dne. *Psalmell.* Tibi Dne. ℣ Confitebor tibi. ℣ *in All.* Dnus regnavit. *Post Evang.* Manus tua Dne. *Off.* Deus enim firmavit. ℣ Dnus regnavit. *Confr.* Narrabo omnia. *Trans.* Diligamus nos. (*ut supra in R.*). *Finito Evangelio, ostiarius observator debet habere super crucem quinque candelas accensas, et scola sci Ambrosii totidem. Psallentium:* I. Sub tuam misericordiam. II. Sub tuam protectionem. III. O Crux benedicta. *Ingr.* O crux illa. *(lacuna). Psalmell.* Agnus Dei Christus. ℣ Christus factus est. *(Epist.) Ad Philipp.* Hoc sentite in vobis. ℣ *in All.* Venite et audite. *(Evang). Sec. Lucam.* Factum est dum haec verba diceret Dnus Ihesus, extollens vocem quaedam mulier. *Post Evang.* Manus tua Dne. *Offert.* Nos autem gloriari. *Confr.* Laudamus te Christe. *Trans.* Sicus misertus es latroni ». — 9. Inclina ad me: Populum humilem. M. — 15. Visitavit: Deus Israel. M. — 21. Si oblitus. *Al.* Super flum.: In te esperavi. ℣ Portio mea. M.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* Deus misereatur. ℟ Erravi sicut. ℣ Declinate. *In Magnif.* Nemo te ⁑ condemnavit. *Psall. in bapt.* Inclinavit se Ihesus. *De bapt. in aliud.* Fratres sis nobis cor.

f. 255.

DOM. I. POST DEDIC. ECCL. [Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Dominator. ℣ Domine exaudi. *Ant.* i. Tollatur. ii. Non exeat. iii. Consideravi Domine. *Ad Lect.* ℟ Nocte cum. ℣ Cogitavi. ℟ Meditatus sum. ℣ Cogitavi. *In Benedictus.* Memorare. *Ad crucem.* Repleatur os. *In Cantemus.* Cantemus Domino. *In Benedicite.* Tres ex uno. *In Laud.* Laudemus Patrem. *Psall. in bapt.* Exaudi nos. *De bapt. in aliud.* Solliciti estote.

[Ad Missam]. *Ingr.* Dominus inluminatio. *Psalmel.* Oculi mei. ℣ Respice. ℣ *in All.* Venite, exultemus. *Post Evang.* Domine, Domine Deus. *Offert.* Ego autem dixi. *Confr.* Qui meditabitur. *Trans.* Corpus Christi.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* In multitudine. ℟ Ostende. ℣ Quoniam te laudat. *In Magnif.* Magnificemus, honoremus. *Psall. in bapt.* Salva nos Domine. *De bapt. in al.* Pax in caelo.

DOM. II. POST DEDIC. ECCL. [Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Oremus Dominum. ℣ A solis ortu. *Ant.* i. Praeter te. ii. Arcum potentium. iii. Ego autem in Domino. *Ad lect.* ℟ Media nocte. ℣ Portio. ℟ In toto corde. ℣ In corde meo. *In Benedictus.* Deus Israel. *Ad crucem.* Bonum est confidere. *In Cantemus.* Equum et ascensorem. *In Benedic.* Tres in camino ignis. *In Laud.* De caelis Dominum. *Psall. in bapt.* Domine, Deus salutis. *De bapt. in aliud.* Domine Deus miserere.

[Ad Missam]. *Ingr.* Manus suae Domine. *Psalmell.* Tibi Domine. ℣ Confitebor. ℣ *in All.* Dominus regnavit. *Post Evang.* Manus tua Domine pugnavit. *Offert.* Portio mea. *Al.* Benedixisti Domine. *Confr.* Voce mea. *Trans.* Diligamus.

Ad Vesperas. *Ant. in ch.* Ego ad Dominum. ℟ Veniant. ℣ Manus tuae. *In Magnif.* Sicut locutus es. *Psall. in bapt.* Oculi mei. *De bapt. in aliud.* Exurge Domine.

DOM. III. POST DEDIC. ECCL. [Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Dominator. ℣ Domine exaudi. *Ant.* i. Domine in tribulatione. ii. Dominus pauperes. iii. Domine Deus virtus. *Ad Lect.* ℟ Domine clamavi. ℣ Exaltabo te. ℟ Misericordia tua. ℣ Et factus est. *In Benedictus.* Visitavit. *Ad crucem.* In

9. Domino: Domino qui liberavit. M. — 14. Ego autem dixi: Super flumina. ℣ Si oblitus. M. — 29-30. Portio mea. *Al.* Benedixisti: Deus enim firmavit. ℣ Dnus regnavit. M.

voluntate. *In Cantemus.* Deus qui conteris. *In Benedicite.* Tribus pueris. *In Laud.* Caeli caelorum. *Psall.* Magnus Dominus. *Al.* Regnum tuum.

[Ad Missam]. *Ingr.* Dicit Dominus, Ego. *Psalmell.* Domine audivi. ℣ * In medio. ℣ *in All.* Praeveniamus. *Post* f. 255
*Evang.* Custodi Deus. *Offert.* Si oblitus fuero. *Al.* Super flumina. *Confr.* Vovete et reddite. *Trans.* Declinant.

[Ad Vesperas]. *Ant. in choro.* Laudans invocabo. ℟ Erravi sicut. ℣ Declinate. *In Magnif.* Abraham et semen. *Psall. in bapt.* Fac nobiscum. *De bapt. in al.* Fratres sit nobis.

In festivitatibus dominicis ad Vesp. (*)

*Ant. in ch.* Salus vultus. ℟ Mira opera. ℣ Tu formasti me. *In Magnif.* Recordatus, *Psall. in bapt.* Populum humilem. *De bapt. in aliud.* Fratres sit nobis.

# IN COTTID. DIEBUS ANNI CIRCULI.

## FERIA II.

[Ad Matut. ℟ *post hymn.*]. Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me: Deus exaudi orationem meam. ℣ Quoniam alieni insurrexerunt super me, et fortes quaesierunt animam meam: Deus exaudi. *Aliud in aestivo.* ℟ Deus, in te speravi: Domine: non confundar in aeternum. ℣ In tua iustitia libera me, et eripe me: non confundar.

*Ant. in Psalmos* [I]. In lege Domini meditabitur die ac nocte. ℣ (1) Beatus vir qui non abiit. II. Narrabo omnia mirabilia tua, Domine. ℣ (2) Confitebor. III. Deus, de caelo respice super filios hominum. ℣ (3) Dixit insipiens.

*In alia hebdom.: ant.* [I]. Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est. ℣ (4) Nonne Deo subdita. II. Iubilate Deo, omnis terra; psalmum dicite nomini eius. ℣ (5) Date gloriam. III. Intende animae meae, Domine, et libera eam. ℣ (6) Salva me Deus.

8-9. Si oblitus fuero. *Al.* Super flum.: In te speravi. ℣ Portio mea. M. — 19. ℟: ℟... *hyemale.* M.

(*) v. supra, pag. 413 in nota. (1) Psalm. 1. (2) Psalm. 9. (3) Psalm. 13. (4) Psalm. 61. (5) Psalm. ipse. 65. (6) Psalm. 68.

*Ad lect.* ℟ [I]. Spes mea tu es: Domine Deus meus. ℣ Deus in te speravi; Domine, non confundar in aeternum: Domine. ℟ [II]. Dirige, Domine, in conspectu tuo viam meam: ut laetentur omnes qui sperant in te. ℣ Verba mea auribus percipe, Domine; intellige clamorem meum: ut laetentur.

*In Benedictus.* Benedictus Dominus, quia visitavit, et liberabit nos.

f. 256. [*Orat.*] *Secreta.* ⁑ Miserere nobis, omnipotens Deus: et lucem tuam nobis concede perpetuam. Per.

*In Quinquagesimo.* Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. *Alia.* Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam (*sic*).

*Oratio.* Deus, auctor lucis, claritatis inventor, illumina, quaesumus, nostrarum tenebras animarum: nosque famulos tuos matutina benedictione confirma. Per.

*Al. or.* Matutinas preces famulatus nostri, quaesumus, Domine, propitius exaudire digneris: ut cupientibus ad te pervenire, indulgentiae tuae nobis ianua patefiat. Per Dominum.

*Al. or.* Deus, qui matutino tempore lumen effundis, vestigia nostra pie custodi: ut bonis actibus ambulando, fides sanctitatis in nobis semper eluceat. Per.

*In Laudate.* Laudate Dominum de caelis. *Capit.* Caeli enarrant [gloriam Dei: et opera manuum eius annuntiat firmamentum].

*Psalmus directus.* Deus in nomine tuo.

*mat.* (sic). Conserva me, Domine, quoniam in te speravi: conserva me, Domine. ℣ Dixi Domino: Deus meus es tu, [quoniam bonorum meorum non eges].

℟ *in bapt.* Declara super nos, Deus: tuam misericordiam. ℣ Declaratio sermonum tuorum illuminat me, et intellectum dat parvulis: tuam.

*Oratio.* A cunctis iniquitatibus nostris exue nos, Domine: et in tua fac pace semper gaudere. Per Christum.

9. Per: Per. una. M. — 11. *Alia: Al. in aestate.* M. (a quo repetitur praeced. ant. ut in R.). — 16. *Al. or.: Al. in quadragesima.* M. — 19. *Al. or.: Al. in quadragesima.* M. — 23. [gloriam...] *supplet. ex cod.* M. *et all.* — 25. *Hoc loco ut patet ex M. ad Fer. III, supplenda sunt quae seq.*: « *laus.* Gloria in excelsis Deo. *seq.* Gloria et honor Deo. *Hymnus.* « Splendor paternae gloriae ». — 26. *m.*: *Graduale.* M. — 28. [quoniam...]: *suppl. ex codd.* M. *et all.* (v. sup. pag. 125, l. 12).

*Ant.* Rex meus et Deus meus; ad te orabo, Domine, mane. ℣ (7) Verba [mea auribus]. *Al. ant.* Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. ℣ (8) Quam amabilia sunt.

*Completor.* Ostende nobis, Domine: misericordiam tuam, et salutarem tuum da nobis. Kyr. [kyr. kyr.].

*Oratio.* Porrige nobis, Deus, dexteram tuam: et auxilium nobis supernae virtutis impende. Per Christum.

Ad Vesperas. ☩ *Lucern.* Dominus inluminatio mea, et f. 256'. salus mea: quem timebo. ℣ Dominus protector vitae meae, a quo trepidabo: et salus. ℟ [*in ch.*]. Mane nobiscum, Domine: quia iam declinavit dies ad vesperum. ℣ Sol cognovit occasum suum, posuisti tenebras, et facta est nox: quia iam.

*Ant.* [I] *in psalmos.* In diebus meis invocabo Dominum. ℣ (9) Dilexi quia. II. Credidi, propter quod locutus sum. ℣ (10) Ego autem. III. Veritas Domini manet in aeternum. ℣ (11) Laudate Dominum omnes. IIII. Domine, libera animam meam. ℣ (12) Ad Dominum cum tribularer. v. Auxilietur nobis dextera tua, Domine. ℣ (13) Levavi oculos meos.

*Oratio.* Clementiam tuam supplices exoramus, omnipotens Deus: ut sicut vespertinas tibi fundimus preces, ita nos dies futura laetos excipiat. Per.

*In Magnif.* Magnificat anima mea Dominum Deum. ℣ (14) Et exultavit.

*Oratio.* Exaudi nos, Deus, recedente die, accedente nocte: ut puris precibus, et vocibus castis, te in aurora adorare possimus. Per.

℟ *in bapt.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℣ Qui fecit caelum et terram: in nomine.

*Oratio.* Ut cunctis nos, Domine, foveas adiumentis: tuis apta propitius disciplinis. Per.

10. a quo trepidabo: *om.* M. — salus: V. M. *add.*: *Hymn.* Deus creator. — 13. *in ps.*: add. M. — 21. Per: Per Dominum. M. — 25. vocibus: votibus. Q. — 26. Per: Per Christum. M. — 29. Ut cunctis, etc.: M. *cum all. codd. ponit hanc orat. ultimo loco, et ibi seq.* Tua nos, etc. v. *inf.* — adiumentis: alimentis. Q. — 30. Per: Per Christum. M.

(7) Psalm. 5. (8) Psalm. 83. (9) Psalm. 114. (10) Psalm. ipse 115. (11) Psalm. 116. (12) Psalm. 119. (13) Psalm. 120. (14) Cant. ips. B. M. V.

*Ant.* Quam admirabile est nomen tuum, Domine. ℣ (15) Domine, Dominus noster. *Compl.* Benedictus, es [Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in saecula. Kyr. kyr. kyr.],

*Oratio.* Tua nos, Domine, veritas semper illuminet: et ab omni pravitate defendat. Per Christum.

## FERIA III.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Ne in ira tua arguas me, Domine: miserere mei, quoniam benignus es. ℣ Sana me, Domine, quoniam turbata sunt ossa mea, et anima mea turbata est valde; et tu, Domine, usquequo: miserere. *Al. in aest.* Miserere nobis, Domine: miserere nobis. ℣ Ad te levavi
f. 257. oculos meos, ✠ qui habitas in caelo: miserere.

*Ant. in psalmos.* Firmamentum meum, et refugium meum Dominus. ℣ (1) Diligam te. II. Deus, Deus meus, respice in me. ℣ (2) Quare me dereliquisti. III. Adiutor meus esto, Deus; ne derelinquas nos. ℣ (3) Dominus illuminatio.

*In alia hebdomada.* Parce, Domine, pauperi et inopi. ℣ (4) Deus iudicium. II. Memor fui Dei, et delectatus sum. ℣ (5) Voce mea. III. Propitius esto peccatis nostris, Domine. ℣ (6) Deus venerunt gentes.

*Ad lect.* ℟ Propter nomen tuum, Domine: propitiare peccatis nostris. ℣ Nequando dicant gentes, Ubi est Deus eorum: propitiare. [℟] II. In omni loco tu benediceris: quia tribulantibus prope es, Domine. ℣ Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te perveniat: quia tribulantibus.

*In Benedictus.* Visitavit et fecit redemptionem Dominus plebis suae.

*Secreta oratio.* Tu nos, Domine, qui lux es et veritas: sancta fac conversatione fulgere. Per.

*In quinquagesimo.* Secundum magnam misericordiam tuam, miserere mei, Deus.

2. [Domine, etc.]: *suppl. ex M. ubi in extens.; itemque repetitur ad reliq. Vesp. Feriarum et Sabb.* — 15. Dominus: *1.ma.* Domine. — 17. nos: me. Q. M. — 24. quia: qui. Q. M. — 25. meam: nostram. Q. M. — 26. meus: noster. Q. M. — 27-28. Dominus plebis suae: plebis suae benedictus Dominus. Q. — 29. Tu... qui... es... fac: Tua... quae... est... faciat. Z. W. — 30. fac: facias. Q. — Per: Per una cum S. Spiritu. M.

(15) Psalm. 8. (1) Psalm 17. (2) Psalm. ipse 21. (3) Psalm. 26. (4) Psalm. 71. (5) Psalm. 76. (6) Psalm. 78.

*Oratio.* Deus, cuius imperio ad te diluculo vigilamus, praesta, quaesumus, famulis tuis: ut impollutis semper tibi gressibus praesentemur. Per.

*Alia.* Candidum et serenum cordibus nostris veritatis tuae lumen infunde, omnipotens Deus: ut peccati tenebras nesciamus, qui te aeternum lumen scire meruimus, et timere. Per.

*Alia.* Exaudi nos, Deus salutaris noster, et omnes pravas cupiditates a consensu nostrae mentis exclude: ut qui te verum lumen agnovimus, nullis saeculi laqueis implicemur. Per.

*In Laudate.* Angeli eius, laudate Deum. *Capit.* Afferte Domino gloriam et honorem. *Psalmus directus.* * Deus mise- f. 257v.
reatur. ℟ *in bapt.* Misereatur nobis: et benedicat nos Deus. ℣ Illuminet vultum suum super nos: et.

*Orat.* Ut tuam, Domine, misericordiam consequi mereamur: fac nos tibi toto corde semper esse devotos. Per Christum.

*Ant.* Mane oratio mea praeveniat te, Domine. ℣ (7) Domine Deus salutis. *Compl.* In matutinis, Domine: meditabor in te, quia factus es adiutor meus. [Kyr. kyr. kyr.].

*Orat.* Concede nobis, quaesumus, Domine: studia perversa deponere, et sanctam semper amare iustitiam. Per Christum.

[Ad Vesperas]. (*) ℟ *in choro.* Miserere mihi, Domine, quoniam ad te clamavi: tota die. ℣ Laetifica animam servi tui; quia ad te, Domine, animam meam levavi: tota die.

*Ant.* [I]. Fiat pax, Domine, in virtute tua. ℣ (8) Laetatus sum. II. Qui habitas in caelo, miserere nobis. ℣ (9) Ad te levavi. III. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℣ (10) Nisi quod Dominus. IIII. Benefac, Domine, bonis et rectis

4. *Alia: Al. or. in quadrag.* M. — 9. exclude: *1ma.*; *sed al. ma.* conclude. — 14. misereatur: M. *add.*: « *Laus.* Gloria in excelsis Deo. *Seq.* Gloria et honor Deo. *Hymnus.* Splendor paternae gloriae. *Grad.* Custodi me, Domine, ut pupillam oculi; custodi me, Domine. ℣ Exaudi, Domine, iustitiam meam; intende deprecationem meam » (v. sup. p. 127). — 20. [Kyr...]: *suppl. ex* M. — 29. *Post* Domine: *rasura.*

(7) Psalm, 87. (8) Psalm. 121. (9) Psalm. 122. (10) Psalm. 123.
(*) R. hic et infra omittit initia *Lucern.*, *hymn.* et *Complet.*, quae semel suis locis posuit in praeced. Fer. II.

corde. ℣ (11) Qui confidunt. v. Converte, Domine, captivitatem nostram sicut torrens in austro. ℣ (12) In convertendo.

*Oratio.* Transacto diei cursu, gratias nomini tuo referimus, omnipotens Deus, quaesumus misericordiam tuam: ut quaecumque in hac die per fragilitatem carnis contraximus, veniam nobis largiri digneris. Per.

*In Magnif.* Quia fecit mihi magna qui potens est.

*Oratio.* Adesto nobis, misericors Deus, et die nocteque nos protege: ut quibuslibet alternationibus temporum fatigati, tua semper incommutabilitate firmemur. Per.

f. 258. ℟ *in bapt.* ⁑ Esto nobis, Domine: auxiliator et rector. ℣ Ut viam tuam rectis mentibus ambulemus: auxiliator. *Aliud.* Esto nobis, Domine: turris fortitudinis. ℣ A facie inimici mei: turris fortitudinis.

*Oratio.* Ab omnibus nos, quaesumus, Domine, peccatis propitiatus absolve: ut percepta venia peccatorum, liberis tibi mentibus serviamus. Per.

*Ant.* Timentes autem Dominum magnificat. ℣ (13) Domine quis habitabit.

*Oratio.* Iniquitates nostras ne respicias, Deus: sed sola nobis tua misericordia prosit indignis. Per Christum.

## FERIA IIII.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Protector meus, et cornu salutis meae: liberator noster, Domine. ℣ Diligam te, Domine, virtus mea. Dominus firmamentum meum et refugium meum: liberator. *Aliud in aestivo.* Deus meus, in te confido: non erubescam. ℣ Ad te, Domine, levavi animam meam: [Deus meus: in te confido, non erubescam]. *Aliud in aest.* Deus meus, adiutor meus: sperabo in eum. ℣ Diligam te, Domine, virtus mea; Deus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus: sperabo.

*Ant. in psalm.* Sperantes in Domino misericordia circum-

4. quaesumus: et quaesumus. M. — 6. veniam: venia. V. — 17. Per: Per Christum. M. — 24. Domine: Dominus. Q. S. V. M. — 26. ℟ Deus meus, etc.: M. *ponit tertio loco.* — 27. [Deus....]: *add.* Q. M.

(11) Psalm. 124. (12) Psalm. 125. (13) Psalm. 14.

dabit. ℣ (1) Beati quorum. II. Dic animae meae, Domine: Salus tua ego sum. ℣ (2) Iudica, Domine, nocentes me. III. Intende in adiutorium meum, Domine, Deus salutis meae. ℣ (3) Domine, ne in ira.

*Alia hebdom.* I. Tu haereditabis in omnibus gentibus. ℣ (4) Deus stetit. II. Custodi animam meam, Domine; quoniam sanctus es. ℣ (5) Inclina, Domine, aurem tuam. III. In caelis praeparabitur veritas tua, Domine. ℣ (6) Misericordias tuas, Domine, in aeternum.

*Ad lect.* ⁑ ℟ In omni loco sedes dominationis tuae: benedic, anima mea, Dominum. ℣ Benedic, anima mea, Dominum; et omnia interiora mea, nomen sanctum eius: benedic. ℟ In matutinis meditabor in te: quoniam factus es adiutor meus, Domine. ℣ Et in velamento alarum tuarum exultabo: quoniam. f. 258'

*In Benedictus.* Erexit nobis cornu salutis in domo David pueri sui.

*Orat. secr.* Tuae, Domine, nobiscum virtutis dextera comitetur: et ab omni nos reatu nostri cordis absolvat. Per.

*In quinquagesimo.* Tibi soli peccavi, miserere mei. *Alia.* Tibi soli peccavi, Domine, et malum coram te feci: miserere mei.

*Orat.* Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire nobis: ut cogitemus, te inspirante, quae recta sunt, et eadem semper, te gubernante, faciamus. Per.

*Alia.* Domine, Deus noster, cuius regnum aeternitate diffunditur saeculorum, tuo nos, quaesumus, Domine, decore illumina: et virtute confirma. Per.

*Al.* Dona tua sunt, Domine, quod quievimus; muneris tui est, quod ad te diluculo vigilamus; da desiderabilem fontem lucis post ardorem noctis: ut rore caelestis guttae perfusi, tota die desideriis caelestibus foveamur. Per.

*In Laud.* Caeli caelorum, laudate Deum. *Capit.* Te decet

19. Per: Per. Una cum. M. — 20. Tibi, etc.: *in aestate. Tibi,* etc.: M. — mei: mei Deus. Q. V. Z. M. — 21. mei: mei Deus. Q. — 25-28. *Alia*: *alia in quadrag.* M. — 26. Domine: Q. *1 ma. sed abras.; deest.* V. Z. W. — 28. quod: *al. ma. suppl. supra lin.*

(1) Psalm. 31. (2) Psalm. 34. (3) Psalm. 37. (4) Psalm. 81. (5) Psalm. 85. (6) Psalm. 88.

hymnus, [Deus, in Syon: et tibi reddetur votum in Hierusalem]. *Psalmus directus.* Deus in adiutorium.

℟ *in bapt.* Tibi soli peccavi: miserere mei, Domine. ℣ Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele; cor mundum crea in me, Deus: miserere.

*Orat.* Ad conditionem, quaesumus, Domine, nostrae fragilitatis attende: et quia sine te subsistere non valemus,
f. 259. potenti ⁑ pietate succurre. Per.

*Ant.* Illumina, Domine, vultum tuum super nos. ℣ (7) Deus misereatur. *Complet.* Domine, exaudi orationem meam: et clamor [meus ad te perveniat. K. k. k.].

*Orat.* Tua nos, Domine, protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per Christum.

Ad Vesperas. ℟ *in choro.* Precatus sum faciem tuam de toto corde meo: miserere mei, Domine. ℣ Legem pone mihi, Domine, viam iustificationum tuarum, et exquiram eam semper: de toto corde.

*Ant.* [*in psalm.*]. Nisi tu, Domine, servaveris nos, in vanum vigilant oculi nostri. ℣ (8) Nisi Dominus. II. Beati omnes qui timent Dominum. ℣ (9) Qui ambulant. III. Benedictio Domini super vos: benediximus vos in nomine Domini. ℣ (10) Saepe expugnaverunt. IIII. Fiant, Domine, aures tuae intendentes in vocem orationis meae. ℣ (11) De profundis. V. Speret Israel in Domino, ex hoc nunc, et usque in saeculum. ℣ (12) Domine non est exaltatum.

*Orat.* Vespertinum incensum nostrum, quaesumus, Domine, clementer intende: ut ignitum eloquium tuum credentium corda clarificet. Per.

*In Magnif.* Recordare, Domine, misericordiae tuae.

*Orat.* Deus, qui nos ad hoc opus vespertinum perducere dignatus es, tribue, quaesumus: ut discussa caligine tenebrarum, ad matutinam laudem resurgamus incolumes. Per.

1. [Deus..., etc.]: *suppl. ex* M. *et all. codd.* — 2. M. *add.*: « *Grad.* De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam. ℣ Fiant aures tuae intendentes in vocem orationis meae » (v. sup. p. 129). — 11. *suppl. quae desunt* [meus, etc.] *cum* M. *et all. codd.* — 12. Domine: *1 ma. sup. lin.*

(7) Psalm. 66. (8) Psalm. 126. (9) Psalm. ipse 127. (10) Psalm. 128. (11) Psalm. 129. (12) Psalm. 130.

℟ *in bapt.* Repleatur os meum laude tua, Domine. ℣ Ut possimus cantare gloriam tuam: laude tua, Domine.

*Orat.* Familiam tuam, quaesumus, Domine, caelesti protectione circumda: ut te parcente sit libera, te custodiente a malis omnibus sit secura. Per.

*Ant.* In tua iustitia libera me, Domine. ℣ (13) In te Domine, speravi. *Vel.* Ab occultis meis munda me, Domine. ℣ (14) Et ab alienis parce.

*Orat.* Fac nos, quaesumus, Domine, Deus noster, in tua devotione ⁑ gaudere: quia perpetua est et plena felicitas, f. 259v. si bonorum omnium tibi serviamus auctori. Per Christum.

## FERIA V.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Inclina ad me aurem tuam, Domine: accelera, ut me salvum facias. ℣ In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum; in tua iustitia libera me, et eripe me: accelera. *Aliud in aest.* In te, Domine, speravi: non confundar in aeternum. ℣ In tua iustitia libera me, et eripe me: non confundar.

*Ant. in psalmos.* Desiderat anima mea ad te, Deus. ℣ (1) Sicut cervus. II. Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi. ℣ (2) Eructavit. III. Magnus Dominus et laudabilis nimis. ℣ (3) In civitate.

*In alia hebdom.* Bonum est confiteri Domino Deo nostro. ℣ (4) Et psallere. II. Iubilemus Deo salutari nostro. ℣ (5) Venite exultemus. III. Iubilate in conspectu regis Domini. ℣ (6) Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia.

℟ *ad lect.* Lava me a facinore meo, Domine: et a peccato meo munda me. ℣ Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, Domine: et a peccato. ℟ Magnus es, Domine, in virtute, et invisibilis: tibi serviet omnis creatura tua. ℣ A solis ortu et occasu, ab aquilone usque ad mare: tibi.

2. lauda tua, Domine: tota die. V. M. — 5. Per: Per Christum. M. S. *Vel.... parce: desunt* M., *qui add.:* « *Compl.* Benedictus es Dne ». — 16. *aliud* etc.: *suppl. 1 ma. in marg.*

(13) Psalm. 30. (14) Psalm. 18. (1) Psalm. 41. (2) Psalm. 44. (3) Psalm. ipse 47. (4) Psalm. ipse 91. (5) Psalm. 94. (6) Psalm. 97.

*In Benedictus.* De manu omnium qui nos oderunt, libera nos, Domine.

*Orat. secr.* Miserere nobis, omnipotens Deus, secundum tuae misericordiam pietatis: ut magna calamitas delictorum, magnae miserationis reveletur auxilio. Qui vivis.

*In quinquagesimo.* Averte faciem tuam a peccatis meis. *Alia.* Averte faciem tuam, Domine, a peccatis meis.

*Orat.* Laudet te, Domine, os nostrum; laudet et vita: ut dum tibi in utroque inclinamur obsequio, mens nostra splendoris tui radio relucescat. Per.

*Alia.* Deus, qui tenebras ignorantiae verbi tui luce de-
. 260. pellis, auge in cordibus supplic*anti*um ⁑ virtutem fidei, quam dedisti: ut ignis, quem gratia tua fecit accendi, nullis tentationibus possit extingui. Per.

*Alia.* Domine, Deus misericors, matutinas preces nostras propitius intuere; et supplicibus tuis caelestia beneficia praestare dignare: ut insidias inimici, te auxiliante vitemus. Per.

*In Laud.* Montes et omnes colles laudent nomen Domini. *Capit.* Laudate pueri [Dominum, laudate nomen Domini]. *Psalmus directus.* Laudate pueri.

℟ *in bapt.* Sit nomen Domini: benedictum in saecula. ℣ Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini: benedictum.

*Orat.* Clamantes ad te, Deus, dignanter exaudi: ut nos de profundo iniquitatis eripias. Per.

*Ant.* Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. ℣ [7] Sitivit in te. *Compl.* Benedicam [Dominum in omni tempore, semper lus eius in ore meo. Kyr. kyr. kyr.].

4. tuae: tuae magnae. V. W. — tuae misericordiam: misericordiam tuae. M. — 6. Averte, etc.: M. *add. rubr.* « in aestivo ». — 10. tui: tuo. V. — 11. *Alia: Al. or. in quadragesima.* M. — 12. supplicantium: *2 ma. super litt. evanidas;* supplicum. Q. V. M. — 16. propitius: propitiatus. Q. — 17. vitemus: vincamus. M. — 19. [Dnum, etc.]: *suppl. ex* M. *et all. codd.* — 20. M. *add.:* « *Grad.* Laudate nomen Domini: laudate, servi, Dominum. ℣ Qui statis in domo Dni, in atriis domus Dei nostri. *Hymn.* Splendor » (v. sup. p. 130). — 26. [Dominum, etc.]: *suppl. ex* M. *et all. codd.*

(7) Psalm. 62.

*Orat.* Protector noster, aspice, Deus: et tibi nos iugiter servire concede. Per Christum.

Ad Vesperas. ℟ *in choro.* Usque ad vesperum quam magnificata sunt: opera tua, Domine. ℣ Omnia in sapientia fecisti, repleta est terra: opera tua, Domine.

*Ant.* [*in psalmos*]. Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis eius. ℣ (8) Sicut iuravit. II. Bonum et iocundum est et laudare Dominum. ℣ (9) Ecce quam bonum. III. Laudate nomen Domini; laudate, servi, Dominum. ℣ (10) Qui statis. IIII. Quoniam in saeculum misericordia eius. ℣ (11) Confitemini. V. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. ℣ (12) Super flumina.

*Orat.* Vespertinis orationibus te deprecamur, omnipotens Deus: ut peccata nostra placatus avertas; et quidquid pro delictis nostris meremur, miseratus absolvas. Per.

*In Magnificat.* ⁑ Exalta, Domine, humiles tuos, sicut f. 260v.
locutus es.

*Orat.* Deus, qui ad quietem laboris humani generis operum tuorum velamen extendis, exaudi supplices tuos: et sine offensione, matutinis laudibus repraesenta. Per.

℟ *in bapt.* Benedic, anima mea, Dominum. ℣ Et omnia interiora mea nomen sanctum eius: anima.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut liberis tibi mentibus serviamus. Per Christum.

[*Ant.*]. Spera in Domino, et fac bonitatem. ℣ (13) Noli aemulari.

*Orat.* Concede nobis, quaesumus, Domine, veniam peccatorum nostrorum: ut quod meritis non praesumimus, indulgentiae tuae celeri largitate percipiamus. Per Christum.

## FERIA VI.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Deum exquisivi manibus meis: nocte coram eo, et non sum deceptus. ℣ Negavi consolari

22. anima: benedic. V. M. — 28. meritis: nostris meritis. W.

(8) Psalm. ipse 131. (9) Psalm. 132. (10) Psalm. ipse 134. (11) Psalm. 135. (12) Psalm. 136. (13) Psalm. 36.

animam meam: memor fui Dei, et delectatus sum: nocte. *Aliud in aest.* Adiutor meus: tibi psallam, Domine. ℣ Eripe me de inimicis meis, Deus meus; et ab insurgentibus in me libera me: tibi.

*Ant. in psalmos.* I. Speravi in misericordia Dei in aeternum. ℣ (1) Quid gloriaris. II. Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo. ℣ (2) Tota die. III. Ab insurgentibus in me libera me, Domine. ℣ (3) Eripe me de inimicis. *In alia ebdomada.* Clamor meus, Domine, ad te perveniat. ℣ (4) Domine, exaudi. II. Laetetur cor quaerentium Dominum. ℣ (5) Confitemini Domino: et invocate. III. Confiteantur Domino misericordiae eius. ℣ (6) Confitemini Domino: dicant.

℟ *ad lect.* Spes mea, Domine: a iuventute mea. ℣ In te confirmatus sum ex utero; de ventre matris meae tu es meus protector: a iuventute. ℟ II. Domine Deus, propitius esto populo tuo, et converte tribulationem nostram in gaudium. ℣ Convertisti planctum meum in gaudium; conscidisti sac-
f. 261. cum meum, et praecinxisti me laetitia, ut cantem * tibi, gloria mea: in gaudium.

*In Benedictus.* In sanctitate serviamus Domino Deo nostro.

[*Orat. secr.*]. Exurge, Domine, fer opem nobis: et diabolicas a nobis semper repelle nequitias. Per [una].

*In quinquagesimo.* Cor mundum crea in me, Deus. *Aliud.* Cor contritum et humiliatum Deus non spernit.

*Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, cui sine fine potestas est miserendi, qui humanum genus regis, et ut convertatur expectas; te supplices rogamus, et petimus: ut oblitus praeteritorum malorum nostrorum, matutinas preces nostras ad aures tuae pietatis admittas. Per.

*Alia.* Gratias tibi agimus, omnipotens Deus, quod praeteritae noctis tenebris absolutos, claritate nos lucis illustras; itaque supplices deprecamur: ut mentis puritate servata, sine labe corporis, diei nos occasus inveniat. Per.

9. meus: noster. Q. U. V. M. — 17. gaudium: gaudium mihi. Q.U.V.M. — conscidisti: concidisti. V. M. — 19. gloria mea: gloriam meam. U. — 23. Cor mundum: M. *add. rubr.* « *in aestivo* ». — 25. cui: *post* i *rasura.* — 27. et petimus: *i. m. super lin.* — 30. *Alia: Alia in quadragesima.* M.

(1) Psalm. 51. (2) Psalm. ipse 55. (3) Psalm. 58. (4) Psalm. 101. (5) Psalm. 104. (6) Psalm. 106.

*Alia.* Exaudi nos, Domine, bonae lucis indultor; et corda nostra respectu tuae claritatis illumina: ut in nullo haec dies tenebrarum opere maculetur, sed te sequamur cunctis actibus ducem; et voluntas nostra in omnibus tuae serviat voluntati. Per.

*In Laud.* In firmamento virtutis eius laudate Deum. *Cap.* Cantemus Domino, gloriose [enim honorificatus est]. *Psalm. direct.* Domine, exaudi: auribus. ℟ *in bapt.* Mane oratio mea, praeveniat te, Domine. ℣ Domine, Deus salutis meae, in die clamavi, et nocte coram te: praeveniat.

*Orat.* Tua nos, Domine, gratia benedicat: et ad vitam perducat aeternam. Per Christum.

*Ant.* Exurgam diluculo, confitebor Domino. ⁎ ℣ [7] Paratum cor meum. *Compl.* Exurge, Domine, adiuva nos, [et libera nos propter nomen tuum. K. k. k.]. f. 261v.

*Orat.* Esto nobis, Domine, auxiliator et rector: ut viam tuam rectis mentibus ambulemus. Per Christum.

Ad Vesperas. ℟ Dirigatur, Domine: oratio nostra. ℣ Sicut incensum in conspectu tuo: oratio. *Ant.* [*in psalm.*] Opera manuum tuarum ne despicias, Domine. ℣ [8] Confitebor tibi, Domine: quia. II. Domine, probasti me, et cognovisti me. ℣ [9] Tu cognovisti. III. A viro iniquo libera me, Domine. ℣ [10] Eripe me, Domine, ab homine. IIII. Domine, clamavi ad te: exaudi me. ℣ [11] Intende voci. V. Effundam in conspectu tuo precem meam: Domine, libera me. ℣ [12] Voce mea ad Dominum clamavi.

*Orat.* Gratias tibi agimus, omnipotens Deus, quod, declinante iam die, nos vespertini luminis claritate circumdas; petimus clementiam tuam: ut sicut nos huius luminis claritate circumvallas, ita sancti Spiritus tui luce corda nostra illuminare digneris. Per. in unitate eiusdem.

3. cunctis: in cunctis. Q. U. V. W. M. — 5. voluntati: unitati. U. V. W. — 7. [enim honorificatus est]: *suppl., ut in all. codd.* M. — 8. auribus: M. *add*: « *Grad.* Ne derelinquas me, Domine, Deus meus: ne derelinquas me. ℣ Domine, ne in ira tua arguas me, Domine (sic) » (v. sup. p. 132). — 14-15. [et libera, etc.]: *suppl. ex M. et all. codd.* — 27. Deus: *deest* M. — 28. luminis claritate: claritate luminis. M.

(7) Psalm. 107. (8) Psalm. 137. (9) Psalm. ipse 138. (10) Psalm. 139. (11) Psalm. ipse 140. (12) Psalm. 141.

*In Magnif.* Exurientes reple bonis, Domine.

*Orat.* Opitulare, Deus, inopibus: et paternum destitutis praebe solatium: ut qui privamur humanis, divinis praesidiis adiuvemur. Per.

℟ *in bapt.* Quam magnificata sunt opera tua, Domine. ℣ Omnia in sapientia fecisti, repleta est terra: opera.

*Orat.* Fac nos, quaesumus, Domine, mala nostra toto corde respuere: ut bona tua capere valeamus. Per Christum.

*Ant.* Et invocabimus nomen tuum, Domine. ℣ (13) Confitebimur tibi.

*Orat.* Redemptor noster aspice Deus: et tibi nos iugiter servire concede. Per Christum.

f. 262.

## † DIE SABBATI.

Ad Matut. ℟ *post hymn.* Ab omni via mala prohibe pedes meos: ut custodiam mandata tua, Domine. ℣ A iudiciis tuis non declinavi, Domine; quoniam tu legem constituisti mihi: ut custodiam. *Aliud in aestivo.* Bonitatem, et disciplinam: et scientiam doce me, Domine. ℣ Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine; secundum verbum tuum vivifica me: et scientiam.

*In Cant.* Gloriose honorificaris, Domine. *Alia.* Dextera manus tuae, Domine, confringat inimicos.

*Ant. in psalm.* (1) Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. *Alia.* Beati qui scrutantur testimonia eius. *In hyeme totum: in aestivo dimidium; post Cant. seq. ant. (sic).* In aeternum, Domine, verbum tuum permanet in caelo. *Alia.* Fiat manus tua, Domine, ut salvos facias nos.

*Ad lect.* ℟ Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam: adiuva me, Domine, et salvus ero. ℣ Feci iudicium et iustitiam; non tradas me, Domine, nocentibus me: adiuva

10. tibi: M. *add.* « *Compl.* Benedictus es ». — 11. Redemptor: Protector. M. — 14. *post hymn.:* M. add. « *in hyeme* ». — 21-27. M. *post* ℟, *habet:* « *Ant. in psalm.* Beati qui scrutantur testimonia testimonia eius. ℣ *(ps. 118)* Beati immaculati. *Alia ant. in psalm. in alia ebdomada tantum in aestate.* Fiat manus tua, Domine, ut salvos faciat nos. ℣ *(rel. ps. 118)* In aeternum Domine, verbum. *In Cantemus.* Gloriose honorificaris Domine. *Alia in alia ebdom.* Dextera manus tuae, Domine, confringat inimicos ». *(In all. codd.* Cantemus *semper praeponitur ps. 118).* — 29. et: *deest.* Q.

(13) Psalm. 74. (1) Psalm. 118.

me. ℟ Septies in die laudem dixi tibi: Domine, Deus meus, ne perdas me. ℣ Particeps sum ego omnium timentium te, et custodientium mandata tua: Domine, Deus meus.

*Al. in aestivo.* Da mihi, Domine, intellectum: ut discam mandata tua. ℣ Qui timent te, videbunt me, et laetabuntur, quia in verbis tuis speravi: ut discam. ℟ Viam veritatis elegi; doce me facere voluntatem tuam: quia servus tuus ego sum. ℣ Adhaesi testimoniis tuis, Domine; noli me confundere: quia servus.

*In Benedictus.* Illumina, Domine, sedentes in tenebris et umbra mortis.

*Orat. secr.* Protege nos, Deus, salutaris noster: et circumda nos remediis praesentibus, et futuris. Per.

*In Confitemini.* [2] Bonum est confidere in Domino, * quam f. 262'.
confidere in homine. *Al.* Virtus mea et laus mea Dominus.

*Orat.* Deus, qui diem discernis a nocte, actus nostros a tenebrarum distingue caligine: ut semper quae sancta sunt meditantes, in tua iugiter luce vivamus. Per.

*Alia.* Deus, qui lucem nobis tribuis temporalem, et polliceris aeternam, da ut totam hanc diem prosperam actuum successione ducamus: ut quia ducem te novimus, quae sunt recta, te auxiliante consequi mereamur. Per.

*Alia.* Omnipotens sempiterne Deus, cuius imperio dies oritur, et splendore lucis mundus ornatur, suscipe orationem nostram, tuumque nobis lumen ostende: ut viam tui salutaris ingressi, te ducem sequamur et principem. Per.

*In Laud.* In cymbalis bene sonantibus laudate Deum. *Cap.* Venite exultemus [in Domino, iubilemus Deo salutari nostro]. *Psalmus direct.* Domine refugium factus.

4. *Al. in aest.:* « *Al. ℟ ad lect. in Sabbato de carnelevali, et in sabbato de Adventu* (sic) ». — 7. tuam: tuam Dne. Q. U. V. M. — 13. nos: misericors. Q. U. V. W. M. — Per: Per. una. M. — 16. Deus, qui diem etc.: M. *ponit post seq., sub rubr.* « *Orat. in feriis* ». — 19-22. *Alia:* M. ponit ante praeced., sed sub rubr. « *Or. in quadrag.* ». — lucem: et lucem. Q. U. V. W. M. — 20. prosperam: prospera. W. — 21. ducem: *deest* Q. — 23. *Alia: Alia in quadragesima.* M. — 24. suscipe: susc. propitius. Q. U. V. W. M. — 25-26. tui salutaris: sal. tui. U. — 26. principem: principalem. W. — 28. [in Domino..... etc.]: *suppl. ex M. et all. codd.* — factus: M. *add.:* « *Grad.* Diligam te, Dne, virtus mea: diligam te, Dne. ℣ Dnus firmamentum meum et refugium meum ».

(2) Psalm. 117.

℟ *in bapt.* Sit splendor Domini: Dei nostri super nos. ℣ Domine, refugium factus es nobis a generatione et progenie: Dei nostri.

*Orat.* Iniquitates nostras ne respicias, Deus: sed sola nos tua misericordia consequatur. Per Christum.

*Ant.* In caelis praeparabirur veritas tua, Domine. ℣ (3) Misericordias tuas, Domine. *Compl.* Repleti sumus mane [misericordia tua, et exultavimus, et delectati sumus. K. k. k.].

*Orat.* Respice in nos, omnipotens Deus: et preces nostras miseratus exaudi. Per Christum.

AD VESPERAS. ℟ [*in choro*]. Fundasti terram, et permanet in aeternum; ordinatione tua perseverant dies: quia omnia sèrviunt tibi. ℣ In aeternum, Domine, verbum tuum permanet in caelo; in generatione et progenie: quia omnia. *Aliud* ℟ Revela oculos meos, et considerabo mirabilia: de lege tua, Domine. ℣ Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde
f. 263. ⁑ exquirunt eum: de lege.

*Ant.* [*in psalm.*]. Benedictus Dominus Deus meus. ℣ (4) Qui docet manus. II. Per singulos dies benedicamus Domino. ℣ (5) Exaltabo te Deus. III. Psallam Deo meo quamdiu ero. ℣ (6) Lauda anima mea. IIII. Deo nostro iucunda sit laudatio. ℣ (7) Laudate Dominum quoniam bonus. V. Quia confortavit seras portarum tuarum. ℣ (8) Lauda Ierusalem Dominum.

*Orat.* Deus, qui super omnia mutabilia incommutabilis permanes, da vigorem cordibus nostris: ut omni nos ignorantiae caligine liberatos, in veritatis tuae luce constituas. Per.

*In Magnif.* Sanctum nomen Domini, magnificat anima mea.

*Orat.* Lumen tuum, Domine, magnum ac sempiternum est; ideoque misericordiam tuam petimus, quam opere non me-

5. tua: *deest* Q. — consequatur: prosequatur. M. — 7. Domine: M. *add.:* « *Al.* Non nos derelinquas, Dne, usquequaque. ℣ (*ex ps. 118*) In aeternum, Dne, verbum. *Compl.* Repleti, etc. ». — 8. [misericordia etc.]: *suppl. ex M. et all. codd.* — 11. AD VESP.: M. *add.:* « *Luc.* Confitemini Domino, quoniam bonus. ℣ Confitemini Deo deorum: quoniam. *Aliud Luc.* Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine: Deus meus illumina tenebras meas. ℣ Quoniam in te eripiar a tentatione mea: Domine Deus meus ». (*v. sup. pag. 411*). — 25. nos ignorantiae: ignor. nos. U. — 27. magnificat: magnifica. U. — mea: M. *add.* « *Al.* Suscepit Israel puerum suum, recordatus Dominus misericordiae suae ».

(3) Psalm. 8. (4) Psalm. ipse 143. (5) Psalm. 144. (6) Psalm. 145. (7) Psalm. 146. (8) Psalm. 147.

remur: ut oratio captiva peccatis, quae inimico impediente fuscatur, vultus tui candore purgetur. Per.

℟ *in bapt.* Spera in Domino: et fac bonitatem. ℣ Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui: et fac.

*Orat.* Vespere, mane, et meridie maiestatem tuam supplices exoramus, omnipotens Deus: ut expulsis peccatorum tenebris, ad veram lucem, quae Christus est, nos iubeas pervenire. Per eum.

*Ant.* Bonum est confiteri Domino Deo nostro. ℣ (9) Et psallere nomini tuo. *Complet.* Quoniam tu illuminas. [*aliud.* Benedictus es].

*Orat.* Respice in nos, omnipotens et misericors Deus: et ab omnibus tribulationibus propitiatus absolve. Per Christum.

## MANE. AD PRIMAM.

Iam lucis orto sidere: Deum precemur supplices: ut in diurnis actibus: nos servet a nocentibus.

Linguam refrenans temperet: ne litis orror insonet: visum fovendo contegat: ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis ‡ intima: absistat et vecordia: carnis f. 263'.
terat superbiam: potus cibique parcitas.

Ut cum dies abscesserit: noctemque sors reduxerit: mundi per abstinentiam: ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit gloria: eiusque soli Filio: cum Spiritu paraclito: et nunc et in perpetuum. Amen.

8. Per eum: Qui tecum. M. — 10. *Al.* Benedictus es: *suppl. ex cod. M.* qui utrumque ponit per extensum. — 14. MANE, etc.: M. add.: « *Incipit ordo officii, qualiter agendum sit ad Primam per totius anni circulum. In primis dicendum est:* Deus, in adiutorium meum intende. ℟ Domine, ad adiuvandum me festina. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Alleluia, *vel* Laus tibi, Domine, rex aeternae gloriae. *Hymnus ad Primam per totius anni circulum* ». — 22. ipsi: *corr. ma. rec.;* ymnum *1. ma.* — 24. Amen: *al. ma.;* M. *add.:* « *Seq. Psalm. I.* Deus in nomine tuo salvum me fac. Gloria Patri. Sicut erat in principio. *Alius psalm.* Beati immaculati. *Alius.* In quo corrigit iuvenior. Gloria Patri. Sicut erat. *Alius psalmus.* Retribue servo tuo. *Alius.* Adhaesit pavimento. Gloria Patri. Sicut erat. All. *vel* Laus tibi, Domine. *seq. epist* ».

(9) Psalm. ipse 91.

*Epistola ad Primam.* Fratres: nox praecessit, dies autem appropinquavit: abiitiamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus. ℟ Deo gratias. ℟ Viam iniquitatis amove a me, Domine. All. all. ℣ Et de lege sua Domine. All. all. ℣ Gloria Patri et Filio.

*Seq.* Quicumque vult. *Capit.* Exurge, Christe; adiuva nos: et libera nos propter nomen tuum. Kyr. kyr. kyr.

*Seq.* Pater noster qui es in caelis. ℣ Et ne nos inducas in tentationem. ℟ Sed libera nos a malo.

*Seq.* Credo in Deum. ℣ Carnis resurrectionem. ℟ Vitam aeternam. Amen.

*Cap.* Vivet anima mea, laudabit te. ℟ Et iudicia tua adiuvabunt me. [℣] Erravi sicut ovis quae perierat. ℟ Require servum tuum, Domine; quia mandata tua non sum oblitus. [℣] Beati qui habitant in domo tua. ℟ In saecula saeculorum laudabunt te. [℣] Perfice gressus meos in semitis tuis. ℟ Ut non moveantur vestigia mea. [℣] Ego clamavi, quoniam exaudisti me, Deus. ℟ Inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea. [℣] Mirifica misericordias tuas. ℟ Qui salvos facis sperantes in te. [℣] A resistentibus dexterae tuae. ℟ Custodi me, Domine, ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuarum protege nos, Domine. All. all. [℣] Et respice in servos tuos. ℟ Et in opera tua, Domine, dirige filios eorum. [℣] Et sit splendor Domini Dei nostri super nos. ℟ Opera manuum nostrarum dirige super nos; et opus manuum nostrarum dirige. [℣] Gloria Patri et Filio.

*Orat.* Dirigere, et custodire, et sanctificare digneris, omnipotens Deus, rex creator caeli et terrae, hodie, in die isto *(sic)*
f. 264. corda et corpora nostra, sensus et sermones ⁑ nostros, actus

3. sic ut: ut *al. ma. sup. lin.* — 5. all..... all.: M. *add.* « *vel* Miserere mei..... *vel* Miserere mei ». — Filio: M. *add.* « et Spiritui sancto. *Seq.* Viam iniquitatis. *Iterum.* Viam iniquitatis amove a me, Domine. All. all. *vel* Miserere mei, *aut* Laus tibi Domine. *Incipit Fides catholica Athanasii episcopi.* Quicumque etc. » *per extensum, et in fine add.:* « Gloria Patri. Sicut erat ». — 7. tuum.: M. *add.:* « All. *vel* Laus tibi. » — 9. malo: M. *add.:* « ℣ Adiutorium nostrum in nomine Dni. ℟ Qui fecit caelum et terram ». — 12. mea: mea et. V. M. — 14. Domine: *deest* M. — 22. nos, Domine: me. All. all. *vel* Laus tibi. M. — 24. Opera: Et opera. M. — 26. Filio et: M. *add.* « Spiritui sancto. ℟ Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. All. *vel* Laus tibi ». — 27. *Oratio, etc.: Oremus.* Dirigere, custodire, et sanctificare, regere et gubernare digneris, omnipotens aeterne Deus, etc. ». U. V. W. M.

ac cogitationes nostras, in via et in lege tua, et in opera mandatorum tuorum: ut possimus placere in conspectu tuo, et angelus tuus bonus comitetur nobiscum ad dirigendos pedes nostros in viam pacis: ut hic et in aeternum, per te semper salvi esse mereamur, Ihesu Christe, Salvator mundi. Qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum.

*Cap.* Salvum fac servum tuum: ℟ Deus meus sperantem in te. [℣] Salvum fac populum tuum, Domine: ℟ Et benedic in pace haereditati. [℣] Domine, salvum fac regem: ℟ Exaudi nos in quacunque die invocaverimus te. [℣] Fiat, Domine, misericordia tua super nos: ℟ Sicut speravimus in te. [℣] Adiutorium nostrum in nomine Domini: ℟ Qui fecit caelum et terram. [℣] Domine, exaudi orationem nostram: ℟ Et clamor noster ad te perveniat. [℣] Exurge, Christe, adiuva nos. ℟ Et libera nos propter nomen tuum.

*In Dominicis.* (1) Confitemini Domino quoniam. *Alias.* (2) Miserere mei Deus.

*Orat.* Deus, qui ad principium huius diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie, quaesumus, salva virtute: ut in hac

1. ac: et. V.W.M. — opera: operibus. V.W.M. — 3. bonus: bon. semper. M. — 4. pacis: pacis, salutis et veritatis. M. — per te: per te, Dne, U. W.; per te, Dne, et per tuam gratiam semper salvi et liberi esse. M. — salvi: salvi et liberi. V. — 5. Salvator mundi: mundi Salv. V. W. M. — 6. Qui vivis: Qui cum Patre et Spiritu sancto. M. — 9. haereditati: haereditati tuae, et rege illos, et extolle eos usque in aeternum. M. — Exaudi: Et exaudi. M. — 11-13. Adiutorium, etc. *om.* M., *qui add. plura* ℣℣ *et* ℟℟ *hoc ordine:* « *Cap.* Fiat pax in virtute tua: ℟ Et abundantia in turribus tuis. *Cap.* Eripe me, Dne, ab homine malo: ℟ Et a viro iniquo libera me. *Cap.* Eripe me de inimicis meis, Deus meus. ℟ Et ab insurgentibus in me libera me. *Cap.* Eripe me de operantibus iniquitatem. ℟ Et de viris sanguinum salva me. *Cap.* Ab occultis meis munda me, Dne. ℟ Et ab alienis parce servo tuo. *Cap.* Mitte nobis, Dne, auxilium de sancto: ℟ Et de Syon tuere nos. *Cap.* Dne Deus virtutum, converte nos: ℟ Et ostende faciem tuam et salvi erimus. *Cap.* Dnus virtutum nobiscum: ℟ Susceptor noster Deus Iacob. *Cap.* Dne exaudi, etc. ». — 16. *In Dominicis*, etc.: « *Seq. psalm.* Miserere mei, etc. *Alius psalmus in Dominicis diebus, et in Natale Dni usq. ad octavam, et in Epiphania, et in Resurrectione usque ad octavam, et in Ascensione:* Confitemini Dno quoniam bonus: dicat nunc. *Seq. cap.* Dne, averte faciem tuam a peccatis nostris. ℟ Et omnes iniquitates nostras dele. *Seq.* Dnus vobiscum. ℟ Et cum, etc. *Orat.* Deus, qui ad, etc. ». — 19. fecisti: M. *add.* « per intercessionem b. et gloriosae semperque Virg. Dei genitricis Mariae, et omnium Sanctorum tuorum ». — hodie quaes.: *al. ma. sup. lin.*

(1) Psalm. 117. (2) Psalm. 50.

die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciendam nostra procedant eloquia. Per.

Domine, Deus omnipotens, qui nos in hanc horam incolumes pervenire fecisti, conserva nos hodie, per omnium horarum spatia et momenta temporum: et tua gratia fac nos semper permanere illaesos. Per.

## AD TERTIAM.

*Hymnus.* Iam surgit hora tertia: qua Christus ascendit crucem: nil insolens mens cogitet: intende affectum precis.

Qui corde Christum suscipit: innoxium sensum gerit: votisque praestat sedulis: sanctum mereri Spiritum.

f. 264'. Haec hora quae finem * dedit: diri veterno crimine: mortisque regnum diluit: culpamque ab aevo sustulit.

Hic iam beata tempora: Christi coepere gratiam: fidei replevit veritas: totum per orbem ecclesias.

Celso triumphi vertice: matri loquebatur suae: En filius, Mater, tuus: Apostole, en mater tua.

Praetenta nuptae foedera: alto docens mysterio: nec Virginis partus sacer: Matris pudorem laederet.

Cui fidem in caelestibus: Ihesus dedit miraculis: nec credidit plebs impia: qui credidit, salvus erit.

Nos credimus natum Deum: partumque Virginis sacrae: peccata qui mundi tulit: ad dexteram sedens Patris.

Gloria tibi.

1. peccatum: peccatum, nec ullum incurramus periculum. M. — 2. nostra: nostra cuncta. M. — eloquia: eloquia, dirigantur simul cogitationes nostrae et opera. M.; U. V., *sed om.* nostrae. — 5. et tua gratia: per tuam gratiam. W. — 6. Per: *deest* W.; M. *add.:* « *Alia orat.* Actiones nostras quaes., Dne, aspirando praeveni, et adiuvando prosequere: ut cuncta nostra operatio et omnis nostra oratio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per. *Seq.* Dnus vobiscum. *Deinde* Kyr. kyr. kyr. *Subdiaconus* Benedicamus Dno ». — 7. Ad Tert.: M. add.: «*Incipit ordo officii qualiter agendum sit ad Tertiam in cottidianis dominicis diebus. In primis*: Deus in adiutorium. Gloria Patri. Sicut erat. Allel. *Sequitur hymnus: et dicitur in omnibus dominicis diebus, et in Nativitate Dni, usque ad octavam, et in Epiphania, et in Resurrectione usque ad octavam, et in Ascensione* ». — 9. intende: intendat. V. W. M. — 11. mereri: *corr. ex* muneri. — 12. finem: *corr. ex* fidem. — crimine: crimini. V; criminis. W. *2 ma.* — 13. Hic: Hinc. V. — 18. nec: ne. W *ex corr.*, M.

*Alius autem.* Nunc sancte nobis Spiritus: unum Patri cum Filio: dignare promptus ingeri: nostro refusus pectori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor: confessionem personet: flammescat igne caritas: accendat ardor proximos.

Praesta, Pater piissime: Patrique compar Unice: cum Spiritu Paraclito: regnas per omne saeculum. Amen.

*Epistolella ad Tertiam.* Fratres. Gratia Domini nostri Ihesu Christi, et caritas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. ℟ Bonitatem fecisti. All. all. ℣ Cum servo tuo Domine. All. all. *Seq.* Gloria Patri. *Capit.* Haec dies, quam fecit Dominus: exultemus, et laetemur in ea.

*Orat.* Vide, quaesumus, Domine, infirmitates.

## AD SEXTAM.

*Hymnus.* Rector potens, verax Deus: qui temperas rerum vices: splendore mane instruis: et ignibus meridiem.

Extingue flammas litium: aufer calorem noctium: confer salutem corporum: veramque pacem cordium.

1. *Hymn.:* Nunc sancte, etc.: *in M. ponitur infra, ante epistolas feriales.* — unum: *post* u *2 abras.* s. — 6. regnas: regnans. V. M. — Amen: M. *add.:* « *Seq. psalm. (118) I.* Legem pone mihi, Dne. *Alius.* Et veniat super me. Gloria Patri. *Psalm.* Memento verbi tui. *Alius.* Portio mea es tu. Gloria Patri. *Psalm.* Bonitatem fecisti *Alius.* Manus tuae fecerunt. Gloria Patri ». — 7. *Ad Tertiam:* M. add.: « *in cottidianis diebus dominicis* ». — Fratres: *deest* V. M. — 9. vobis: M. *add.* « ℟ Deo gratias ». — 11. in ea: M. *add.:* « All. Kyr. kyr. kyr. *Seq.* Pater noster. *Cap.* Et ne nos inducas in tentationem. ℟ Sed libera nos a malo. *Cap.* Ego dixi: Dne, miserere mei. ℟ Sana animam meam, quia peccavi tibi. *Cap.* Convertere, Dne, aliquantulum. ℟ Et deprecabilis esto super servos tuos. *Cap.* Ostende nobis, Dne, misericordiam tuam. ℟ Et salutare tuum da nobis. *Cap.* Dnus virtutum nobiscum. ℟ Susceptor noster Deus Iacob. *Cap.* Dne, exaudi orationem nostram. ℟ Et clamor noster ad te perveniat. *Cap.* Exurge, Christe, adiuva nos. ℟ Et libera nos propter nomen tuum. *Deinde dicat sacerdos:* Dominus vobiscum. *Orat.* Vide quaesumus.... » *(cf. sup. p. 417).* — 14. *Hymnus: Hymnus in omnibus diebus.* M. — 17. cordium: M. *add.:* « Praesta, Pater piissime: per Ihesum Christum Dnum: qui tecum in perpetuum: regnat cum sancto Spiritu. Amen. *Seq. psalm. (118)* I. Defecit in salutari tuo. II. In aeternum, Dne. Gloria Patri. *Psalm.* Quomodo dilexi. II. Lucerna pedibus. Gloria Patri. *Psalm.* Iniquos odio habui. II. Feci iuditium. Gloria Patri. Sicut erat. Amen. All. ».

*Epistolella.* Fratres. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Ihesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in caelestibus, in Christo Ihesu Domino nostro. [℟] Psallam et intelligam. All. all. [℣] In via immaculata quando venies ad
f. 265. me. All. all. *Seq.* Gloria Patri. *Cap.* Anima mea ⁑ in manibus tuis semper: et legem tuam non sum oblitus.

*Orat.* Ad aures clementiae tuae Deus. *require.* (1)

## AD NONAM.

*Hymn.* Rerum, Deus, tenax vigor: immotus in te permanens: lucis diurna tempora: successibus determinans.

Largire clarum vespere: quo vita nusquam decidat: sed praemium mortis sacrae: perennis instet gloria. Praesta.

*Epistolella.* Fratres. Cum enim servi essetis peccati, gratia Dei adiuti, liberi facti estis iustitiae. ℟ Cantabimus et psallemus. All. all. ℣ Virtutes tuas, Domine. All. *Capit.* Constituite solemnitatem in confrequentationibus: usque ad cornu altaris.

*Orat.* Exaudi nos, misericors Deus. *require.* (2)

## IN COTTIDIANIS DIEBUS.

Ad Tertiam. *Epist.* Fratres. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Ihesu Christo. ℟ Ego dixi: Domine, miserere mei. ℣ Sana animam meam, quia peccavi tibi: miserere mei. *Capit.* Adiutor meus esto: ne derelinquas me, Deus salutaris meus. Kyr.

3. nostro: M. *add.:* « ℟ Deo gratias ». — 6. oblitus: M. *add.* « All. K. k. k. *Seq.* Pater noster. *Omnia ut supra, require ad Tertiam. Seq. oratio* ». — 9. *Hymnus: Hymnus ad Nonam omni die.* M. — 10. diurna: diuturnae. V; diurnae. W. M. — 13. Praesta: M. *add.* « *Ps. Dav. (118)* I. Mirabilia testimonia tua. II. Iustus es. Gloria Patri. III. Clamavi in toto. IIII. Vide humilitatem. Gloria Patri. V. Principes persecuti sunt. VI. Appropiet oratio mea. Gloria Patri. Sicut erat. Amen. All. ». — 14. iustitiae: M. *add.* « ℟ Deo gratias ». — 16. altaris: M. *add.* « All. K. k. k. ». — 19. Fratres: *deest* V. W. M. — 20. Christo: M. *add.* « ℟ Deo gratias ». — 21. mei: mei. All. all. M. — 22. mei: mei *vel* All. M. — meus.... me: noster esto, Dne... nos, (V. W. M.); neque despicias nos Deus salutaris noster. V. W. — 23. Kyr.: M. *add.* « All. K. k. k. *Seq.* Pater noster. *Cap.* Et ne nos inducas in tentationem. ℟ Sed libera nos a malo. *Cap.* Ego dixi, Dne, etc. *Seq. psalm.* Miserere mei, Deus, secundum magnam. Gloria Patri. Sicut erat. All. *Cap.* Dne, averte faciem tuam a peccatis nostris. ℟ Et omnes iniquitates nostras dele. *Sacerdos* Dnus vobiscum. *Orat.* Deus, Pater, etc. ».

(1) V. sup., pag. 417. (2) V. sup., pag. 418.

*Oratio.* Deus, Pater omnipotens, gloria maiestatis tuae, suppliciter exoramus: ut sicut tertia hora apostolos Filii tui, visitatione sancti Spiritus confirmasti; ita corda nostra, eo adveniente, illuminare et custodire digneris. Per eundem.

Ad Sextam. *Epist.* Fratres. Dominus autem dirigat corda et corpora nostra, in caritate Dei et patientia Christi. ℟ Benedicam Dominum in omni tempore. ℣ Semper laus eius in ore meo: in omni. *Capit.* Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocavit.

*Oratio.* Sanctum et terribile nomen tuum, omnipotens aeterne Deus, humiliter deprecamur: ut qui hora diei sexta gloriosissimum Filium tuum Dominum nostrum Ihesum Christum in crucem ascendere voluisti, ut nos a potestate hostis nequissimi liberares, praesta, quaesumus: ut eius cruce redempti, tibi Domino iugiter ‡ sine offensione omni tempore serviamus. Per eundem. f. 265v.

Ad Nonam. *Epist.* Fratres. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini mei Ihesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. ℟ Redime me, Domine: et miserere mei. ℣ Pes meus stetit in via recta: miserere. *Cap.* Ab occultis meis munda me, Domine: et ab alienis parce servo tuo.

*Orat.* Domine Ihesu Christe, qui hora nona in crucis patibulo latronem confitentem intra moenia paradisi transire iussisti, te supplices exoramus: ut paradisi portas nos facias introire gaudentes. Qui cum.

1. gloria: *2 ma.* gloriam, *ut* V. W. — 3. corda: corda et corpora. W. M. — 4. eundem: M. *add.* « in unitate eiusdem ». — 5. Fratres: *deest* W. M. — 6. Christi: M. *add.* « ℟ Deo gratias ». — 7. tempore: M. *add.* « All. all. ». — 8. in omni: M. *add.* « *vel* All. » — 9. collocavit: M. *add.* « All. K. k. k. *Seq.* Pater noster. *Cap.* Et ne, etc. *Seq. psalm. (56)* Miserere mei, Deus, miserere mei; quoniam in te. *Capit.* Dne, averte faciem tuam, etc. *Orat.* Sanctum, etc. ». — 13. in crucem: crucem. V. W. M. — 17. Fratres: *deest* W. M. — 19. mundo: M. *add.* « ℟ Deo gratias ». — 20. mei: M. *add.* « All. all. » — 21. miserere: M. *add.* « *vel* All. ». — 21. tuo: M. *add.* « All. K. k. k. *Seq.* Pater noster. *Cap.* Et ne nos, etc. *Seq. ps. (85).* Inclina Dne aurem tuam. *Cap.* Dne averte faciem tuam, etc. *Orat.* Dne Jesu, etc. ». — 23. latronem confitentem: confitentem latronem. V. W. M. — 24. supplices: suppliciter. V. — exoramus: deprecamur. V. W. M. — ut: ut confitentes peccata nostra. V. W. M. — 26. M., *statim subdit propria ad Horas (ut infra, post Completorium quotidianum).*

# AD COMPLETORIUM.

*Hymnus.* Christe, qui lux es et dies: noctis tenebras detegens: lucifer lucem proferens: vitam beatam tribue.

Precamur, sancte Domine: defende nos in hac nocte: sit nobis in te requies: quietam noctem tribue.

Ne gravis somnus irruat: ne hostis nos subripiat: nec caro illi consentiat: et ne nos reos statuat.

Oculi somnum capiant: cor ad te semper vigilet: dextera tua protegat: famulos, qui te diligunt.

Defensor noster, aspice: insidiantes reprime: guberna tuos famulos: quos sanguine mercatus es.

Memento nostri, Domine: in isto gravi corpore: qui es defensor animae: adesto nobis, Domine.

*Alius.* Te lucis ante terminum: rerum creator poscimus: ut solita clementia: sis praesul ad custodiam.

Procul recedant somnia: et noctium phantasmata: hostemque nostrum comprime: ne polluantur corpora.

Praesta, Pater piissime: per Ihesum Christum Dominum: qui tecum in perpetuum: regnat cum sancto Spiritu.

f. 266. *Epistola ad Completor.* ⁑ Fratres. Vigilate, et orate, et state in fide, et viriliter agite, et confortamini in Domino, et omnia

1. Ad Completor.: M. *habet:* « *Incipit officium Completorii qualiter agendum sit per totius anni circulum. In primis dicendum est:* Converte nos, Deus, salutaris noster. ℟ Et averte iracundiam tuam a nobis. *Sequitur sacerdos*: Deus, in adiutorium meum intende. ℟ Dne, ad adiuvandum me festina. Gloria Patri. Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. All. *vel* Laus tibi, Dne, rex aeterne gloriae ». — 2. *Hymnus: Hymnus tantum in quadragesima.* M. — 2-3. detegens: detegis. V. W. M. — 3. proferens: praeferens. V. W. — 6. nec: ne. W. M. — 13. nobis Dom.: *al. ma. in rasura.;* M. *add.* « Deo Patri sit gloria: eiusque soli Filio: cum Spiritu Paraclito: et nunc et in perpetuum. Amen ». — 14. *Alius*: *Alius hymnus in omnibus aliis diebus.* M. — terminum: M., *omissis rel., add.:* « *Seq. psalm. (4)* 1. Cum invocarem te, exaudisti me. Gloria Patri. Sicut. *Al. ps. (30).* In te, Dne, speravi, non confundar, *usque* Redemisti me, Dne, Deus veritatis. Gloria Patri. Sicut erat. *Al. ps. (90).* Qui habitat in adiutorio. Gloria Patri. Sicut erat. *Al. ps. (132).* Ecce quam bonum. *Al. (133).* Ecce nunc benedicite. *Al. (116).* Laudate Dnum, omnes gentes. Gloria. Sicut erat. All. *vel* Laus tibi, Dne, rex aeternae gloriae. *Seq. hymnus, et dicitur in isto loco tantum in quadragesima:* Te lucis ante terminum, rerum, etc. *(ut in R.)* ». — 20. *ad Completorium: Subdiaconi.* M. — et orate: orate. W. — 21. et viriliter: viriliter. V. W. M.

vestra in caritate fiant. [℟] Deo gratias. ℟ Pax multa diligentibus: legem tuam, Domine. ℣ Et non est illis scandalum: lex *(sic)*. ℣ Gloria Patri.

*Ant.* Nunc dimittis, Domine, servum tuum secundum verbum tuum in pace. II. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. III. Quo parasti ante faciem omnium populorum. IIII. Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebi tuae Israel. ℣ Gloria Patri et Filio. ℣ Sicut erat in principio.

*Ant.* Nunc dimittis, Domine, servum tuum, ℣ Secundum verbum tuum in pace.

*Ant.* Salva nos, Domine, vigilantes: custodi nos dormientes: ut vigilemus in Christo: et requiescamus in pace.

*Capit.* Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi. ℟ Sub umbra alarum tuarum protege nos, Domine. Kyr. kyr. kyr.

*Seq.* Pater noster qui es.

*Cap.* In pace in idipsum. ℟ Obdormiam et requiescam.

*Seq.* Credo in Deum Patrem.

*Capit.* Ego dixi, Domine. ℣ Sana animam meam quia.

*Psalmus.* (1) Usquequo Domine.

*Orat.* Domine Ihesu Christe, salvator omnium et protector, qui separasti lumen a tenebris, te suppliciter exoramus: ut in hac superventurae noctis caligine, tua nos protegat dextera, et in lucis aurora cuncta surgamus gaudentes. Qui cum.

*Alia.* Illumina, quaesumus, Domine, tenebras nostras: et totius noctis insidias tu a nobis repelle propitius.

1. diligentibus: *corr. ex* dirigentibus. — 3. lex: lex tua, Dne. M. — 4. *Ant.*: M. *add.* « Salva nos. *Seq. hymnus* ». — 6. Quo: Quod. V. W. M. — 7. plebi: plebis. V. M. — 13. *Capit.*: *Deinde sacerdos.* M. — 14. Domine: *deest* V. W.; M. *add.* « All. *vel* Laus tibi ». — 15. es: M. *add.* « *Cap.* Et ne nos inducas in tentationem. ℟ Sed libera nos a malo » — 17. Patrem: Patrem. *totum.* M. — 18-23. *Capit.* Ego, etc.: M. *add.*: « Ego dixi, Dne, miserere mei. ℟ Sana animam meam, quia peccavi tibi. *Cap.* Convertere, Dne, aliquantulum. ℟ Et deprecabilis esto super servos tuos. *Cap.* Ostende nobis, Dne, misericordiam tuam. ℟ Et salutare tuum da nobis. *Cap.* Dnus virtutum nobiscum. ℟ Susceptor noster Deus Iacob. *Cap.* Dne, exaudi orationem nostram. ℟ Et clamor noster ad te perveniat. *Cap.* Exurge, Christe, adiuva nos. ℟ Et libera nos propter nomen tuum. *Seq. ps. (12).* Usquequo, Dne, oblivisceris me in finem. Gloria. Sicut erat. All. *vel* Laus tibi, Dne, rex aeternae gloriae. *Cap.* Dne, averte faciem tuam a peccatis nostris. ℟ Et omnes iniquitates nostras dele. *Seq.* Dnus vobiscum. *Oratio.* Illumina, quaesumus, etc. » *(ut in R.)*. — 24. propitius: M. *add.* Per.

(1) Psalm. 12.

*Alia.* Noctem istam illumina, quaesumus, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: fac nos sine peccatis obdormire, et virtutibus angelorum excitari, ut ad diem clarum salvi et protecti pervenire mereamur. Per.

## [IN ADVENTU].

Epistola ad Tertiam. *Dominica I de Adventu.* Gratias agere debemus semper, fratres dilecti a Deo, quod elegerit nos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, et fide veritatis.

*Dominica II.* Fratres. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: ut abundetis spe, in virtute Spiritus sancti.

*Dominica III.* Fratres. Veniet ex Syon qui eripiat, et avertat impietatem ab Iacob.

*Dominica IIII.* Fratres. Qui venturus est, veniet, et non tardabit: iustus autem meus ex fide vivit.

*Dominica V.* Laetare, sterilis, quae non paris; erumpe, et clama, quae non parturis; quia multi filii desertae, magis quam eius quae habet virum.

f. 266'. ⁑ *Dominica VI.* Gaudete in Domino semper, iterum dico: Gaudete; modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est.

℟ Emitte agnum, Domine: dominatorem terrae. All. all. ℣ A petra deserti, et a monte filiae Syon: All. Dominatorem terrae.

2. nos sine: nos famulos tuos. V. W. M. — sine: *abras.*; W. *2. ma.* — 4. protecti: protecti, te auxiliante. V. W. M. — Per: M. *add.* « *Alia.* Visita, quaes., Dne, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: et angeli tui boni, habitantes in ea, nos in pace custodiant, et benedictio tua sit super nos semper. Per Dnum. *Alia orat.* Deus, qui illuminas noctem, et lucem post tenebras facis, concede nobis: ut hanc noctem sine impedimento Satanae transeamus, atque in matutinis horis ad ecclesiam tuam recurrentes, tibi Dno Deo nostro gratias referamus. Per. *Deinde.* Dnus vobiscum. ℣ Et cum spiritu tuo. Kyr. kyr· kyr. *Iterum.* Benedicat et exaudiat nos Deus. ℟ Amen. [℣] Dormiamus in pace. ℟ Vigilemus in Christo. *Iter.* Benedicamus Domino. ℟ Deo gratias ». — 5. [IN ADVENTU]: *supp. in hac ed.* — 6-7. Gratias... fratres: Fratres, gratias, etc. V. W. M. — fratres: *deest* Q; fratres semper. U; pro vobis. W. — 9. veritatis: M. *add.* « Deo gratias » *hic et infra ad singulas Epistolellas.* — 10. autem: U *om.* — 13. Fratres: *deest* U. V. W. — Veniet: Veniat. V. W. — 15. Fratres: *deest* U. V. — 17. Laetare: Fratres, laet. M. — 20. Gaudete: Fratres, gaudete. M. — 22. est: V. W. *add.*: « nihil solliciti sitis ». — 24. et a: a. Q. U. — All. Dominatorem, etc.: Dominatorem, *vel* All. all. M.

*Capit.* Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas Dei nostri.

*Oratio.* Festina, quaesumus, Domine, ne tardaveris: ut, et peccata nostra deleas, et quae nobis sunt adversa depellas. Qui vivis.

Ad Sextam. *Epist.* Ecce adveniet dominator Deus: et regnum in manu eius, et potestas, et imperium in aeternum. ℟ Veni ad liberandum nos; Domine, Deus virtutum. ℣ Ostende faciem tuam, et salvi erimus: Domine. *Capit.* Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

*Orat.* Redemptor noster, aspice, Deus, et veni ad liberandum nos de profundo iniquitatis: et dona ecclesiae tuae perpetuam tranquillitatem et pacem. Qui vivis.

Ad Nonam. *Epist.* Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de foemoribus eius, donec veniat qui mittendus est: ipse erit expectatio gentium. ℟ Super te, Hyerusalem: orietur Dominus. ℣ Et gloria eius in te videbitur: orietur. *Cap.* Orietur de terra misericordia: quia salus mundi veniet, redemptor saeculi.

*Orat.* Adiuva, quaesumus, Domine, plebem tuam: et ad nativitatem unigeniti Filii tui, tribue nos pariter pervenire gaudentes. Per eundem.

## IN NATALE DOMINI.

[Ad Tertiam]. Puer natus est nobis, et Filius datus est nobis; et factus est principatus super humerum eius; et vocabitur nomen eius, magni consilii Angelus. ℟ Puer natus est nobis: All. all. ℣ Et Filius datus est nobis: All. *Cap.* Hodie in Bethlehem, puer natus est: et nomen eius sanctum et terribile. Kyr. kyr. kyr.

*Orat.* Praesta, misericors Deus: ut natus hodie Salvator

2. facite semitas: semitas facite. U. — nostri: M. *add.* All. K. k. k. — 6. *Epist.* M. *add.* «*omni die de Adventu*». — 9. Domine: Dne Deus, *vel* All. all. M. — 10. nobis: nobis. All. K. k. k. M. — 11. *Orat.*: *Orat. omni die ad Sextam.* M. — 14. nec: et. U. — 15. *Epist.*: *Epistola ad Nonam omni die.* M. — 16-17. Dominus: Dnus. All. all. M. — 17. orietur: orietur Dnus, *vel* All. all. M. — 18. saeculi: M. *add.* All. K. k. k. — 23. [Ad Tertiam]: M. *add. rubr.* «*In Natale Dni, usque ad Epiphaniam*». — 26. All.: All. all. M. — 28. Kyr.: All. K. k. k. V. M. — 29. *Orat.*: *in* M. *al. orat.*: «Deus, qui humanae substantiae dignitatis tuae gratiam ostendisti: da nobis, Ihesu Christi

mundi, sicut divinae nobis generationis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum.

Ad Sextam. Vidimus gloriam Dei, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate. ℟ Hodie in Bethlehem puer natus est: All. all. ℣ Et nomen eius sanctum et terribile. *Cap.* Misit Deus Verbum suum: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

*Orat.* Te deprecamur, omnipotens Deus: ut Unigeniti tui nativitatis diem puro corde et mentibus celebremus illaesis. Per eundem.

Ad Nonam. Misit Deus Filium suum, natum de muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret; ut ado-
f. 267. ptionem filiorum Dei reciperemus. * ℟ Verbum caro factum est: All. ℣ Et habitavit in nobis: All. *Cap.* Notum fecit Dominus salutare suum: ante conspectum gentium revelavit iustitiam suam.

*Orat.* Te deprecamur, omnipotens Deus: ut cuius nativitatem hodie celebramus in terris, ipsius misericordia conservemur in caelis. Qui tecum.

## IN EPIPHANIA DOMINI.

Ad Tertiam. Fratres. Apparuit gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos: ut abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie, et iuste, et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi, ℟ Apparuit gratia Salvatoris nostri: All. all. ℣ Et vidimus gloriam Dei: All. all. *Cap.* Vidimus stellam eius in oriente: et venimus adorare eum. All. Kyr. kyr. kyr.

*Orat.* Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et populo

Filii tui divinitatis esse consortes, qui mortalitatis nostrae dignatus est fieri particeps. Per eundem ».

3. Dei: eius. U. — 4. gratia et veritate: gratiae et veritatis. V. — 6. terribile: M. *add.* All. all. — 7. et habitavit etc.: M. *om., sed add., ut semper fit in Capit.* « All. K. k. k. ». — 8. Te deprecamur: Praesta quaesumus. Q. U. V. W. M. — 11. natum de: factum ex. Q. U. V. M; natum ex. W. — 14. All. ℣ .... All.: All. all. ℣ .... All. all. M. — 16. suam: M. *add.* « All. K. k. k. ». — 17-18. nativitatem hodie: nativitatis diem hodie. U. — 19. Qui tecum: Per eundem. M. — 21. Fratres, Dei: U. V. W. M. *om.* — Dei: eius. V.

tuo, quem tibi ex omnibus gentibus elegisti, veritatis tuae lumen ostende. Per.

Ad Sextam. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annunciantes. ℟ Magi venerunt ab oriente: All. all. [℣] Hyerosolimam, dicentes: All. *Cap.* Adorabunt eum omnes reges terrae: omnes gentes servient ei. All. Kyr. kyr. kyr.

*Orat.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut Salvatoris mundi, stella duce, manifestata nativitas, mentibus nostris reveletur semper, et crescat. Per eundem.

Ad Nonam. Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae; et timuerunt multitudo sonitus aquarum. ℟ Illuxerunt fulgora tua orbi terrae: All. all. ℣ Vidit, et commota est terra: All. *Cap.* Omnis prophetia impleta est hodie; creatura exultat; Christus natus est: Venite adoremus.

*Oratio.* Deus, inluminator omnium gentium, da populis tuis perpetua pace gaudere: et illud lumen splendidum infunde cordibus nostris, quod trium Magorum mentibus aspirasti. Per.

## IN QUADRAGESIMA.

[Ad Tertiam]. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, ut non vituperetur ministerium nostrum. ℟ Adiutor noster esto, Domine: ne derelinquas nos. ℣ Neque despicias nos, Deus salutaris noster: ne derelinquas. *Cap.* Angelis suis mandavit de te: ut custodiant [te in omnibus viis tuis. Laus tibi, Domine. K. k. k.]. *Oratio.*

Ad Sextam. Sana me, Domine, et sanabor; salvum

5. dicentes. All.: dicentes. All. all. M. — 9. mundi: nostri. M. — 13. orbi terrae: U. *om.* — terra. All.: terra. All. all. M. — 15. adoremus: adoremus. All. k. k. k. M. — 17. perpetua pace: perpetuam pacem. U. — 19. aspirasti: aspersisti. Q. U. V. M. — 20. IN QUADRAG.: *In ferialibus Quadragesimae usque in Sabb. sanct.* M. — 22. nos: nos metipsos V, *sed reprobat. per lin.* — 23. ut: in multa patientia ut. M. — 25. ne derelinquas: M. *add.* « ℣ Gloria ». — suis: suis Deus. U. — 26-27. [te....k]: *suppl. ex all. codd.*; M. *add.* « *Seq. ps.* Miserere mei Deus secundum magnam *Sciendum est, quia illae orationes quae sunt ad Matut. in bapt., dicuntur ad Tertiam, et ad Sextam; illae vero quae sunt ultimae ad Vesperas in bapt., dicuntur ad Nonam. In ferialibus Quadragesimae, epistola ad Sextam* « Sana, etc. ». M. — 28. et: *deest* U.

me fac, et salvus ero; quoniam laus mea tu es, Domine, Deus meus. ℟ Deus misereatur nobis: et benedicat nos. ℣ Illuminet vultum suum super nos, et misereatur nobis: et. *Capit.* Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.

Ad Nonam. Deus pacis conteret Satan sub pedibus nostris velociter, et misereatur nostri. ℟ Custodi nos, Domine: ut pupillam oculi. ℣ Sub umbra alarum tuarum * f. 267'. protege nos, Domine: ut pupillam. *Cap.* Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

## IN SABBATO SANCTO.

Ad Tertiam. *Epistola.* Vulneratus propter peccata nostra; afflictus est propter scelera nostra: sicut ovis ad occisionem ductus est. ℟ Sanctum nomen Domini: in cruce exaltatum est. ℣ Confessio eius super caelum et terram. *Cap.* Velum templi scissum est, et omnis terra tremuit: Sanctorum dormientium resurrexerunt corpora.

*Oratio.* Purifica, quaesumus, Domine, familiam tuam, et ab omnibus contagiis pravitatis emunda: ut redempta vasa sui Domini passione, non spiritus immundus rursus inficiat, sed salvatio sempiterna possideat. Per eundem.

Ad Sextam. Dominus pastor bonus animam suam ponit

1-2. Domine Deus meus: W *1 ma.*; M. *om.* — 4. obumbrabit: obumbravit. Q. W. — 5. sperabis: M. *add.* «Laus tibi. K. k. k. *seq. psalm.* Miserere mei Deus, miserere mei». — 6. conteret: conterat. V. W. M. — 7. nostri: nobis. U. V. — 9. Domine: *deest* Q. U. V. — 10. nocturno: M. *add.* «Laus tibi. K. k. k. *seq. ps.* Miserere mei Deus secundum magnam»; *deinde add. orat. seqq., quas, ductis tineis, ma. rec. reprobavit: « Istae orationes quae sequuntur, dicuntur in Authentica, ad Tertiam, ad Sextam, ad Nonam. Oratio ad Tertiam.* Dne Ihesu Christe. qui hora diei tertia ad crucis patibulum pro mundi salute ductus es, te suppliciter deprecamur, ut nostras deleas peccata: ut de praeteritis malis semper apud te inveniamus veniam. et de futuris iugiter habeamus custodiam. Qui cum Patre. *Orat. ad Sextam.* Dne Ihesu Christe, qui pro redemptione mundi crucis ascendisti lignum, et universus mundus in tenebris conversus est; illam nobis lucem in anima et corpore nostro semper tribue, per quam ad aeternam vitam pervenire mereamur. Qui cum Patre. *Orat. ad Non.* Dne Ihesu Christe, qui hora nona in crucis patibulo confitentem latronem intra moenia paradisi transire iussisti, te suppliciter confitentes precamur: ut post obitum nostrum, paradisi gaudia nos facias introire gaudentes. Qui cum Patre». — 15. terram: M. *add.* « in cruce exalt. ». — 18. Purifica etc.: *in* M. *orat.* Reminiscere, etc. *(v. infra, ad Sextam).* — 22. ponit: dat. Q.

pro ovibus suis. ℟ Inclinato capite, Ihesu: reddidit spiritum. ℣ Et terra tremuit: reddidit. *Cap.* Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Ihesus Nazarenus rex Iudeorum.

*Oratio.* Reminiscere miserationum tuarum, Domine: et famulos tuos aeterna protectione sanctifica, pro quibus Ihesus Christus Filius tuus, per suum cruorem nobis instituit paschale mysterium. Qui tecum.

Ad Nonam. *Epistola.* Multa corpora sanctorum resurrexerunt, et apparuerunt in sanctam civitatem. ℟ Cum accepisset acetum: dixit: Consummatum est. ℣ Et inclinato capite, reddidit spiritum: dixit. *Cap.* Exurge; quare obdormis, Domine? exurge, et ne repellas nos usque in finem.

*Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui Christi tui beata passione nos reparas, conserva in nobis opera misericordiae tuae: ut huius celebritate mysterii, perpetua devotione vivamus. Per.

## IN DIE SANCTO PASCHAE.

Ad Tertiam [*Epist.*]. Christus, resurgens a mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. ℟ Resurrexit tamquam dormiens Dominus: All. all. ℣ Tamquam potans crapulatus a vino: All. *Cap.* Cito euntes dicite discipulis: quia surrexit Dominus. All.

*Orat.* Da, misericors Deus: ut in resurrectione Domini nostri Ihesu percipiamus veraciter portionem. Per eundem.

Ad Sextam [*Epist.*]. In hoc Christus mortuus est, et resurrexit: ut et vivorum et mortuorum dominetur. ℟ Noli flere, Maria: All. ℣ Resurrexit Dominus. All. *Cap.* Venit Maria annuntians discipulis: quia surrexit Dominus. All.

† *Oratio.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui f. 268.

4. Reminiscere, etc.: M. *hoc loco orat.* Omnipotens etc. *(v. infra)* — — 13. Omnipotens, etc.; *in* M. *hoc loco orat. seq.* « Omnipotens sempiterne Deus, qui vitam humani generis, pro nobis Filio tuo moriente, salvasti, praesta, quaes.: ut in hac populi tui devotione, fructus proveniat gaudiorum. Per eundem ». — 14. beata: *deest* Q. — passione; confessione. U. — 15 huius: cuius. Q; in huius. U. W. M. — mysterii: *corr. ex* mysterium. — 16. IN DIE etc.: *In Pascha Resurrectionis.* M. — 20. vino. All.: vino. All. all. M. — 21. All.: M. *add.* K. k. k. — 24. Ihesu: Ihesu Christi. M. — 27. All. ℣ .... All.: All. all. ℣ .... All. all. M. — 27-28. Venit.... all.: *desunt* M. *et all. codd., qui habent:* « Maria, noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. All. K. k. k. ».

resurrectionis dominicae solemnia colimus, ereptionis nostrae suscipere laetitiam mereamur. Per eundem.

Ad Nonam [*Epist.*]. Cum Christus apparuerit vita nostra, tunc et vos apparebitis cum illo in gloria. ℟ Surrexit Dominus vere: All. ℣ Et apparuit Petro. All. *Cap.* Undecim discipuli in Galilea: videntes Dominum, adoraverunt. All.

*Oratio.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, spiritalibus gaudiis nos repleri: ut quod actu gerimus, mente sectemur. Per.

## IN ASCENSIONE DOMINI.

[Ad Tertiam. *Epist.*]. Regna terrae, cantate Domino: cantate Deo qui ascendit super caelos caelorum ad orientem. ℟ Ascendit Deus in iubilatione: All. all. ℣ Et Dominus in voce tubae. *Cap.* Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus.

*Oratio.* Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut nostrae mentis intentio, quo sollemnitatis hodiernae gloriosus auctor ingressus est, semper intendat: et quo fide pergit, conversatione perveniat. Per eundem.

Ad Sextam. *Epist.* Viri galilei, quid admiramini aspicientes in caelum? quemadmodum vidistis eum euntem in caelum, ita veniet. ℟ Ascendisti in altum, coepisti captivitatem: All. ℣ Dedisti dona hominibus: All. *Cap.* Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: et humilia respicit in caelo et in terra. All.

*Orat.* Tribue, quaesumus, omnipotens Deus: ut munere festivitatis hodiernae illuc filiorum tuorum dirigatur intentio, quo in tuo Unigenito tecum est nostra directa substantia. Qui tec.

Ad Nonam. [*Epist.*]. Cum ascendisset Dominus in caelum, et caeli curvati sunt, et susceperunt eum. ℟ Excelsus

1. ereptionis: et redemptionis. Q. — 2. suscipere laetitiam: laetitiam suscipere. M. — 3. Cum: Fratres, cum. W. — 5. All. ℣ .... All.: All. all. ℣... All. all. M. — 6. All.: M. *add.* K. k. k. — 11. Domino: Deo, psallite Dno. Q. U. V. W. — 14. tubae: M. *add.* All. all. — 15. hominibus: M. *add.* All. K. k. k. — 16. Deus: Pater. Q. V. — 21. quemadmodum: hic Ihs qui assumptus est a vobis in caelum sic veniet, quemadmodum. V. — 22. ita veniet: V. *om.* — Ascendisti: Ascendens. Q. — 23. All. ℣ .... All.: All. all. ℣ .... All. all. M. — 25. All.: M. *add.* K. k. k. — 28. directa: *deest* V. W. — Qui tecum: Per eundem. M. — 30. et caeli: caeli. V. — curvati sunt: sunt curvati. M. — eum: W. *add.* «qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia».

super omnes gentes Dominus: All. ℣ Et super caelos gloria eius. All. *Cap.* Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum, et Deum vestrum. All.

*Oratio.* Da, quaesumus, omnipotens Deus: illuc subsequi tuorum membra fidelium, quo caput nostrum principiumque praecessit. Qui tecum.

## IN PENTECOSTE.

[Ad Tertiam. *Epist.*]. Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. ℟ Emitte Spiritum tuum, et creabuntur: All. all. ℣ Et renovabis faciem terrae: All. *Cap.* Spiritus sanctus docebit vos, all.: quae oporteat dicere: All.

⁝ *Oratio.* Concede nobis, omnipotens Deus: ut qui solem- f. 268'.
nitatem doni Spiritus sancti colimus, caelestibus desideriis accensi, fontem vitae aeternae sitiamus. Per. in unitate.

Ad Sextam [*Epist.*]. Apparuerunt apostolis dispertitae linguae tamquam ignis; seditque supra singulos eorum Spiritus sanctus. ℟ Repleti sunt omnes Spiritu sancto: All. ℣ Et coeperunt loqui variis linguis: All. *Cap.* Loquebantur variis linguis apostoli: magnalia Dei.

*Orat.* Deus, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis, in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per. in unitate.

Ad Nonam [*Epist.*]. Spiritus Domini replevit orbem terrarum; et hoc quod continet omnia, scentiam habet vocis. ℟ Spiritus sanctus docebit vos: All. ℣ Quae oporteat dicere: All. *Cap.* Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis.

*Oratio.* Exaudi, Domine, preces nostras: et sicut profanas mundi caligines sancti Spiritus luce evacuasti, sic hostes nostros et inimicos catholicae professionis expugna. Per. in unit.

1-2. All. ℣ .... All.: All. all. ℣ .... All. all. M. — 3. All.: M. *add.* K. k. k. — 4. Da: Praesta. M. — 8. Unicuique: Fratres, unicuique. W. — 10. All.: All. all. M. — 11. All.: M. *add.* K. k. k. — 13. Spiritus sancti: sancti Spiritus. M. — 14. sitiamus: sentiamus. W. — 15. Apparuerunt: Fratres, apparuer. W. — 17-18. All. ℣ .... All.: All. all. ℣ .... All. all. M. — 18. linguis: linguis apostoli. W. — 19. Dei: M. *add.* All. K. k. k. — 20. corda fidelium: credentium corda. W. — sancti Spiritus; Spiritus sancti. M. — 25-26. All. ℣ .... All.: All. all. ℣ .... All. all. M. — 27. vobis: M. *add.* All. K. k. k. — 29. sancti Spiritus: Spiritus sancti. M.

# INCIPIT AD AQUAM SANCTAM FATIENDAM.

*Exorcismum salis.* Exorcixo te, creatura salis, ✠ per Deum vivum, ✠ per Deum verum, ✠ per Deum sanctum; per Deum, qui te per Eliseum prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquae: ut effitiaris sal exorcizatum in salutem credentium: ut sis omnibus te sumentibus sanitas animae et corporis: et fugiat, atque discedat ab eo loco, quo aspersus fuerit, omnis phantasma et nequitia vel versutia diabolicae fraudis, omnisque spiritus immundus, adiuratus per eum qui venturus est in Spiritu sancto iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem.

*Alia: benedictio salis.* Immensam clementiam tuam, omnipotens aeterne Deus, humiliter imploramus: ut hanc crea-
f. 269. turam salis, * quam in usu generis humani tribuisti, ✠ benedicere, ✠ et sanctificare tua pietate digneris: ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis; et quicquid eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitiae. Per.

*Exorcismus aquae.* Exorcizo te, creatura aquae, ✠ in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, ✠ et in nomine Ihesu Christi Filii eius Domini nostri: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare, et explantare cum angelis suis apostaticis, per virtutem Domini nostri Ihesu Christi: qui venturus est in Spiritu sancto iudicare saeculum per ignem.

1. INCIPIT etc.: M. add.: « *In primis:* Deus in adiutorium. Dne ad adiuvandum. Gloria Patri. Sicut erat in principio, et nunc, et semper. All. *Tunc exsufflet sacerdos in sale in modum crucis, dicendo exorcismum salis*». — 2. *salis:* corr. ex *aquae.* — 3. per Deum verum: *deest* W. — 6. te: *deest* (T. 96) M. — 7. fugiat: effugiat (T. 96) W. M. — 8. fuerit: fueris. W. — phantasma: phantasia (T. 96) M. — 10. in Spiritu sancto: *om.* (T. 96) W. M. — 11. ignem: M. *add.*: « ℟ Amen. Dominus vobiscum. Immensam, etc. » — 15. sit: sis. W. — 17. respersum: aspersum. W. — 18. Per: M. add.: « *Tunc exsufflet sacerdos in aquam in modum crucis, dicendo exorcismum aquae* ». — 21. Domini nostri: ✠ et Spiritus sancti. M. — fias: fiat. M. W. — 22. potestatem: virtutem. (T. 96). — 24-25. in Spiritu sancto: W. M. *om.* — 25. saeculum: vivos et mortuos et saeculum. W. M. — ignem: M. *add.* Amen. [℣] Dominus vobiscum. Deus, etc. ».

*Alia.* Deus, qui ad salutem humani generis maxima quaeque incrementa in aquarum substantia condidisti, adesto invocationibus nostris: et elemento hic multimodis purificationibus praeparato virtutem tuae benedictionis effunde ✠: ut creatura mysterii tui serviens ad abiiciendos daemones morbosque pellendos, divinae gratiae sumat effectum: utquidquid in domibus vel in locis fidelium haec unda respexerit, careat immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens; non aura corrumpens; discedant omnes insidiae latentis inimici; et si quid est quod, aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione huius aquae effugiat: ut salubritas per invocationem tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per.

*Commixtio salis et aquae, in nomine Patris, et Filii, et* f. 269v.
*Spiritus sancti.*

Benedico te, salem et aquam *(sic)*, pariter in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

*Confirmo te, sal et aqua, pariter in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.*

Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super salem et aquam istam. *Sequitur* Gloria Patri.

1. *Alia: Benedictio aquae.* W. — 2. incrementa: sacramenta. W. — 3. hic: huic (T. 96) W. M. — 4. benedictionis effunde ✠: bene✠dictionis infunde. (T. 96) — 5. ut: et ut. W. — tui: tui tibi. (T. 96) W. M. — 6. effectum: affectum (T. 96). — 7-8. respexerit: resperserit (T. 96) W. M. — 8. immunditia: omni inmundicia (T. 96) M. — noxa: noxia. W. M. — 10. insidiae: invidiae. W. — 13. sit: *deest* W. — (T. 96) *add. al. ma. in marg.*: « *Tunc mitte sal in aquam in modum crucis, et dic.* » M. add.: « *Accipe salem benedictum, et misce in aqua sic dicendo*: Commixtio, etc. *Item.* Benedico te, etc. *Item.* Confirmo te, etc. ». — 14. *in nomine*, etc.: ✠ *In nom. P.*, ✠ *et F.*, ✠ *et S.*, etc. M., *et sic in seqq.* — 15. *sancti:* (T. 96) M. *add.* Amen *ad tres formulas;* W. *tantum ad tertiam.* — 16. salem: sal. (T. 96) W. M. — 16,18. pariter: (T. 96), W *1 vice, et* M. *om.* — 18. *aqua: aquam.* (T. 96) 19. (T. 96), *ceteris omissis, statim subd.:* « Dnus vobiscum. *Orat.* Praesta, Dne, tuum salutare remedium super hanc creaturam salis et aquae: ut ubicumque interserint, ad animae et corporis proficiant sanitatem. Per Dnum. Deus invictae, etc. ». — 20. Vox, etc.: *deest* (T. 96) *et* W; *ordo apud* M. *deinceps aliter se habet, nempe*: « *Capit.* Vox Dni, etc. Gloria Patri. Sicut erat. *Item.* Vox Dni super aquas, etc. All. Kyr. kyr. kyr. *Seq.* Pater noster. *Cap.* Et ne nos inducas. ℟ Sed libera nos a malo. *Cap.* Adiutorium no-

℣ Dominus vobiscum.

[*Orat.*]. Deus invictae virtutis auctor, et inseparabilis imperii rex, ac semper magnificus triumphator; qui adversae dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis saevitiam superas, qui hostiles nequitias potens expugnas; te, Domine, trementes et supplices deprecamur, ac petimus: ut hanc creaturam salis et aquae dignanter accipias, illustres, pietatis tuae more sanctifices ✠: ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur; et praesentia sancti Spiritus nobis, misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per. in unitate.

*Sequitur.* Pater noster qui es. ℟ Et ne nos. *Al.* Ego dixi.

*Oratio.* Praesta, quaesumus, Domine, per hanc creaturam aspersionis aquae, sanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, hic et in aeternum [et per omnia] saecula saeculorum. [℟] Amen.

Benedictio Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus sancti descende super salem et aquam istam.

strum in nomine Dni. ℟ Qui fecit caelum et terram. *Deinde.* Credo in Deum. *Cap.* Carnis resurrectionem. ℟ Vitam aeternam. Amen. *Capit.* Ego dixi, Dne, miserere mei, etc. *Require alia cap. ut supra ad Tertiam.* (v. *sup.* pag. 450, in nota) *Seq.* Dnus vobiscum. *Orat.* Deus invictae, etc. (*ut in R.*) *Alia orat.* Praesta, Dne, tuum salutare remedium super hanc creaturam salis et aquae: ut ubicumque interserint, ad animae et corporis proficiant sanitatem. Per. *Alia orat. quae dicitur in fine consecrationis aquae:* Praesta, quaes., Dne, super hanc creaturam aspersionis, etc. (*ut in R*) [℣] Dnus vobiscum. *seq.* Kyr. kyr. kyr. *postea:* Benedicat et exaudiat nos Deus. ℟ Amen. [℣] Procedamus cum pace. *Item:* In nomine Christi. ℣ Benedicamus Dno. ℟ Deo gratias*: Statim dicat sacerdos:* Pax et benedictio Dei Patris omnip., et Filii, et Spiritus, descendat super hanc creaturam salis et aquae, et super omnes ex ea accipientes. ℟ Amen ».

6. ac: et. W. — 7. illustres: benignus illustres. (T. 96) W. M. — 12. in unitate: M. *add.* eiusdem, etc.; — (T. 96) *ceteris omissis, subdit:* ℣ Dnus vobiscum, *et orat.* Praesta. etc. — 13. *Sequitur*.... istam.: W. *om.*, *et add. hoc loco orat.* « Praesta, Dne, tuum salutare remedium.... sanitatem. P. » *ut supra in* (T. 96). — 16. [et per omnia]: *suppl. ex* M. — 17. Benedictio etc: *deest* (T. 96). — 18. descende: *in cod.* desendi.

# INCIPIT AD CATHECUMENUM FACIENDUM.

*Exorcismus salis.* Exorcizo te, creatura salis, ✠ in nomine Dei Patris omnipotentis, ✠ et in caritate Domini nostri Ihesu ✝ Christi, ✠ et in virtute Spiritus sancti. Exor- f. 270.
cizo te per Deum verum; qui te ad tutelam generis humani procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit. Proinde rogamus te, Domine Deus noster: ut haec creatura salis in nomine sanctae Trinitatis efficiatur salutare sacramentum ad effugandum inimicum ✠: quam tu, Domine, ✠ sanctificando sanctifices, ✠ benedicendo benedicas: ut fiat omnibus accipientibus ex ea, perfecta medicina, permanens in visceribus eorum: in nomine Domini nostri Ihesu Christi, qui venturus est in Spiritu sancto iudicare saeculum per ignem.

*Exorcismus olei.* Exorcizo te, creatura olei, per Deum omnipotentem, qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, omnis incursio, omne phantasma Satanae, eradicare et effugare ab hac creatura olei: ut fiat omnibus qui ex eo ungendi sunt, in adoptionem filiorum Dei per Spiritum sanctum. In nomine Dei Patris omnipotentis, et in caritate Domini nostri, qui venturus est iudicare saeculum per ignem.

*In primis interroga eum, et dic:*

Quis illu(a)m offert? ℟ Ego (Nos).

1. INCIPIT etc.: W. M. add.: « *Incipit ordo officii ad cathechumenum faciendum. Si non habes oleum ab episcopo consecratum, causa necessitatis prius benedic oleum per hoc exorcismum, sic dicendo:* Deus in adiutorium meum intende. ℟ Dne ad adiuvandum me festina. ℣ Gloria Patri. ℟ Sicut erat in principio. All. (W. *add.* K. k. k.). *Exorcismus olei.* Exorcizo te, creatura olei, etc. (*ut infra, in R.*). *Benedictio salis ad catecuminum faciendum.* Exorcizo, etc. ». — 5. generis humani: humani generis. M. — 6. et: ex. W. — 8. in: ✠ in. W. M. — 9. ✠: *deest* W. M. — 11. accipientibus ex ea: ex ea accipientibus. M. — 12. in nomine: ✠ in, etc. M. — 14. ignem: M. *add.* ℟ Amen. — 15-22. *Exorcismus olei,* etc.: M. *ponit primo loco.* — 18. omne phantasma: W. M. *om.* — 19. effugare: fugare. W. — 21. In, etc.: ✠ In nomine.... ✠ et in charitate... ✠ qui venturus est in Spiritu sancto. W. M. — 22. ignem: M. *add.* ℟ Amen. — 23. *In primis,* etc.: *Tunc infans ante fores ecclesiae catechizetur: et interroga si sit masculus vel foemina. Inter.* Quis, etc. W. M.

*Inter.* Quid vult fieri? ℟ Christianus.

*Inter.* Meretur a parentibus suis? ℟ Meretur.

f. 270′. *Inter.* Abrenuntiat diabolo et operibus eius? ✠ ℟ Abrenuntiat.

*Inter.* Saeculo et pompis eius. ℟ Abrenuntiat.

*Hic contesta eum, et dic:* Memor esto sermonum tuorum, ut a te nunquam abscedant. ℟ Memor ero.

*Deinde tange aures et nares eius de sputo, et dic:* Epheta, quod est, adaperire in odorem suavitatis.

*Exsuffla a pede ad caput, ad deridendum diabolum:*

Exsufflo te, immundissime spiritus, in nomine Domini nostri Ihesu Christi. Tu autem effugare, diabole: appropinquavit enim iudicium Dei.

*Hic accipe oleum benedictum, et line eum cum pollice, inter scapulas et pectus:* Ego te lino oleo salutis, in Christo Ihesu Domino nostro in vitam aeternam.

[℣] Dominus vobiscum.

[*Orat.*]. Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus luminis ac veritatis, super hunc famulum tuum: ut digneris eum illuminare lumine intelligentiae tuae. Munda eum, et sanctifica; da ei scientiam veram; ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui. Teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam: ut aptus sit ad percipiendam gratiam tuam. Per.

*Deinde insuffla in faciem eius in similitudinem crucis.*

Exorcizo te, omnis immundissime spiritus, in nomine Domini nostri Ihesu Christi: omnis incursio, omnis ira, omne f. 271. phantasma, eradicare, et effugare ab hac plasma Dei, ✠ quam Dominus noster Ihesus Christus hodie ad templum

1. Christianus: *al. ma. hic et infra add. var. pro foemina baptizanda.* — 6. *Hic contesta: Admone.* W; *Admone et contesta.* M. — 8. *Deinde,* etc.: *Tange aures eius de sputo lin.* W. — 10. *Exsuffla.... diabolum: Hic exsuffla in faciem eius in modum crucis, dicendo sic.* W. M. — 11. Exsufflo: Insufflo. M. — 15. *pectus: pectus dicendo sic.* M. — lino: lineo. M. — 16. aeternam: W. M. *add.* Amen. — 19-20. luminis ac veritatis: lumen aeternitatis. W; luminis et veritatis tuae. M. — 21. eum: *deest* W. — 23. baptismi: baptismati[s]. M. — 26. *crucis: crucis. Sequitur exorcismus.* M. — 28. incursio: adversarii. W; incursio adversarii. M. — 30. quam: quem. M.

sanctum suum vocare dignatus est: ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus sanctus habitet in eo: ✠ in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Ihesu Christi Filii eius, qui venturus est in eodem Spiritu sancto iudicare saeculum per ignem.

*Hic pone ei nomen, et signa eum, et dic nomen eius:*

✠ Accipe signum sanctae crucis: serva praecepta divina: verbo Dei hodie renasceris, et caelesti luce reformaris. Ingredere templum Dei vivi, et sublato errorum tenebrarum, evasisse te laqueos mortis laetus agnosce. Nunc ergo promissa caelestia, adventum Dei omnipotentis expecta: ut possis sperare venturum Verbum genitum, virginali partu editum, credentibus adnuntiatum; in cuius invocatione inluminaris, ✠ cuiusque signaculo in fronte signaris, ✠ per hoc signum, quod non designabitur: ✠ in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Ihesu Christi Filii eius, qui venturus est in Spiritu sancto iudicare saeculum per ignem. [℟] Amen.

[℣] Dominus vobiscum.

[*Orat.*]. Deus, cui ad initiandum nulla parvitas non idonea est, qui omnem aetatem omnemque sexum ad maiestatis tuae cultum dignanter admittis, tibi haec novi hominis exordia rudis vitae dicamus infantiam. Da, ut hunc ignarum mali parvulum Unigeniti tui signo sanctae crucis tueatur in- f. 271r.
scriptio: ⁑ tuus sit, tibi adolescat, te timeat, te diligat, te creatorem suum semper agnoscat; et ad sanctum lavacrum regenerationis, te deducente, perveniat. Per eundem.

*Accipe salem benedictum, et pone in ore infantis; audire, et dic nomen:*

1. suum: *exarat. col. rubr. in codd.* W. — 2. ✠: *deest* W. — 3. et in: ✠ et in. M. — 4. eodem: W. *om.* — 5. ignem: W. M. *add.* ℟ Amen. — 6. *Hic.... eius: Hic interroga de nomine eius, et dic nomen:* Accipe, etc. W. — 7. ✠.... signum: signum ✠. M. — 8. reformaris: formaris. W. M. — 11. adventum: et adventum. W. M. — 13. in cuius: cuius. W. M. — 16. et: ✠ et. W. M. — 22. rudis: d *in ras.* — 26. deducente: ducente. W. — eundem: eundem Dnum n. I. C. F. t. qui venturus est in Spiritu sancto iudicare saeculum per ignem. Amen. W. M. — 27-28. *audire, et:* deest W. M.

Accipe sal sapientiae: propitiatum sit tibi in vitam aeternam.

[℣] Dominus vobiscum.

[*Orat.*] Deus patrum nostrorum, Deus conditor veritatis, te supplices exoramus, super hunc famulum tuum *ill.* respicere digneris: ut hoc primum pabulum salis gustantem non diutius eum esurire permittas, quominus cibo expleatur caelesti: quatenus sit semper, Domine, spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum ad novae regenerationis lavacrum: ut cum fidelibus tuis, promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per.

Exorcismus sancti Ambrosii.

Omnipotens Domine, Verbum Dei Patris, Christe Ihesu, Deus et Dominus universae creaturae, qui sanctis apostolis tuis potestatem dedisti calcandi supra serpentes et scorpiones; qui inter cetera mirabilium tuorum praecepta dignatus es dicere: Daemones effugate; cuius virtute victus tanquam fulgur de caelo satanas cecidit; tuum nomen cum timore et tremore supplex precor: ut indignissimo mihi data venia
f. 272r. omnium deli-|ctorum, confidentiam et possibilitatem donare digneris, ut hunc crudelem draconem, brachii tui munitus potentia, fideliter et securus aggrediar.

*Oratio.* Adiuro te ergo, omnis immundissime spiritus, omne phantasma, omnis incursio Satanae, in virtute nominis Christi, qui post lavacrum Iordanis in desertum ductus est, et in tuis te sedibus vicit: ut quem ille de limo terrae ad honorem gloriae suae formavit, tu desinas impugnare; et in homine miserabili, non humanam fragilitatem, sed omnipotentis Dei imaginem contremiscas. Cede ergo Deo, qui te humiliato famulo suo Iob in servitutem redegit. Cede

1-3. Accipe.... vobiscum: W. *omit.* — 2. aeternam: M. *add.* ℟ Amen. — 5. exoramus: exoramus et petimus ut. W. M. — 6. digneris: digneris propitius. M. — 7. cibo expleatur: expl. cibo. W. — 8. Domine: Domini. W. — 11. Per: Per Dnum nostrum. [℣] Dnus vobiscum. M. — 17. victus: vinctus. M. — 19. precor: deprecor. M. — data venia: da veniam. W; data veniam *(sic)*. M. — 23. *Oratio: Coniuratio.* W. — omnis immundissime: immundissime omnis. W.

Deo, qui te et militiam tuam in Pharaone et eius exercitu per Moysen servum suum dimersit in abyssum. Cede Deo, qui te per Danihelem puerum suum in Behel prodidit, et in dracone prostravit. Cede Deo, qui te per fidelissimum suum David de Saule rege spiritalibus canticis pulsum fugavit. Cede Deo, qui te in Iuda traditore damnavit. Ille enim te nunc divinis verberibus agit, in cuius conspectu cum tuis legionibus tremens clamabas: Quid nobis et tibi, Ihesu fili David, venisti ante tempus torquere nos? Ille te flammis perpetuis urguet, qui in fine temporum dicturus est impiis: Ite maledicti in ignem aeternum, quem praeparavit Pater ⁑ meus diabolo et angelis eius. Tibi enim, f. 272v. impie, et angelis tuis *est* vermis qui nunquam moritur, tibi et angelis tuis inextinguibile praeparatur incendium; quia tu es maledicte homicidii princeps, tu auctor incaesti, tu sacrilegorum caput, tu artium pessimarum magister, tu haereticorum doctor, tu totius obscoenitatis inventor. ✠ Exi ergo, impie: ✠ exi scelerate: ✠ exi cum omni fallatia tua; quia hominem templum suum voluit esse Deus. Sed quid diutius moraris? Da honorem Deo Patri omnipotenti, cui omne flectitur genu. Da locum Christo Ihesu, qui pro homine suum sanguinem fudit. Da locum Spiritui sancto, qui te per beatum Petrum apostolum suum manifestavit in Simone: qui fallatiam tuam in Anania et Saphira condemnavit; qui te in Herode rege honorem Deo non dante percussit; qui te in Ethimo mago per apostolum suum Paulum caecitatis caligine perfudit; et per eundem de Phitonissa verbo imperans exire praecepit. Discede ergo nunc; discede seductor; tibi enim heremus sedes est; tibi habitatio serpens est:

1. tuam: *deest* W. — eius: in eius. W. M. — 5. suum: servum suum. M. — 5-6. fugavit: fugabat. W. — 7. agit: ait (*sic*). W. M. — 8. tremens clamabat: clamans (*sic*) tremens. W. — Ille: Ille enim. W. 12. Pater meus: *deest* W. — eius: suis. W. — 13. *est*: *2 ma.;* M. *om.* — 15. maledicte: M. *1 ma.* maledicti. — 18. scelerate: excellerate. W. 21-22. Christo.... locum: *desiderantur in* W. — 23. Petrum.... suum: suum Paulum et Petrum. W; suum Petrum. M. — 26. Ethimo: Elimate. M. — 28. Discede ergo.... seductor: W. *om.*

humiliare, prosternere; non est iam diffidendi tempus: ecce enim dominator Dominus proximat, cito ignis ante ipsum ardebit, et inflammabit in circuitu inimicos eius. Si enim hominem fallis, Deum non potes irridere. Ille te eiecit, f. 373. cuius oculis nihil occultum est. Ille te expellit, cuius * virtuti universa subiecta sunt. Ille te excludit, qui tibi et angelis tuis aeternam praeparavit gehennam: de cuius ore exiet gladius bis acutus, Qui venturus est in Spiritu sancto iudicare saeculum per ignem. [℟] Amen.

*Quando intrant in ecclesiam, et dic:* Ingredere, fili, in domum Domini: audi Patrem tuum docentem te viam scientiae.

*Oratio super competentem.* Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius de excelsa sede maiestatis tuae super hunc famulum tuum *ill.* competentem, qui ad tuam cucurrit ecclesiam: concede ei, Domine, ut sub protectione manus tuae ad sacri baptismatis gratiam pervenire mereamur. Per.

*Alia.* Exaudi, Domine, supplicationem familiae tuae, quae fidelium tuorum consortio desiderant sotiari: ut diem sanctae sollemnitatis clementiae tuae, donum baptismatis percipere mereatur. Per.

1. non: non enim. W. M. — diffidendi: differendi. W. M. — 4-5. Ille.... est: *in* W. *ante* Ille te excludit. — 5-6. virtuti: virtute. M. — 6. subiecta sunt: sunt subiecta. W. — 10. *Quando, etc.*: *Tunc intrat cathecumenus ecclesiam, et dicit sacerdos:* Ingredere, etc. W. — 10-16. *Quando....* mereatur. Per: *In* M. *al. ordo:* « *Tunc cathecumenus intrat ecclesiam sacerdote ducente eum, et dicendo sic:* Ingredere, fili, in domum Dei, audi, etc. *Tunc statim mittendus est infans in terra. Et sacerdos dicere debet cum illis qui tenent puerum, orationem istam:* Pater noster, *totum. Cap.* Et ne nos, etc. ℟ Sed libera nos a malo. *Cap.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟ Qui fecit caelum et terram. *Seq.* Credo in Deum. *Cap.* Carnis resurrectionem. ℟ Vitam aeternam. Amen. *Cap.* Ego dixi, Dne, miserere mei. ℟ Sana animam meam, quia peccavi tibi. *Cap.* Convertere, Dne, etc. *Require alia cap. ad Tertiam. Sequitur oratio super competentem.* Dominus vobiscum. Omnipotens, etc. (*ut in R.*). ℟ Amen. *Seq.* Dnus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. K. k. k. (℣) Benedicat et exaudiat nos Deus. ℟ Amen, (℣) Procedamus cum pace. ℟ In nomine Christi. (℣) Benedicamus Domino. ℟ Deo gratias. *Tunc sacerdos faciat signum sanctae crucis super puerum, dicendo sic:* Pax et benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, ✠ et Filii, ✠ et Spiritus sancti descendat super te, et maneat semper tecum. ℟ Amen. — 11. scientiae: *in marg. al. ma. add.* « Dicatur Pater noster, et Credo in Deum Patrem omnipotentem ». — 17-20. *Alia:* Exaudi, etc.: *deest* W. M.

## INCIPIT AD BAPTISMUM GRAVITALEM.

*Oratio super aquam.* Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnae pietatis tuae mysteriis, adesto sacramentis; et ad creandos novos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, Spiritum adoptionis emitte: ut quod humilitatis nostrae gerendum est mysterio, tuae virtutis impleatur effectu. Per.

*Insuffla in ipsam aquam in modum crucis:* Insufflo te, immundissime spiritus, in nomine Domini nostri Ihesu Christi.

*Exorcismus aquae.* Exorcizo te, creatura aquae, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, et in nomine Ihesu Christi Filii eius ‡ ✠, et Spiritus sancti ✠. Si quod phantasma, si qua virtus inimici, si qua incursio diaboli, eradicare et effugare ab hac creatura aquae, [ut fiat fons aquae] salientis f. 273'. in vitam aeternam: et cum baptizatus fuerit hic famulus Dei, non ei dominetur ulla infirmitas corporis, neque adversetur ei humani generis inimicus; sed cum renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, fiat templum Dei vivi in remissione peccatorum. In nomine Dei Patris omnipotentis, ✠ et in nomine Ihesu Christi Filii eius: qui venturus est in Spiritu sancto iudicare saeculum per ignem. [℟] Amen.

*Deinde accipe chrisma, fundens illam super ipsam aquam in cruce, et misce: et antequam perfundas aqua, interroga credulitatem ill. dic nomen:* Quid petis? ℟ Baptizare.

*Int.* Credis in Deum Patrem omnipotentem creatorem caeli et terrae? ℟ Credo.

1. INCIPIT etc. M. legit: « *Ordo ad benedicendam aquam seu ad sanctificandam illis pueris, qui infirmantur ad mortem, ut ad paschale baptismum pervenire non possint. Primum dicat*: Dominus vobiscum. *Sequitur oratio.* Omnipotens, etc. ». — 7. *crucis dicendo sic,* Insufflo etc.: *crucis.* Exufflo. M. — 8. in: ✠ in. M. — Christi: M. *add.* Amen. — 11. quod: *corr. ex* qua. — 13. [ut fiat fons aquae]: *suppl. in hac ed. cum M. et all. codd.* — 15. Dei: Dei *ill.* W. — 16. ei: *deest* W. — cum: dum. W. M. — 17. fiat: fiet. W. — vivi: W. *om.* — 17-18. remissione: remissionem. W. M.. — 19. et in: ✠ et in. W. M. — 21-23. *cruce.... nomen:* M. *legit:* « *in modum crucis, dicendo sic:* In nomine ✠ Patris, (Dei Patris omnip. W.) ✠ et Filii, ✠ et Spiritus sancti: Sit fons iste sanctificatus et perunctus. Amen. *Et antequam profundas puerum in aquam, interroga nomen eius, et dic* ». — 23. Baptizare: Baptizari. W. M.

*Int.* Et in Ihesum Christum Filium eius unicum, Dominum nostrum, natum et passum? ℟ Credo.

*Int.* Credis et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen. ℟ Credo.

*Dicat sacerdos: prima mersio:* Baptizo te in nomine Patris; *secunda mersio:* et Filii; *tertia mersio:* et Spiritus sancti.

*Deinde letaniae. Tribus vicibus:* Domine miserere.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Maria | S. Iohannes | S. Stephane | S. Gervasi |
| S. Michael | S. Petre | S. Nazari | S. Ambrosi |
| S. Gabrihel | S. Paule | S. Celse | Omnes Sancti |
| S. Raphahel | S. Andrea | S. Protasi | |

f. 274. ✠ *Deinde fac crucem infantis in cerebro cum chrisma, et dic:* Deus omnipotens, Pater Domini nostri Ihesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te linit chrismate salutis, in Christo Ihesu Domino nostro.

## Oratio post Baptismum.

Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerasti famulum tuum *ill.* ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit tibi *(sic)* remissionem omnium peccatorum, tribue ei continuam sanitatem ad agnoscendam divinitatis tuae veritatem. Per Dominum.

*Communica:* Corpus Domini nostri Ihesu Christi, sanguine suo tinctum, conservet animam tuam in vitam aeternam. Amen.

4. catholicam: W. M. *add.* « Sanctorum communionem ». — 6. Baptizo te: Ego te baptizo ✠ in etc. M. *2 ma. in ras.* — 7. sancti: sancti. Amen. M. — 8. miserere: W. M. *suppl.* « Christe, libera nos. *ter*. Salvator, libera nos. *ter* ». — 9. Stephane: W. *ante* Steph. *add.* « Marce, Luca » *et omit.* Naz. *et* Celse; *post* Gervas. *add.* «Tecla, Pellagia, Martine, Materne ». — Gervasi: M. *add.* « Thecla. Pellagia. Galdine ». — 11. Sancti: M. *suppl. om. in R.* « Exaudi Christe. *ter*. ℟ Voces nostras. *ter*. Exaudi Deus, *ter*. Kyr. kyr. kyr. ». — 13. *Deinde etc.*: *Tunc faciat sacerdos cum pollice crucem de chrismate in vertice infantis, dicendo hanc orationem.* M. — 14. omnipotens: *deest* W. — 17. nostro: nostro in vitam aeternam. W, *et* M. 2 *ma. in ras.* — 18-25. Oratio.... Amen: W. *omittit.* — 20. dedit tibi: dedisti ei. M. — 22. agnoscendam: cognoscendam. M. — 23. Dominum: M. *add.* « Dnus vobiscum. K.k.k. (℣) Benedicat et exaudiat. (℣) Procedamus etc. *Et sic finis huius officii, sicut fit supra in catechismo. Tunc communica eum, et dic:* Corpus Domini, etc. ».

# INCIPIT ORDO QUALITER DEBET DARE POENITENTIAM.

*Cum venerit aliquis ad sacerdotem, et cupit sumere aliquod consilium, in primis dicat illi:* Domine, vos venisti *(sic)* ad me, et vis sumere veram poenitentiam? *Si dixerit:* Volo, *dic illi:* Non sit tibi pigrum duodecim venias facere; quia veniam cupis accipere a Domino Deo, ideo debes facere venias.

*Tunc prosternat se sacerdos, prosternat se* (sic) *in terram, et dicat in corde suo orationem:*

Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori: ut condigne possim tibi gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti officio sacerdotali: et me exiguum humilemque mediatorem constituisti ad orandum et intercedendum ad Dominum nostrum Ihesum Christum pro peccantibus et ad poenitentiam revertentibus: ideoque, dominator Domine, qui omnes homines vis salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed ut convertantur et vivant, suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum clementiae tuae pro famulis tuis ill., qui ad poenitentiam * venerunt. Per. f. 274ᵛ.

*Cum peractae veniae fuerint, dic illi ut sublevet se, et stet supra pedes: et interroga eum:*

*Interr.* Credis in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum? ℟ Credo. *Interr.* Credis quod istae tres personae, quas modo diximus, tres personae sunt et unus Deus? ℟ Credo. *Interr.* Si credat resurrectionem, et si credat bonorum animas ire in paradisum, idest in requiem, et malorum *(sic)* idest in infernum. *Qui cum responderit:* Omnia sic credo; *dic:* Credis quod poenitentia homini remittuntur peccata? *Qui cum responderit:* Omnia sic credo *(dic):* Audi ergo quid est poenitentia: poenitentia est plangere mala, quae fecisti, et ea iterum non facere; poenitentia est transire de malo ad bonum.

*Deinde dic:* Sicut est medicina medicamentum corporis, sic poenitentia medicamentum animae; et ideo non debes celare aliquod peccatum, quia melius est hic erubescere coram uno sacerdote, quam post mortem coram omnibus sanctis, et ire in poenam.

*Dic illi:* Vis dimittere illis, quicumque in te peccaverunt, dicente Domino: Si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater ve-

13. ministrum: *supra lin. ead. ma. add. voc.* e. i. *ad legendum* ministerium; *sed lege:* «ministrum fecisti officii sacerdotalis». — 19. sed ut: *corr. ex* sedit.

ster caelestis dimittet vobis peccata vestra; si autem dimiseritis, et Deus dimittet vobis?

*Interr.* Si tenet symbolum, hoc est, Credo in Deum, et Pater noster.

*Interr.* Si habet iram contra qualemcumque hominum; *dic illi:* Si hoc habet, dimittat ei: quia non proficit in vulnere medicamentum, dum adhuc in eo ferrum sit.

*Si est comes, dic illi:* Domine, tu es comes, tu es princeps; *et si est iudex aut gastaldus, dic illis:* Dominus dedit vobis honorem et potestatem supra multos homines; sic convenit vobis ut provideatis ne forte offendatis in aliquo sive pro cupiditate sive per virtutes vestras, quia Dominus dixit in evangelio: Quanto magnus es, humilia te, nam parvuli, quia humiles et mansueti, possidebunt regnum Dei. Et f. 275. alibi: In patientia vestra possidebitis animas vestras; et in alio * loco: Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam; et iterum: Quid prodest homini si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur; aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

*Et sic incipe eum admonere:* Domine mi; iussit Dominus per prophetas ut sim pastor animarum; et ideo volo pascere animas filiorum meorum, ita ut non dicat mihi Dominus in die iuditii: Servus *(sic)* nequam; quare perdidisti oves meas tibi commissas? Ideo non sum ausus dimittere ut non dicam tibi omnia quae necessaria sunt.

Domine; tribus modis nascitur homo: in primis cum originali peccato; secunda vice nascitur per baptismum; tertia vice nascitur per poenitentiam. Ergo modo debes nasci, si fructuosam accipies poenitentiam. Vide ne forte facies sicut canis, qui evomuit, et postea sumit illum vomitum, quia deterior est. Sic faciunt multi homines: accepta poenitentia, sic committunt maiora peccata; sed fac sicut aquila quae renovatur, et sic deponit vestimentum vetus, et induit novum. Sic debes ponere omnia peccata, et induere te rectam iustitiam per eleemosynas, et orationes, et venias, atque per indulgentiam; quia si non dimiseris illis qui in te peccaverunt, nec pater tuus qui in caelis est, dimittet tibi peccata tua.

Domine, noli erubescere mihi peccata tua indicare, quia peccator sum nimis; ideo, quia si dixeris mihi, liberas animam tuam. Nihil prodet tibi huc ad me venire, si non dixeris mihi omnia peccata tua per singula, sicut tibi contigerunt; quia si confessus non fueris, non possumus tibi consilium praestare, quomodo evadere possis. Quod nisi infirmus dixerit omnes infirmitates suas per singulas medico, medicus non potest eum medicare; et si ille dixerit omnia quomodo illi accidit, secundum qualis infirmitas fuerit *(sic)*, tales potiones illi praestabit medicus. Ita et ego non possum vobis praestare consilium salvationis animae, nisi per singula mihi omnia vestra annuntiaveritis; et secundum quale peccatum fuerit, tale consilium dare debemus.

Modo admoneo et doceo, sicut superius diximus, quid boni agere
f. 275'. * debeant. Si est comes, gastaldus, aut iudex, dic illis, non accipiant

praemia, non iudicent tortum. Si est scarius et negotians, non gravet aliquem in negotio et in cambio. Si habet patrem aut matrem, eos honoret, et donet eis necessaria. Si animalia pascit, boves aut caballos aut porcos et cetera, damnum non faciat aliis. Si est massarius, non sit fraudulentus suo seniori (?) de labore suo. Si habet viduas aut orphanos, faciat cum eis misericordiam. Si servus, sit fidelis domino suo, et laboret in quantum potest; et si malum faciunt eos emendet. Si habet uxorem, non concumbat cum ea festivis diebus; non in quadragesima maiore usque ad octavas paschae. Si monachus aut monacha, presbyter aut clericus, servent quod promiserunt. Si fecit aut consensit homicidium; si fecit aut consensit furtum; si fecit aut consensit sacrilegium, idest si aliquid de ecclesia tulit; si rapinam fecit aut consensit. Si sodomita est, idest contra naturam peccavit in masculum aut foeminam; si peccavit cum animalibus. Si fecit aut consensit adulterium. Si peccavit cum sanctimonialibus. Si dixerit falsum testimonium; si scienter misit hominem in periurium. Si habet odium, aut habuit. Si est ebriosus. Si est usurarius. Si habet extollentiam, idest vanam gloriam; si est superbus. Si est cupidus. Si habet consuetudinem alios detrahendi. Si intellexit aliquem peccare, et non studuit emendare. Si turpia verba dixit, idest quae risum movent. Si malum consilium dedit. Si cogitavit tollere causas aliorum. Si blasphemavit aliquem. Si est piger; si est somnolentus; si est negligens; si non operatur cottidie in quantum potest. Si desit *(sic)* alterum. Si mentitus est, aut habet consuetudinem mentiendi. Si iocum nimis amat. Si pollutus est inter se cum manibus aut aliquo ingenio; sed istud grande peccatum est, nisi cito emendaverit. Si ante horam manducat; si quaerit delitiosum manducare. † [f. 276.] Si iram retinet. Si statim respondet. Si non vult obedire maioribus. Si non amat subiectos. Sed si non plurimis *(sic)*, quae numerare longum est..

Qui, cum responderit se, ex his quae diximus, aliquod fecisse, aut alia quae nos non diximus; et tu interrogare poteris: Si hoc fuerit per consuetudinem, aut non: nam maius erit peccatum per consuetudinem. Si vult emendare; si vult, et promittit, da ei poenitentiam; sed iam dic illi, quod sine emendatione nihil valet. Sed primum considera, si dives est aut pauper, si dominus aut servus, si sanus aut infirmus, coniugati aut non, si est iuvenis aut senex: omnia considera, et secundum quod possunt, impone poenitentiam non eis nimis grave; sed in hoc labora, ut vitium emendetur. Attende etiam, ut tale ieiunium imponas, ne peccatum facias manifestum. Cui non potes imponere ieiunium, impone orationem, impone ut flectat genua per diem et per noctem; sed, antequam imponas poenitentiam, debes ostendere quam grande est illud malum, et quot annis debet poenitere: debes tamen admonere ne se desperet; quia Deus misericors est, et ei omnia dimittit, tantum si emendaret. Et dic, quia sicut aqua omnia lavat, ita et ponitentia purgat peccata, qui eam suscipit ex corde: et qui peccando factus est filius diaboli, poenitendo potest filius Dei fieri: et qui debuit ire in infernum, potest ire in paradisum.

Post haec pro homicidio, furto, adulterio, falso testimonio, sacrilegio, sodomitico et qui cum animalibus peccat, et pro rapina, impone poenitentiam septem annis, aut quinque, aut etiam minus, quod videris posse; aut secundum quam diu, aut qualiter, ipsum peccatum est factum, aut qualis conversio poenitentis: quia maior poenitentia est in contritione et dolore cordis et in emendatione, quam in ieiunio.

Post haec dic quid boni facere debeant: ut faciant homines qui possunt liberos *(sic)*, ut faciant eleemosynas, ut sint humiles, ut non concupiscant aliena, ut sint benevoli; ut quotidie peccata quae fecerunt ad memoriam reducant, et cognoscant se malos. Orent in ecclesia quotidie, aut ubicumque sunt, pro se, pro familia sua, pro civitate
f. 276'. ‡ tota, pro toto populo christiano: si vult ut ei prosit poenitentia, dimittat ex toto corde, qui peccavit in illum; quia haec est vera eleemosyna, de qua Dominus dixit: Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.

*Tunc prosternat se coram sacerdote, et dicat:*

Supplico te etiam, Dei sacerdos, ut de his omnibus sis mihi testis in die iudicii: et intercede pro me misero peccatore, ne forte gaudeat de me inimicus meus.

### Oratio confessionis ad Deum.

Confiteor tibi, Domine, rex caeli et terrae, et Sanctis tuis, et tibi fratri meo omnia peccata mea, quia peccavi in lege Dei in cogitationibus, in verbis, in factis; et multa sunt peccata mea; et negligens sum de opere Dei, et de ordine meo: quia peccavi de vana gloria, de superbia, de detractione, de fornicatione, de furto, de falso testimonio, de periurio, de adulterio, de officio Dei quod ego miser negligenter egi, de concupiscentia carnali, de risu, de auditu, de visu, de gula, de crapula, de ebrietate, vel de ceteris innumerabilibus malis, deprecor, ora pro me peccatore.

### *Absolutio poenitentiam* (sic).

Misereator sit tibi omnipotens Deus, et donet tibi veram humilitatem, veram perseverantiam, fructuosam confessionem, poenitentiam, tollerantiam bonam, finem bonam; illuminet te Spiritus sanctus, qui apostolos illuminavit, et te Deus reconciliet te *(sic)*, sicut ipsos reconciliavit. Indulgeat tibi Deus omnia peccata tua, praeterita, praesentia, et futura: liberet te a laqueo diaboli, et perducat te ad vitam aeternam: amen.

*Ant.* [1] *in psalm.* Domine, ne in ira.

[*Orat.*]. Deus, cuius indulgentia nemo [non] indiget, memento famuli tui *ill.*, qui lubricum *(sic)* terrenique corporis fragilitatem utatur; quaesumus: ut des veniam confitentibus, et qui nostris meritis accusamur, tua misera..... solvamur. Per.

II. [2] Benedic anima mea. *seq. usque* Renovabitur.

[*Orat.*]. Deus, sub cuius oculis omne cor trepidat, omnesque conscientiae contremiscunt, propitiare omnium gentium, et cunctorum cedere vulneribus: et sicut nemo nostrum est liber a culpa, ita sit alienus a venia. Per.

III. [3] Miserere mei Deus secundum. *seq. usque ad* Omnes iniquitates.

*Orat.* Deus infinitae misericordiae, veritatis immensae, propitiare iniquitatibus nostris, et omnibus animarum nostrarum languoribus: ut miserationum tuarum remissionem percepta *(sic)* in tua semper [4] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

(1) *Ant. desideratur:* Psalm. 6. (2) Psalm. 102. (3) Psalm. 50. (4) Ordo, avulsis sex foliis, est mutilus: quae desunt suppleri possent, inspectis similibus Ordinibus iam editis (cf. ex. gr. Martene, *De ant. Eccl. rit.*, l. I, cap. IV; Morin, *De Poenitentia;* Menard, in *Not. ad Sacram Greg.*, not. 661-679; et inter recentiores H. I. Schmitz, *Die Bussbücher und die Bussdisciplin der Kirche,* Mainz, 1883; et *Die Bussbücher und das Kanonische Bussverfahren*, Düsseldorf, 1898), sed in hac parte codex noster, ut et alii codd. ambrosiani, unam inter formas ministrandi Sacramentum Poenitentiae romanis codicibus communes refert. Nec admirationem afferant tot varietates in Ordinibus *ad dandam Poenitentiam;* nam disciplinae antetridentinae circa hoc sacramentum habemus testem doctissimum Io. Gersonium (op. *Super absolutione Confessionis sacramentalis*), qui cuidam inquirenti, cur plus varietates circa istam formam, quam circa alias ceterorum sacramentorum, rescripsit: « Ratio « una est, quia aliae formae dicuntur publice et inveniuntur scriptae, « sicque leguntur: hic autem occulte et absque libris et arbitris fit « negotium: potest et alia ratio dari; quia actus confessionis et abso« lutionis est quidam actus iudicialis, ubi videtur sufficere quod sa« cerdos iudex explicet sententiam suam quibuscumque verbis, dum « tamen intendat absolvere; sicut dicimus in matrimonio quod con« sensus interior amborum significatus exterius qualibuscumque verbis, « immo et signis, sicut in muto, sufficit ad matrimonium contra« hendum ».

Computatis foliis deperditis, quae intercedebant inter foll. CCLXXV et CCLXXXII veteris signaturae, et inspectis aliis codd. ambrosianis, ante seq. *Ordinem,* cui pauca desunt ab initio, a codice nostro forsitan exularunt: *Ordo ad impositionem manus super infirmos,* et *Ordo commendationis animae,* etc. ut in Beroldo novo (foll. 332-338), quos in Praefatione, E inter xcerpta codd. M. et T. 96 lector inveniet.

# [IN AGENDA DEFUNCTORUM].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 277. ✠ [℟ VI.] Paucitas dierum meorum finitur brevi; relaxa ergo mihi, Domine; plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, et non revertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine. ℣ Domine, exaudi orationem meam, et

1. [IN AGENDA DEFUNCTORUM]: Titulus desumptus a codice ambr. T 96 (ff. 259 et 260). Si diligenter conferantur *Ordines* extantes in aliis codd., ℟℟, ant. cum psalmis, quae a codice nostro exciderunt, suppleri possunt seq. modo: textu desumpto ex eodem cod. T 96, utpote ceteris antiquiore.

« *Post lavationem corporis.* ℟ I. Accepimus bona de manu Dni, et gavisi sumus; quare non et mala sustineamus? Dnus dedit, et Dnus abstulit: sit nomen Dni benedictum in saecula. ℣ Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam: sit nomen. *Ant.* I. Deduc me, Dne, in tua iustitia: et in conspectu tuo vias meas dirige. *Psalm. 1.* Beatus vir qui non abiit. *Seq. orat.* I. (Textus orat. non restituitur, eo quod neque ex cod. T 96, neque ex all. codd. eaedem queant determinari).

℟ II. Antequam comedam, suspiro; et tamquam inundantes aquae, sic rugitus meus; quia timor quem timebam, evenit mihi; et quod verebar, accidit: nonne dissimulavi, nonne silui, et iam requievi: et venit super me misericordia tua, Dne. ℣ Afflictus sum, et humiliatus sum usquequaque: rugiebam a gemitu cordis mei: et venit. *Ant.* II. Non derelinques eum in inferno, Dne: nec dabis animam eius in corruptionem. *Psalm. 15.* Conserva me, Dne. *Seq. orat.* II.

℟ III. Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris: cutis mea aruit, et contracta est; memento, Dne, quia ventus est vita mea. ℣ Quoniam non revertetur oculus meus, ut videat bona; nec aspiciet me visus hominis: cutis *Ant.* III. Vide, Dne, humilitatem meam: dimitte omnia peccata mea. *Psalm. 24.* Ad te, Dne, levavi. *Orat.* III. . . . .

℟ IV. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me: et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, Dne: nisi tu, qui solus es Deus; et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei. ℣ Si fuero iustus, os meum impia loquetur; quod et si fuero sine crimine, pravus inveniar; si enim impie gessi in animam meam, nescio: nisi tu. *Ant.* IV. Tu es, Dne, protector meus: in manus tuas commendo spiritum meum. *Psalm. 30.* In te, Dne, speravi. *Seq. orat.* IV.

℟ V. Scio, Dne, quia morti me traditurus es, ubi constituta est domus omnis viventis. Credo in te, Dne, quia non ad consumptionem meam emittis manum tuam: si in profundo inferni dimersus fuero, inde me liberabis. ℣ Memento, Dne, quia manus tuae fecerunt me; pelle et carne me induisti, vitam et misericordiam dedisti mihi: si in profundo. *Ant.* V. Sitivit anima mea ad Deum vivum: veniam, et parebo ante faciem Dei. *Psalm. 41.* Sicut cervus desiderat. *Seq. orat.* V.

℟ VI. Paucitas, etc. *et reliqua ut in R.* — 5. et non revertar: *deest* M.

clamor noster ad te perveniat: plangam. *Ant.* Ecce enim Deus adiuvat me, et Dominus susceptor est animae meae. ℣ (1) Deus in nomine tuo salvum.

*Oratio.* Deus, qui humanarum animarum aeternus amator es, animam famuli tui *ill.*, quae veram dum in corpore maneret tenuit fidem, ab omni cruciatu inferorum redde extorrem: ut segregata ab infernalibus claustris, sanctorum mereatur adunari consortiis. Per.

℟ VII. Nonne cognoscit Deus viam meam, et cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulavit in vanitate, aut festinavit in dolo pes meus: appendat me in statera iusta, et probet Deus innocentiam meam. ℣ Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala: appendat. *Ant.* In paradisum angeli deducant te, et cum gaudio suscipiant te sancti martyres Dei. ℣ (2) Nonne Deo subdita.

*Oratio.* Deus, apud quem mortuorum spiritus vivunt, et in quo electorum animae, deposito carnis honore, plena felicitate laetantur, praesta supplicibus tuis: ut anima famuli tui *ill.* quae temporale per corpus visionis huius luminis caruit visu, aeternae lucis solatio potiatur. Non eum tormentum mortis attingat, non dolor orrendae visionis afficiat, non poenalis timor excruciet, non eorum proxima caterva constringat; sed concessa delictorum omnium venia, optatae quietis consequatur gaudia repromissa. Per.

℟ VIII. Scio enim, quia redemptor meus vivit, et in novissimo de terra surrecturus sum: et rursus circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum. ℣ Surgant mortui, et resurgant omnes qui in monumentis sunt; audiant vocem Filii Dei: et rursus. *Ant.* Usque in vita mea laudavi te, Domine: da requiem mihi cum sanctis in regione vivorum, et salva me. ℣ (3) Deus iuditium tuum regi da.

1. noster: meus. T 96. W. M. — 5-6. quae.... fidem: *in R* quem.... fides. — 10 ambulavit: ambulavi. T 96. W. M. — 14-15. Angeli deducant te: deducant te Angeli. T 96. M. — gaudio: gloria. T 96. — 27. sum: sim. T 96. W. M. — 28. mortui: nunc. W. — 31. sanctis: sanctis tuis. M.

(1) Psalm. 53. (2) Psalm. 61. (3) Psalm. 71.

f. 277'. *Oratio.* ✠ Omnipotens sempiterne Deus fidelium animarum, suscipe preces nostras pro anima famuli tui *ill.*: ut eam in pacis ac lucis regione constituas, et aeternae beatitudinis esse consortem. Per.

℟ VIIII. Auditu auris audivi te, Domine: nunc autem oculus meus videt te: idcirco ipse me reprehendo: et ago poenitentiam in favilla et cinere. ℣ Unum locutus sum, quod utinam non dixissem; ponam digitum ori meo: et ago. *Ant.* Memorare, Domine, quae sit mea substantia: quis est homo qui vivit, et non videbit mortem? ℣ (1) Deus, quis similis tibi: ne tacueris.

*Orat.* Suscipe, Domine, animam famuli tui *ill.*, quam de hoc saeculo ad te accersire iussisti; et dones ei refrigerii sedem, lucem caritatis aeternae: et cum dies illa certissima agnitionis advenerit, in prima resurrectione resuscitare digneris. Per.

℟ X *diac.* Desiderium meum, omnipotens, audi; et tribue mihi auditorem, qui aequitatem proponat contra me: ut perveniat ad victoriam iuditium meum. ℣ Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina: et tribue. *Ant.* Domine, mitte angelum tuum protectorem meum, qui me suscitet de terrae pulvere: ut possim occurrere ad resurrectionem cum sanctis tuis. ℣ (2) Bonum est confiteri.

*Orat.* Te, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, supplices deprecamur pro anima famuli tui *ill.*, quem de voraginibus saeculi istius ad te vocare dignatus es: ut dones ei locum lucidum, locum refrigerii et quietis: liceat ei transire portas inferorum et vias tenebrarum, maneatque in mansionibus sanctorum, quam Habrahae promisisti et semini eius, eum *(sic)* collocare digneris. Per.

℟ XI. Libera me, Domine Deus, in die illa tremenda iuditii: quando angeli offerunt tibi chyrographa peccatorum hominum. ℣ Miserere mei, Deus, miserere mei; quoniam in

33. offerunt: offerent. T 96. W. M.

(1) Psalm. 82. (2) Psalm. 91.

te confidit anima mea: quando. *Ant.* Clamor noster, Domine, ad te perveniat. ℣ (1) Domine, exaudi orationem meam: et clamor.

*Orat.* Exaudi nos, Deus salutaris noster, pro anima famuli * tui *ill.*, quem tu Deus beata *(sic)* sedis claritatis f. 278. susceptum aeternis refrigerii *(sic)* iubeas muniri. Per.

℟ xii. Oculi mei, fundite tamquam flumina lacrymas; et cor meum clamet ad Deum: quia recessit a me consolator meus. ℣ Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis stratum meum rigabo: quia recessit. *Ant.* Suscipe me, Domine, secundum verbum tuum: et ne confundas me ante conspectum tuum. ℣ (2) Beati immaculati.

*Orat.* Indulgentiam, quaesumus, Domine, animae famuli tui *ill.* placatus impende: ut remediis purgata caelestibus, in tua pietate requiescat. Per.

℟ xiii. Caligaverunt oculi mei a fletu meo, quia elongavit qui consolabatur me: videte, omnes populi, si est dolor similis sicut dolor meus. ℣ O vos omnes, qui transitis per viam, aspicite et videte: si est dolor similis.

*Aliud.* Relaxentur vincula peccatorum meorum: dum sederis in iuditio, Deus. ℣ Usquequaque lava me ab iniustitia mea, et a delicto meo munda me: dum sederis. *Ant.* Haec requies mea in saeculum saeculi: hic habitabo, quia praeelegi eam. ℣ (3) Memento, Domine, David.

*Orat.* Animae famuli tui *ill.* remedia concede perpetua: quibus aeterna indulgentia consequatur. Per.

℟ xiiii. Remitte mihi, ut refrigerer, Domine: priusquam veniam ante tuum iudicium. ℣ Ad te, Domine, levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam: priusquam. *Ant.* Portio mea in terra viventium: me expectant iusti, donec retribuas mihi. ℣ (4) Voce mea.

*Orat.* Deus, cuius indulgentia nemo non indiget, et cuncti sola cunctis *(sic)* miseratione salvantur: anima famuli tui *ill.* inmortalitatis nexibus expiata, in tua propitius redemptione concede *(sic)*. Per.

28. veniam, etc.: *corr. ex* veniat ante tuus iudicio. — 32. indulgentia nemo non: *corr. ex* indulgentiam nemo.

(1) Psalm. 101. (2) Psalm. 118. (3) Psalm. 131. (4) Psalm. 141.

℟ XV. Qui suscitasti Lazarum quatriduanum foetidum: tu dona ei requiem locum indulgentiae. ℣ Requiem aeternam dona ei, Domine: et lux perpetua luceat ei: tu dona.

*Ant. dubla* [1]. Redemptor meus vivit, et in novissimo me renovabis. ℣ Renovabuntur denuo ossa mea, et in carne mea videbo Dominum Deum.

f. 278r. ⁑ II. Tu iussisti nasci me, Domine: repromisisti ut resurgerem. ℣ Iussione tua venio, sanctissime: ne derelinquas me, quia pius es. *Psalm.* (1) Deus in nomine.

III. Credo quod Dominus non me derelinquas: nec condemnabis, dum veneris ad iudicandum. ℣ Sed miserebitur ei redemptor meus, pius Deus. *Psalmus.* (2) Miserere mei Deus, miserere mei.

IIII. Tu creasti me, Christe: iussione tua venio, sancte. ℣ Parce, Deus; parce, fortis; libera me de manu mortis. *Psalm.* (3) Inclina, Domine, aurem.

V *dubla*. Exter factus sum fratribus meis: quia iussisti. ℣ Vocasti me, Deus; ecce venio: suscipe me. *Psalm.* (4) Salva me, Deus, quoniam introierunt.

## Oratio ad sepulturam.

Obsecramus misericordiam tuam, aeterne omnipotens Deus, qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es: ut spiritum et animam famuli tui *ill.*, quem hodierna die rebus humanis eximi, et ad te accersire iussisti, blande et misericorditer suscipias: non ei dominentur umbrae mortis, nec tegat eum chaos et caligo tenebrarum; sed exutus omnium criminum labe, in sinu Abrahae collocatus locum lucis et refrigerii se adeptum esse gaudeat: ut cum dies iudicii advenerit, cum sanctis et electis tuis eum resuscitare iubeas. Per.

1. locum: et locum. T 96. W. M. — 4-5. renovabis: renovabit. T 96. V. — 10. nec: *corr. ex* me. — 10-11. derelinquas.... condemnabis.... veneris: derelinquat.... condemnabit.... venerit. T 96. V. M. — 12. ei: mei. T 96. M. — 20. SEPULTURAM: *in R* SEPUL. *(sic)*. — 24. accessire: accersiri. T 69. M. —27. Abrahae: Abrahae patriarchae. T 96. M. — 28. ut: et. T 96. M. — 29. resuscitare: resuscitari. T 96. M.

(1) Psalm. 53. (2) Psalm. 56. (3) Psalm. 85. (4) Psalm. 68.

℟ [XVI]. Non timebis, anima, quia Christus passus est: per cuius passionem nos redempti sumus. ℣ Dominus custodiat te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus: per cuius.

[*Evang. sec.*] *Iohan.* In illo tempore. Dixit Ihesus discipulis suis: Omne quod dat mihi Pater ad me veniet: et eum, qui venit ad me, non eitiam foras: quia descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Haec est autem voluntas eius, qui misit me, Patris: ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Haec est voluntas Patris mei, qui misit me: ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam. Et resuscitabo ego ‡ eum in novissimo die. f. 279.

℟ [XVII]. In manus tuas, Domine: commendo spiritum meum. ℣ In te, Domine, speravi; non confundar in aeternum: commendo.

*Sequuntur laetaniae:* Domine miserere.

## PSALLENTIUM AD SEPULTURAM.

[I]. Exaltabo te, Domine: quoniam suscepisti me: educ de inferno animam meam. Salva me, Domine, a descendentibus in lacum. II. De terra creasti me; carne induisti me: redemptor meus, Christe, resuscita me in novissimo die. II. Dextera tua, Domine, suscepit me: et disciplina tua ipsa me docuit. IIII. Cum Christus apparuerit vita nostra, tunc apparebis cum eo in gloria. V. Domine, Domine, quando venero in iuditium tuum? Animam in carne constitutam pollui; prius quam discutias me, miserere mei. VI. Domine, mitte angelum tuum protectorem meum, qui me suscitet de terrae pulvere: ut possim occurrere ad resurrectionem cum sanctis tuis.

## ANTIPHONAE AD SEPULCHRUM.

Usque in vita mea laudabit te. II. Memorare, Domine. III. Adhaesit pavimento anima mea: vivifica me, Domine, secundum verbum tuum. IIII. Portio mea in terra. V. Vide, Domine, humilitatem. VI. Tu es Domine, protector. VII. Si-

9. est: est enim. T 96. M. — 19. PSALLENTIUM, etc.: *In R legitur tantum* « PS. ad S. » (cf. *Excerpa ex codd.* T 96 et M.). — 26. apparebis: apparebit. M. — 30. de terrae pulvere: T 96 *om.* — 33. Usque etc.: *In M per extensum, ubi al. ordo* (cf. *Excerpta cod. M.*).

tivit anima mea ad Deum. VIII. Ecce enim Deus adiuvat me. VIIII. In paradiso angeli deducant te. X. Quoniam pater meus et mater mea derelinquerunt me: Dominus autem assumpsit me. XI. Etenim pauci fuerunt dies mei: da mihi requiem cum sanctis tuis, Domine. XII. *in sep.* Suscipe me, Domine, secundum verbum tuum: et ne confundas me ante conspectum tuum.

*Quando mittunt in sepulchrum:*

Suscipiat te Christus, qui vocavit te: in sinu Habrahae angeli deducant te.

Haec requies mea in saeculum saeculi: hic habitabo, quia praeelegit eam.

II. Dominus mortificat, et vivificat: deducit ad inferos, et reducit.

III. Dominus custodiat te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

[*Psalm.*] Levavi oculos meos ad montes: unde veniet auxilium mihi. *totus.* (1)

Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocavit.

Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et universi qui habitant in eo.

Ad te, Domine, levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.

In te, Domine, speravi: non confundar in aeternum.

In tua iustitia libera me: et eripe me.

Beati quorum remissae sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.

Gaudete, iusti, in Domino: rectos decet conlaudatio.

Beatus qui intellegit super egenum et pauperem: in die mala liberavit eum Dominus.

f. 279'. ✠ Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Miserere mei, Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

11. quia: quoniam. M. — 17. [*Psalm.*]: suppl. in hac ed., ut est in all. codd.

(1) Psalm. 120.

Auditui meo dabis gaudium: et laetitia *(sic)* exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Deus, in nomine tuo salvum me fac: et in virtute tua libera me.

Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Deus misereatur nobis, et benedicat nos: inluminet vultum suum super nos, et misereatur nobis.

Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuvandum me festina.

Deus, in te speravi: Domine, non confundar in aeternum.

In tua iustitia libera me: et eripe me.

Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quoniam egenus et pauper sum ego.

Custodi, Domine, animam meam: Domine, salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Domine, exaudi orationem meam: et clamor meus ad te perveniat.

De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam.

Eripe me, Domine, ab homine malo: et a viro iniquo libera me.

Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci orationis meae.

Domine, exaudi orationem meam: auribus percipe deprecationem meam in veritate tua.

Aperite mihi portas iustitiae: et ingressus in eas confitebor Domino.

Haec porta Domini: iusti ingredientur per eam.

In pace in idipsum: obdormiam et requiescam.

Fiat, Domine, misericordia tua super nos: sicut speravimus in te.

Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: et ego resuscitabo eum in novissimo die.

[*Ant.*] Dominus custodiat te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

17. Domine animam meam Domine: animam meam quoniam sanctus es. T 96. M. — 27. Dne exaudi, etc.: *deest* T 96. — 37. [*Ant.*]: Supple in hac ed.

*Orat.* Oremus, fratres charissimi, pro spiritu cari nostri *ill.*, quem Dominus de temptationibus huius saeculi liberare dignatus est, cuius corpusculum hodie sepulturae traditur; ut eum pietas Domini in sinu Abrahae et Isaac et Iacob collocare dignetur: ut cum dies iuditii advenerit, inter sanctos et electos tuos eum in parte dextera collocandum resuscitare faciat. Praestante Domino nostro.

f. 280. *Alia.* ✠ Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui *ill.*, ut defunctus saeculo tibi vivat: et si qua per fragilitatem mundanae conversationis peccata admisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per.

*Alia.* Omnipotens sempiterne Deus, rogamus clementiam pietatis tuae pro spiritu et anima famuli tui *ill.*, quam de hoc saeculo migrare iussisti, ut in sinu Abrahae collocare digneris: ut cum dies illa tremenda iuditii advenerit, ad dexteram regni tui consurgere mereatur. Per.

## AD VESPERAS DEFUNCTORUM.

*Ant.* Complacebo, Domine, in regione vivorum. ℣ [1] Dilexi quia audiet. II. Heu me, coincolatus meus prolongatus est. ℣ [2] Ad Dominum cum tribularer. III. Dominus custodiat te. ℣ [3] Levavi oculos. IIII. Si iniquitatem observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? ℣ [4] De profundis. V. Opera manuum tuarum ne despitias, Domine. ℣ [5] Confitebor tibi. VI. *in Magnif.* Audivi vocem de caelo dicentem: Beati mortui qui in Domino moriuntur.

*Sequitur* Pater noster. *Seq.* Credo in Deum.

*Cap.* Requiem aeternam dona ei, Domine. ℟ Et lux perpetua luceat. *Seq.* Domine, exaudi orationem. *Seq.* Domine, averte.

6-7. resuscitare: resuscitari. T 96. — 9. defunctus: *corr. ex* defuncto. — 10. admisit: *corr. ex* amisit. — 19. coincolatus: quod incolatus. T 96. W. M. — 20. est: W. *add.* « habitare cum habitantibus Cedar ». — 23. Domine: *deest* W. — 24. *in Magnif.: suppl. al. ma.* — 28. luceat: *in marg. al. ma. add.:* « ℣ Non intres in iudicio cum servo tuo, Dne » (v. *reliqq. infra, ad Laud. p. 491*).

(1) Psalm. 114. (2) Psalm. 119. (3) Psalm. 120. (4) Psalm. 129. (5) Psalm. 137.

## AD MATUTINUM DEFUNCTORUM.

[IN PRIMA TURMA]. *Ant.* Dirige, Domine Deus meus, in conspectu tuo viam meam. ℣ (1) Verba mea. II. Convertere, Domine, et eripe animam meam; quoniam non est in morte qui memor sit tui. ℣ (2) Domine, ne in ira tua. III. Ne quando rapiat ut leo animam meam; dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat. ℣ (3) Domine Deus meus, in te.

*Lectio* [I]. Parce mihi, Domine; nihil enim sunt dies mei. Quis est homo, quia magnificas eum: aut quia ponis erga eum cor tuum? Visita eum diluculo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salivam meam? Peccavi; quid faciam tibi, o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam; et si mane me quaesieris, non subsistam.

℟ ⁑ Accepimus bona. ℣ Quoniam sagittae tuae. f. 280v.

*Lectio II.* Taedet animam meam vitae meae: dimittam adversum me eloquium meum: loquar in amaritudine animae meae; dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices? Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adiuves? Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora: ut quaeras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scies quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

℟ Antequam comedam. [℣ Afflictus sum].

*Lectio III.* Manus tuae plasmaverunt me, et fecerunt me totum in circuitu, et sic repente praecipitas me? Memento,

2. [IN PRIMA TURMA]: *suppl. in hac ed.* — 3. viam meam: vias meas dirige. T 96. W. — 4-5. quoniam.... tui: salva me propter misericordiam tuam. W. M. — 8. Quis: Quid *ex corr. 2 ma.*, T 96. W. — quia ponis: quid apponis. M; W. *1 ma.* quida *(sic)* ponis. — 11. parcis: *1 ma.* parces. — 14. aufers: *inter* r *et* s *ras.* — 18. animam meam: *ma. ser. corr.* animae meae. — 24. et: *al. ma. suppl. sup. lin.* ita; ita et. W. — 26. scies: scias. T 96. W. — 27. qui: qui me. W. — 29. [℣ Afflictus sum]: *suppl. in hac ed.* — 30. tuae, Domine. W. M. — plasmaverunt.... fecerunt: fecerunt.... plasmaverunt. W.

(1) Psalm. 5. (2) Psalm. 6. (3) Psalm. 7.

quaeso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me; ossibus et nervis compegisti me; vitam et misericordiam tribuisti mihi; et visitatio tua custodivit spiritum meum.

IN SECUNDA TURMA. *Ant.* I. In loco pascue ibi me collocavit. ℣ (1) Dominus regit me. II. Delicta iuventutis meae et ignorantias meas ne memineris. ℣ (2) Ad te, Domine, levavi. III. Redemisti me, Deus veritatis: in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. ℣ (3) In te, Domine, speravi.

*Lectio I.* Responde mihi quantas habeo iniquitates et peccata; scelera mea et delicta mea ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comeditur a tinea.

℟ Quis mihi tribuat. ℣ Si fuero.

*Lectio II.* Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur ‡ multis miseriis. Quasi flos egreditur, et conteritur, f. 281. et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicio? Quis potest facere mundum de inmundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es? Breves dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te: constituisti terminos eius, qui praeterire non poterit. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut dies mercenarii, dies eius.

℟ Scio, Domine, quia. ℣ Memento, Domine.

5. tua: *corr. ex* mea. — 9. Deus: Dne Deus. T 96. W. M. — in manus, etc.: *deest* W. — 11. et: *abras., sed restituit ut in* T 96. W. M. — 12. delicta mea: mea *deest* T 96. W. M. — 13. arbitraris: T 96. W. M. *add.* me. — 20. ℟ Quis, etc.: *al. ma. in marg. substituit* « ℟ Induta est caro » *quod* ℟ *habent* T 96. W. M. — 22. Quasi: *al. ma. supp. sup. lin.* Qui; Qui quasi. T 96. W. — 25. iudicio: iudicium. T 96. W. — 28. te: *al. ma. sup. lin. add.* est; te est. T 96. W. — 31. ℟ Scio, etc.: *al. ma. in marg. substituit* « ℟ Paucitas dierum meorum », *quod est* ℟ *in* T 96. W. M.

(1) Psalm. 22. (2) Psalm. 24. (3) Psalm. 30.

*Lectio III.* Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivet? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti; sed parce peccatis meis.

IN TERTIA TURMA. [*Ant.* I]. Anima autem mea exultavit in Domino: et delectabitur in salutari suo. ℣ [7] Iudica, Domine, nocentes. II. Complaceat tibi, Domine, ut eripias me: ad adiuvandum me festina. ℣ [8] Expectans expectavi. III. Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, et parebo ante faciem Dei. ℣ [9] Sicut cervus desiderat.

*Lectio I.* Spiritus meus attenuabitur, dies mei abbreviabuntur, et solum mihi superest sepulcrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, et pone me iuxta te, et cuiusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est: in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es; mater mea et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea et patientia mea? Tu es, Domine, Deus meus.

℟ Nonne cognoscit. ℣ Domine Deus meus si feci.

*Lectio II.* ⁑ Pelli meae, consumptis carnibus, adhaesit f. 281r.
os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misereminí mei, misereminí mei, saltem vos, amici mei; quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo et plumbi lamina, vel certe sculpantur in silice? Scio enim, quia Redemptor meus vivit, et in novissimo de terra surrecturus sim: et rursum circumdabor

1. mihi: mihi hoc. T 96. — 9. suo: eius. M. — 10-11. ad adiuvandum, etc.: Dne ad adiuv. me fest. T 96; Dne, in auxilium meum respice. W. M. — 16. Libera me: *in* M *al. ma. add.* Domine. — 17. et cuiusvis: *corr. ex* cuius vix; et *deest* W. — 21. in: et in. W. — 24. ℟ Nonne, etc.: *al. ma. in marg. substituit:* « *Seq.* ℟ Libera me, Dne » *ut in* W. M. — 28. persequimini: T 96. W. M. *add.* me. — 29. Quis: *1 ma.* Quid. — 31. certe: *in* M *al. ma. corr.* celte; celte. W. — 32. quia: quod. T 96. W. — 32-33. novissimo: W. M. *add.* die. — surrecturus: resurrecturus. W.

(7) Psalm. 34. (8) Psalm. 39. (9) Psalm. 41.

pelle mea, et in carne mea videbo Deum; quem visurus ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius. Reposita est haec spes mea in sinu meo.

℟ Oculi mei. ℣ Laboravi.

*Lectio III.* In diebus illis vir fortissimus Iuda, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerre ibi pro peccatis mortuorum, iuste et religiose de surrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

*Ant.* I. In iniquitatibus conceptus sum; peccavi coram te, Domine: miserere mei. ℣ [(1)] Miserere mei Deus. II. Exaudi orationem meam, Domine: ad te omnis caro veniet. ℣ [(2)] Te decet hymnus. III. Me suscepit dextera tua, Domine. [℣] [(3)] Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. ℣ [(4)] Deus misereatur. IIII. A porta inferi erue animam meam, Domine Deus meus. ℣ [(5)] Clamavi ad Dominum. V. Omnes spiritus laudate Dominum. ℣ [(6)] Laudate Dominum de caelis.

*In Bened.* Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet; et omnis qui credit in me, non morietur in aeternum. ℣ [(7)] Benedictus Dominus Deus Israel.

*Sequitur* Pater noster *et* Credo in Deum.

*Capit.* Requiem aeternam dona eis, Domine. ℟ Et lux perpetua luceat eis. II. Non intres in iudicio. ℟ Cum servis tuis, Domine. III. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. ℟ Animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. IIII.
f. 282. ⁑ Domine, exaudi orationem nostram.

1. visurus: *al. ma. super lin. add.* sum, *ut in* T 96. W. M. — 4. ℟ Oculi mei, etc.: *al. ma. in marg. substituit* « ℟ Non timebis etc. » *ut in* M; *in* T 96 ℟ Scio enim, etc. — 7. offerre: *al. ma. sup. lin. add.* eas *ut in* T 96. W. — ibi: *deest* M. — 8. surrectione: resurrectione. T 96. W. — 11. dormitionem: *in R* dormientium. — 13. exorare: et exorare. T 96. W. — 15. Miserere mei: ad te omnis caro veniet. W. — 20-21. Omnes.... laudate: Omnis.... laudet. T 96. W. M. — 23. qui: T 66; W. M. *add.* vivit et. — 24. aeternum: T 96. W. M. *add.*: dicit Dominus. — 25. *et* Credo in Deum: *deest* T 96. W. M. — 30. *Al. ma. add.* « ℟ Et clamor noster ad te perveniat. ℣ Exurge, Christe, adiuva nos. ℟ Et li-

(1) Psalm. 50. (2) Psalm. 64. (3) Psalm. 62. (4) Psalm. 66. (5) Cant. Ion. 2. (6) Psalm. 148-150. (7) *Cant. Zach.*

# IUDICIA DEI.

## INCIPIT IUDITIUM AD FERRUM VEL AD AQUAM SANCTIFICANDUM.

Deus iudex iustus, fortis et patiens, qui es auctor pacis, et iudicas aequitatem: Tu enim, Domine, iudicas quod iustum est, et rectum iuditium tuum; qui respicis super terram facis et eam tremere: Tu, Deus omnipotens, qui per adventum unigeniti filii tui Domini nostri Ihesu Christi mundum salvasti, et per sanctissimam eius passionem genus humanum redemisti: Tu hanc aquam vel ferrum ignis fervore sanctifica, qui tres pueros, idest Sydrach, Misac et Abdenago, iubente rege Nabuchodonosor in caminum ignis accensum missos, salvare dignatus es, et inlesos per angelum tuum sanctum eduxisti: Tu clementissime dominator, praesta: ut si innocens de hac causa in hanc aquam vel ferrum igne fervente manum miserit, sicut tres pueros supradictos in camino ignis salvasti, et Susannam de falso crimine liberasti, ita et qui innocens de hac causa in hanc aquam vel ferrum igne fervente manum miserit, salvam † et inlesam tua virtute deducat. Ita, Deus f. 282'. omnipotens, si quis est culpabilis, incrassante diabolo, cor induratum habuerit, et manum submittere praesumpserit, Tu, iustissime Pater, tua veritate sic declarare digneris in corpore eius maculam iniquitatis suae: ut per iustissimam corporis exustionem tuum aequum manifestetur iudicium; et, eo toto ad te corde converso, animam eius per poenitentiam salvetur; et si quis culpabilis per aliquid maleficium aut per herbas peccatum suum tegere voluerit, tua dextera hoc evacuare dignetur. Per unigenitum Filium tuum Dominum nostrum Ihesum Christum, qui tecum vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

bera nos propter nomen tuum. *Seq. (ps. 142).* Domine, exaudi orationem meam. [M. *pro precibus ad Vesp. ponit psalm. 50.* Miserere mei]. *Orat.* Quaesumus, Domine, famulo tuo, cuius diem primum obitus sui diem *(sic)* commemoramus; sanctorum tuorum largire consortium, et rorem misericordiae tuae perhennis infunde ». *Seq. lacuna fere octo linearum.*

10. IUDICIA DEI: tit. suppl. in hac ed. (cf. Muratori, *Ant. Med. Aevi*, t. III, Diss. XXXVIII). In cod. nostro R textum eadem prima manus exaravit, sed in hac ed. hos Ordines caractere distincto posui, utpote a liturgia ambrosiana prorsus alienos.

## ITEM ORDO AD FACIENDUM IUDITIUM AD AQUAM FRIGIDAM.

Hoc est verum iuditium ad hominem, qui debet exire in aquam frigidam. Quando romani propter invidiam tulerunt domno Leoni papae oculos et linguam propter thesaurum sancti Petri, tum venit ad imperatorem Carolum, ut eum adiuvaret de inimicis suis. Tunc imperator duxit eum Romam, et restituit eum in locum suum, et thesaurum supradictum non potuit invenire aliter, nisi per istud iuditium. Quod iuditium fecerunt beatus Eugenius et Leo et imperator, ut episcopi et abbates et comites firmiter teneant, et credant, quia probatum habuerunt illi sancti viri qui invenerunt.

*Coniuratio (?).* Cum homines vis dimittere in aquam frigidam, ad probationem, ita debes facere: Accipe illos homines, quos vis mittere in aquam, et duc eos ad ecclesiam coram omnibus; et cantet presbyter Missam; et facit illos ad ipsam Missam offerre. Cum autem ad communicationem venerint, antequam communicent, interroget eos sacerdos coniuratione ista, et dicat:

f. 283. Adiuro vos homines, per Patrem, et Filium, et ✠ Spiritum sanctum, et per vestram christianitatem, quam vos suscepistis, et per unigenitum Dei Filium et sanctam Trinitatem, et per sanctum Evangelium, et per istas *(sic)* quae in hac ecclesia sancta sunt: ut non praesumatis ullo modo communicare, neque accedere ad hoc sanctum altare, si vos hoc fecistis, aut consensistis, aut scitis qualiter hoc egerint.

Si autem homines tacuerint, et nemo ullum sermonem dixerit, tunc accedat sacerdos ad altare, et communicet ex illis quemcumque vult mittere in aquam. Cum communicant, dicat sacerdos ad unumquemque per singulos:

Hoc corpus et sanguis Domini nostri Ihesu Christi sit tibi acceptum ad probationem hodie.

Expleta Missa, faciet ipse sacerdos aquam benedictam; et accipiant ipsam aquam, et vadant ad locum ubi homines probati debeant esse. Cum autem venerit ad iam praedictum locum, praebeat illis omnibus de ipsa sancta benedicta aqua bibere: ut autem dederit, dicat ad unumquemque:

Haec est aqua benedicta: sit tibi ad comprobationem fidei.

Postea vero coniuret sacerdos aquam, ubi illos mittere debet.

1. istas: *lege* istas reliquias.

*Item benedictio ad aquae frigidae coniurationem.*

Adiuro te, et benedico te, aqua, ✠ in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit, et te iussit ministrare humanis necessitatibus: qui etiam te iussit segregari ab aquis superioribus: Adiuro te, per ineffabile nomen Domini nostri Ihesu Christi Filii Dei omnipotentis, sub cuius pedibus mare et omne elementum aquarum se calcabile praebuit: qui etiam semetipsum baptizari in Iordanis flumine in eodem elemento voluit: Adiuro te etiam per Spiritum sanctum, qui super eum baptizando *(sic)* descendit: Adiuro te per nomen sanctae et individuae Trinitatis, cuius voluntate iam praedictum aquarum elementum in mare divisum est, ut populus Israel super illud siccis vestigiis transiret; ad cuius etiam vestigii invocationem Helias ferrum, quod de manubrio exierat, super aquam natare fecit: ut nullo modo suscipias hunc hominem ‡ *nomine ill.* si in aliquo ex hac causa f. 283'.
culpabilis est, quae illi obiicitur, et scilicet aut per opera, aut per consensum, aut per sapientiam, aut per ullum ingenium magicae artis; sed facias super te natare homines istos, ut nulla possit esse contracte *(sic)* causa facta, aut nulla praestigatio *(sic)*, quod illum non possit occultare, sed manifestare. Adiuro te, homo, per nomen Domini nostri Ihesu Christi, et ita tibi praecipimus: ut nobis per nomen eius obedias, cui omnes creaturae serviunt, quem cherubim conlaudant dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus Deus exercituum; sub cuius iure omnia regna sunt, quia tu es rex regum, et dominus dominantium, per infinita saecula saeculorum. Amen.

*Item post coniurationem aquae adprehendat ipsos homines, qui ad iuditium debent intrare; exuat illos vestimentum eorum et faciat osculari singulos sanctum Evangelium et crucem Christi: post haec, ista coniuratio fiat per unumquemque.*

Adiuro te homo ill. per invocationem Domini nostri Ihesu Christi, et per iuditium aquae frigidae: adiuro te per Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, per sanctam Trinitatem inseparabilem, et per Dominum nostrum Ihesum Christum, et per omnes angelos, et per tremendum diem iuditii, et per vigintiquatuor seniores qui cotidie Deum laudant, et per quatuor evangelistas, Matheum, Marcum, Lucam et Iohannem, et per sedecim eius prophetas, et per duodecim apostolos, et per omnes sanctos Dei martires, et confessores, et virgines, principatus, et potestates, et dominationes, et virtutes, et per thronos, cherubim et seraphim, et omnia secreta caelestia, et agmina sanctorum. Adiuro te per tres pueros qui cotidie ante Deum laudant, Sydrac,

Misac et Abdenago, et per centum quadraginta quatuor millia martyres, qui pro Christi nomine passi sunt, et per Mariam Virginem Matrem Domini nostri Ihesu Christi, et per cunctum populum chri-
f. 284. stianum et sanctum Dei, et per illud bap-✠-tismum, quod sacerdos super te regeneravit: te adiuro, ut si tu de hoc furto aut scisti, aut baiulasti, aut vidisti, aut in domum tuam recepisti, aut consentiens vel consentaneus exinde fuisti, aut si habes cor incrassatum seu induratum, aut si culpabilis inde es, evanescat cor tuum, ut non suscipiat te aqua, neque ullum maleficium possit contra te *(sic)* hoc praevalere, sed manifestentur per hoc noxii. Proptetea obnixe te, Domine Ihesu Christe, deprecamur: fac signum tale, ut si culpabilis est hic homo, nullatenus recipiatur ab aqua. Hoc autem, Domine Ihesu Christe, fac tale signum et laudem et gloriam, per invocationem nominis tui: ut omnes cognoscant quia tu es Deus noster benedictus, qui vivis et regnas cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

*Deinde sequitur* (sic). *Accipiat modo presbyter de ipsa aqua benedicta quam prius fecerit, aspergat super unumquemque, et statim illos proiitiat in aquam.*

## BENEDICTIO PANIS ET CASEI AD FURTUM INVENIENDUM

PANEM ORDEATIUM ET CASEUM *(sic).*

Ayos. ayos. ayos. Sancte Pater, qui es invisibilis, aeterne Deus, omnium rerum creator, Deus spiritalium orator, qui cunctorum es conditor, et archana prospicis, et cuncta cognoscis, qui scrutans corda et renes; Deus, deprecor te, exaudi verba meae deprecationis; ut qui hoc furtum admiserit, panis vel caseus iste fauces et guttura eius transire non possit. Amen.

*Alia.* Domine, qui liberasti Moysen et Aaron de terra Egypti, David de manu Saul regis, Ionam de ventre ceti, Petrum de fluctibus, Paulum de vinculis, Teglam de bestiis, Susannam de falso crimine, tres pueros de camino ignis ardentis, Danihelem de lacu leonum, pa-
f. 824'. raliticum de grabato, Lazarum de monumento, ✠ ostende misericordiam tuam: ut qui hoc furtum commiserunt, panis vel caseus iste fauces et guttura eorum transire non possit. Per.

26. admiserit: *al. ma. sup. lin. add. var. pro plurali et sic deinceps in duab. seqq. orat.*

Te igitur, clementissime Pater, per Ihesum Christum Filium tuum Dominum nostrum supplices te rogamus et petimus: ut inhaereas linguas gutturibus . . . . . istorum hominum, qui hoc furtum fecerunt, aut consenserunt: ut nunquam manducent neque transglutient creaturam tuam panem et caseum istum; ut sciant quia tu es, et non est alius praeter te, summe Deus, qui in excelsis moraris, qui habes ob Trinitatem et maiestatem tuam iustos angelos tuos; emitte, Domine, angelum tuum Gabrihelem qui.... erat gutturibus eorum, qui hoc furtum fecerunt, ut nec manducent nec glutient creaturam tuam panem et caseum istum. Habraham, Isaac et Iacob tres patriarcas invoco cum millia millium angelorum et archangelorum ; invoco quatuor evangelistas, Marcum, Matheum, Lucam et Iohannem: invoco nomen *(sic)* Moysen et Aaron, qui mare diviserunt, ut ligent linguas gutturibus istorum hominum, qui hoc furtum fecerunt aut consenserunt: si hanc creaturam tuam panem et caseum gustaverunt, sicut arbor tremulus et requiem non habeant, nec requiescant in faucibus eorum creaturam panis vel casei: ut sciant omnes quia tu es Deus, et non est alius praeter te. Per.

*Coniuratio hominis.* Coniuro te, (vos) homo(ines), per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per tremendum iuditii diem, et per quatuor evangelistas, et per duodecim prophetas, et per vigintiquatuor seniores, qui cotidie in laudem Dei adorant, et per illum redemptorem, qui pro nostris peccatis manus suas sanctas cruce suspendere dignatus est; si in hoc furtum mixtus es, aut fecisti, aut baiulasti: taliter tibi ordinetur de manu Domini, de sua sancta gloria et virtute, ut panem et caseum istum non possis manducare, nisi inflato ore, cum spuma et gemitu, et dolore, et lacrymis, faucibusque tuis sis constrictus, per eum qui venturus est, iudicare * vivos et mortuos et saeculum per f. 285.
ignem. Amen.

## ALIA BENEDICTIO.

*In primis cantent psalmum:* Deus stetit, *totum: deinde legunt sanctum Evangelium . . . . . . . . . . . et ipsi criminati iurent quod ipsum furtum non fecissent: deinde benedicat panem et caseum, et donet in nomine Domini culpabili vel innocenti.*

3. gutturibus: *seq. locus rasus.* — 8. erat: *al. ma. corr.* aderat. — 19. *In marg. al. ma.* « Conioratio ad latrones ». — 32. *Evangelium: seq. lacuna.*

Domine Deus, Ihesu Christe, agios, agios, agios, quod est sanctum nomen tuum mirabile, Dominus dominantium, Deus angelorum, Deus patriarcharum, Deus prophetarum, Deus martyrum, Deus apostolorum, Deus confessorum, Deus virginum, Deus omnium sanctorum, deprecor te: ut si iste homo *ill.* hoc furtum perpetraverit, panem istum et caseum eiitiat, et concludatur guttur eius; et si nesciens est, manducet: et si sciens est, tremat, et tremens appareat, tamquam arbor tremula tremescat; quia tu es Deus solus: et tua Deus ostensio fiat super ipsum qui hoc furtum perpetravit, vel sciendo consensit. Qui liberasti Danihelem de lacu leonum, et Susannam de falso crimine, liberasti et Ionam de ventre ceti, et tres pueros de camino ignis ardentis, manifesta hoc Deus per orationem omnium sanctorum sicut manifestasti Pharaonem regem Egypti cum exercitu suo: et Deus vindicet causam istam.

Et tres pueri respondent *(sic)* et modo signet presbyter eos (?.) In nomine Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

# [BENEDICTIONES].

## BENEDICTIO AD BARBAM INCIDENDUM.

Omnipotens sempiterne Deus, benedic hunc famulum tuum *ill.*, qui tibi primitias suae offert iuventutis. ✠ Effunde, Domine, benedictionem tuam; in caput barbamque eius transeat, sicut in barbam Aaron: ut in eadem benedictione in via mandatorum tuorum ambulet, et cum eadem ad summam senectutem perveniat. Per.

## BENEDICTIO AD CAPILLOS INCIDENDUM.

Domine et salvator, innocentiae et amator, humilitatis adsumptor, mansuetudinis habitator, qui venientibus infantibus, sanctae manus tuae benedictionem imponens, talium
f. 385'. dixisti esse regnum caelorum; ✠ benedic † hunc famulum tuum *ill.* cui in tuo nomine initium incidimus capillorum. Tu ei, Domine, comple aetatem, perfice intellectum, sapientiamque largire: ut te intelligat, te sapiat, tuorum sit praeceptorum susceptor atque impletor: ut in eadem man-

datorum tuorum semper ambulans via, tam ad senilem aetatem, quam ad vitam consequendam aeternam perveniat. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. [℟] Amen.

## BENEDICTIO INCENSI.

Domine Deus omnipotens, cui astat exercitus angelorum cum tremore, quorum servitus in ventum et ignem convertitur, dignare, et respicere, et benedicere hanc creaturam incensi: ut omnes languorum insidiae odorem ipsius sentientes fugiant a plasma tua *(sic)*, quos pretioso sanguine redemisti: ut nunquam laedantur a morsu antiqui serpentis. Qui cum Patre *(sic)*.

## (AD) OMNIA QUAECUMQUE VOLUERIS.

Benedic, quaesumus, Domine, creaturam istam: ut sit remedium salutare generi humano; et praesta per invocationem nominis tui, ut quicumque ex ea gustaverit, corporis sanitatem, et animae tutelam percipiat. Per.

17. Per: *al. ma. in calce fol. add. seqq. orat.:* « Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulae tuae secundum clementiam tuam: et dirige eam in viam salutis aeternae: ut, te donante, tibi placita cupiat, et tibi *(sic)* tota virtute perficiat. *Alia.* Benedic, quaesumus, Domine, creaturam istam panis, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes gustantes ex eo accipiant tam corporis quam animae sanitatem ».

# INDICES

## I. – INDEX ANALYTICUS

### PARTIS SECUNDAE CODICIS VALLIS TRAVALIAE

PROPRIUM SANCTORUM ET DE TEMPORE.

**Proprium Sanctorum** — a festo S. Martini Episc. et Conf., a die 11 nov. ad diem 11 decembris. . . . . . . . *pag.* 1
**Proprium de Tempore** — a Sabbato ante Domin. I Adv., ad Domin. V post Epiphaniam . » 24
**Proprium Sanctorum** — a die 20 jan., ad diem 30 febr. . . » 97
**Proprium de Tempore** — a Dominica in Septuag., ad Sabb. post Pentec. . . . . . . . » 116
**Proprium Sanctorum** — a die 12 martii, ad diem 4 novembr. » 275

COMMUNE SANCTORUM.

In natali unius Apostoli . . . » 374
In natali Ss. Apostolorum . . » 377
In natali unius Martyris . . . » 378
In natali plurimorum Sanctorum (Martyrum) . . . . . . . . » 383
In natali Confessorum . . . . » 390
In natali Virginum . . . . . » 395

COMMUNE DOMINICARUM.

Ad Matut., Laud., Missam et Vesperas . . . . . . . . . » 399

PROPRIUM DOMINICARUM.

A Dominica I post Pentec., ad Domin. III post Dedicat. eccl. maioris . . . . . . . . *pag.* 413

IN COTTIDIANIS DIEBUS ANNI CIRCULI.

Commune Feriarum, ad Matut., Laud. et Vesperas . . . . » 430

COMMUNE AD HORAS MINORES.

Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam . . . . . . . . . » 446
Epistolellae et ℟℟ br. in Feriis Communibus . . . . . . . » 451
Ad Completorium . . . . . . » 453

PROPRIUM AD HORAS MINORES.

Epistolellae et ℟℟ br. de Tempore » 455

ALII ORDINES.

Ad aquam sanctam faciendam . » 463
Ad catechumenum faciendum . » 466
Ad baptismum gravitalem . . » 472
Ad dandam Poenitentiam . . » 474
In agenda defunctorum . . . » 479
Iudicia Dei. . . . . . . . . » 492
Benedictiones variae . . . . » 497

# II. — SERIES OFFICIORUM
## PRO DOMINICIS DIEBUS, FESTIS MOBILIBUS AC FERIIS TOTIUS ANNI

### PARS COMMUNIS.


*Commune Dominicarum* . . *pag.* 399
Ordo officii ad Matut., Laudes et Vesp., ut in Domin. I post Pentecosten . . . . . . . . » 413
Ordo Horarum per annum . . » 446
*Commune Feriarum* ad Matut., Laud. et Vesp. per annum.
Feria II . . . . . . . . » 430
Feria III . . . . . . . . » 433
Feria IV . . . . . . . . » 435
Feria V . . . . . . . . » 438
Feria VI . . . . . . . . » 440
Sabbato . . . . . . . . » 443
*Commune ad Horas* per annum » 451


### PARS PROPRIA
*Tempore Adventus.*


Sabb. I Adv., ante Dom. I Adv. » 24
Dominica I. . . . . . . . . » 24
Propr. ad Horas, temp. Adv. » 455
Sabbato II (*in nota*) . . . . » 26
Dominica II . . . . . . . . » 26
Sabbato III . . . . . . . . » 29
Dominica III . . . . . . . . » 29
Sabbato IV . . . . . . . . » 32
Dominica IV . . . . . . . . » 32
Feria VI hebdom. IV. . . . . » 35
Sabbato V . . . . . . . . . » 35
Dominica V . . . . . . . . » 35
Feria V hebdom. V (*in nota*) . » 38
Feria VI hebdom. V . . . . . » 38
Sabbato VI . . . . . . . . » 38
Dominica VI . . . . . . . . » 41
Feria II de Exceptato. . . . . » 45
Feria III de Exceptato . . . . » 48
Feria IV de Exceptato . . . . » 49
Feria V de Exceptato. . . . . » 51
Feria VI de Exceptato . . . . » 52
Sabbato de Exceptato . . . . » 53

24 dec. In Vigiliis Nat. Domini » 53
25 » In Nativitate Domini . » 56
Propria ad Horas a Nat. ad Epiph. . . . . . . . . » 456
26 » In nat. S. Stephani Prot. *pag.* 62
27 dec. In nat. S. Iohannis Ap. et Evang. . . . . . » 67
28 » In nat. Innocentum . » 71
29 » In nat. S. Iacobi Ap. . » 74
Feria VI post Nativ. Domini . » 77
Feria VII (*sic*) post Nativ. Dom. » 78
Sabbato post Nativ. Domini . . » 79
Dominica post Nativ. Domini . » 79
31 dec. Translat. S. Silvestri Pp. » 78
1 jan. Octava Domini et Circumcisio . . . . . » 81
6 » Epiphania Domini . . » 84
Propria ad Horas in Epiph. » 457
Sabbato post Epiph. . . . . . » 92
Dominica I post Epiph. . . . » 92
Dominica II post Epiph.. . . » 94
Dominica III post Epiph. . . » 95
Dominica IV post Epiph. . . » 96
Dominica V post Epiph.. . . » 97
Dominica in Septuagesima . . » 116
Dominica in Sexagesima . . . » 117
Dominica in Quinquagesima . » 119
Sabb. de Carnelevali (*in nota*) . » 120
Dominica in capite Quadrages. » 120


*Tempore Quadragesimali.*


Propria ad Horas in Feriis quadr. » 458
Feria II hebdom. I . . . . . » 125
Feria III . . . . . . . . . » 127
Feria IV . . . . . . . . . » 128
Feria V. . . . . . . . . . » 130
Feria VI . . . . . . . . . » 131
Sabbato I de Quadragesima . » 133
Dominica I, *de Samaritana* . . » 134
Feria II hebdom. II . . . . » 136
Feria III . . . . . . . . . » 137
Feria IV . . . . . . . . . » 138
Feria V. . . . . . . . . . » 139
Feria VI . . . . . . . . . » 140
Sabbato II . . . . . . . . » 142
*Benedictio Cineris*. . . . » 142
*Scrutinia* (cf. pp. 123 et 169).
Dominica II, *de Abraham* . . » 144
Feria II hebdom. III . . . . » 146
Feria III . . . . . . . . . » 146

Feria IV ebdom. III . . . *pag.* 147
Feria V . . . . . . . . . . » 148
Feria VI . . . . . . . . . » 149
Sabbato III *de Caeco* . . . . » 151
Dominica III, *de Caeco* . . . » 151
Feria II hebdom. IV . . . . » 153
Feria III . . . . . . . . . » 154
Feria IV . . . . . . . . . » 155
Feria V . . . . . . . . . » 157
Feria VI . . . . . . . . . » 157
Sabbato IV, *de Lazaro* . . . » 159
Dominica IV, *de Lazaro* . . . » 160
Feria II hebdom. V . . . . » 162
Feria III . . . . . . . . . » 163
Feria IV . . . . . . . . . » 164
Feria V . . . . . . . . . . » 165
Feria VI . . . . . . . . . » 166
Sabbato [V] *in traditione Symboli* » 168
Dominica *in ramis palmarum* . » 170
*Benedictio palmarum* . . . » 172
Feria II de Authentica . . . » 175
Feria III de Authentica . . . » 176
Feria IV de Authentica . . . » 178
Feria V de Authentica *(in Coena Domini)* . . . . . . . . » 180
Feria VI de Authentica *(in Parasceve)* . . . . . . . . » 184
Sabbato Sancto . . . . . . » 195
Propria ad Horas . . . . » 459
*Benedictio ignis* . . . . » 199
*Benedictio Cerei* . . . . » 199
*Benedictio Fontis baptism.* . » 205
*Ordo Baptismi* . . . . . » 209

*Tempore Paschali.*

Dominica in Pascha . . . . » 212
Propria ad Horas . . . . » 460
*Benedictio Agni* . . . . » 216
Feria II in albis . . . . . . » 216
Feria III in albis . . . . . » 218
Feria IV in albis . . . . . » 219
Feria V in albis . . . . . . » 221
Feria VI in albis . . . . . » 223
Sabbato in albis . . . . . . » 225
Dominica I post albas . . . . » 227
Commune feriarum temp. pasch.
Feria II . . . . . . . » 229
Feria III . . . . . . . » 230
Feria IV . . . . . . . » 232
Feria V . . . . . . . » 233
Feria VI . . . . . . . » 235
Sabbato . . . . . . . » 236
Dominica II post albas . . . » 238
Dominica III post albas . . . » 239
Dominica IV post albas . . *pag.* 240
Dominica V post albas . . . » 240
In Ascensione Domini . . . » 241
Propria ad Horas . . . . » 461
Dominica post Ascens. Domini » 244
Triduo Litaniarum.
*Benedictio cineris et cilicii* . » 245
Feria II: die primo . . . » 245
Feria III: die secundo . . » 254
Feria IV: die tertio . . . » 260
In Vigilia Pentecostes ad Vesp. » 269
In die sancto Pentecostes . . » 271
Propria ad Horas . . . . » 462
Sabbato post Pentecosten . . » 274

*Dominicae a Pentec. ad Adv.*

Dominica I . . . . . . . . » 413
Dominica II . . . . . . . » 418
Dominica III . . . . . . . » 419
Dominica IV . . . . . . . » 419
Dominica V . . . . . . . » 420
Dominica VI . . . . . . . » 420
Dominica VII . . . . . . . » 421
Dominica VIII . . . . . . » 421
Dominica IX . . . . . . . » 422
Dominica X . . . . . . . » 422
Dominica XI . . . . . . . » 422
Dominica XII . . . . . . . » 423
Dominica XIII . . . . . . » 423
Dominica XIV . . . . . . » 424
Dominica XV . . . . . . . » 424
Dominica XVI: I post Decollationem . . . . . . . . . » 425
Dominica XVII: II post Decoll. » 425
Dominica XVIII: III post Decoll. » 426
Dominica XIX: IV post Decoll. » 426
Dominica XX: V post Decoll.. » 427
Dominica XXI: I mensis octobris . . . . . . . . . » 427
Dominica XXII *ante Dedicat. Eccl. maioris*, II mensis octobris . . . . . . . . . » 428
In Dedicatione Ecclesiae maioris, Dominica III mensis octobris . . . . . . . . . » 359
Dominica I post Dedic. Eccl. . » 429
Dominica II post Dedic. Eccl. » 429
Dominica III post Dedicationem Ecclesiae . . . . . . . . » 429

In anniv. Dedicationis Ecclesiae (minoris) . . . . . . . . » 366

# III. – INDEX ALPHABETICUS

## NOMINUM SANCTORUM ET OMNIUM FESTORUM

### QUAE IN HOC MANUALI OFFICIA PROPRIA HABENT

NB. Litteris vulgo *cursivis* indicantur Officia ex codice Metropolitano *M* desumpta et edita in Notis.


Agathae Virg. et Mart., 5 febr. *pag.* 112
Agnetis Virg. et Mart., 21 jan. » 99
Alexandri Mart., 26 aug. . . . » 344
Ambrosii Episc. Mediol.
Baptismum (cum s. Andrea) » 10
Ordinatio, 7 dec. . . . . » 17
Depositio, fer. V in albis . » 221
Andreae Apost., 30 nov. . . » 10
Antonini Mart., 13 nov. . . . » 5
Apollinaris Episc. Raven. Mart. 23 julii . . . . . . . . » 315
Augustini Episcopi et Doctor. 28 aug. . . . . . . . . » 345

Babilae Episc. et trium pueror. Mm., 24 jan. . . . . . . » 105
*Barnabae Apost.*, 11 jun. . . » 293
Bartholomaei Apost., 24 aug. . » 342
Benedicti Abbatis, Depositio, 21 martii. . . . . . . . » 275
*Benigni* Episc. Mediol. Conf. . » 7
*Brigidae* Virg., 1 febr. . . . » 108

Caeciliae Virg. et Mart., 22 nov. » 8
*Castritiani* Episc. Med. et Conf. 1 dec. . . . . . . . . . » 16
Christinae Virg. et Mart., 25 jul. » 318
Christophori Mart., 25 jul. . . » 318
Chrysanti et Dariae Martyrum, 25 nov. . . . . . . . . » 10
Clementis Pp. et Mart., 23 nov. » 9
*Commemoratio omnium defunct.* (fer. II post Dom. III oct.) . » 365
Cornelii et Cypriani Martyrum, 14 sept. . . . . . . . . » 348
Cosmae et Damiani Mm., 22 oct. » 371
Crucis Sanctae:
Inventio, 3 maji . . . . » 281
Exaltatio, 14 sept. . . . » 350

*Dalmatii* Episc. et Mart., 5 dec. » 16
Dedicationis Eccl. mai. (Dominica III oct.) . . . . . . » 359
Dedicationis Ecclesiae min. . *pag.* 366
» *Ss. Stephani et Zachariae* (sept.) . » 348
Dionysii Episc. Mediol. et Conf., 25 maji . . . . . . . . » 291
Domnini Mart., 9 oct. . . . . » 359
Donati et Carpophori Mm., 7 aug. » 328

Eugenii Epist. et Conf., 30 dec.
Euphemiae Virginis et Martyris, 16 sept. . . . . . . . . » 350
Eusebii Episc. Vercell. cum Machabaeis, 1 aug. . . . . . » 323
Eustorgii [I] Episc. Mediol. et Conf., 18 sept. . . . . . » 352

Felicis et Fortunati Mm., cum Translat. S. Victoris, 14 maji » 288

Genesii Mart., 25 aug. . . . » 343
Georgii Mart., 24 apr. . . . . » 277
Gregorii [I] Pp. et Confessoris, 12 martii. . . . . . . . » 275

Hippolyti et Cassiani Martyrum, 14 aug. . . . . . . . . » 334

Iacobi Apost. Natalis, 24 jul. . » 317
Ordinatio, 29 dec. . . . » 74
Iesu Christi Domini Nostri:
Nativitas, 25 dec. . . . . » 56
Circumcisio, 1 jan. . . . » 81
Epiphania, 6 jan. . . . . » 84
Innocentum, 28 dec. . . . . » 71
Ioannis Apost. et Evang., 27 dec. » 67
Ioannis Baptistae:
Nativitas, 24 junii. . . . » 299
Decollatio, 29 aug. . . . » 346
Ioannis et Pauli, 26 junii. . . » 304
Iuliani Mart., 22 junii . . . . » 299
Iulii Presbyteri et Confessoris, 31 jan. . . . . . . . . . » 107

Laurentii Levitae et Martyris, 10 aug. . . . . . . . *pag.* 329
Lucae Evang., 18 oct. . . . » 370

Machabaeorum cum S. Eusebio Episc., 1 aug. . . . . . . . » 323
Mammetis et Agapiti Mm. 17 aug. » 341
Marcellinae Virg., 17 julii . . » 314
Marci Evang., 25 apr. . . . » 279
*(Litaniae maiores)* . . . . » 279
Marci Conf., octobr. . . . . » 359
*Mariae Magdalenae*, fer. III in albis . . . . . . . . . . » 218
Mariae Virginis Dei Genitricis:
*Nativitas*, 8 sept. . . . . » 348
Annunciatio, 25 mart. . . » 276
Purificatio, 2 febr. . . . » 109
*Benedictio Candelarum* . . »
Assumptio, 15 aug. . . . » 339
Martini Episc. Turon. Confess., 11 nov. . . . . . . . . . . » 1
Materni Episc. Mediol. Çonfess., 18 jul. . . . . . . . . . » 315
*Mathiae* Apost., 7 febr. . . . » 115
Matthaei Apost. et Evangelistae, 21 sept. . . . . . . . . » 352
Mauritii et eius commilit. Mm., 22 sept. . . . . . . . . . » 352
Michaelis Archangeli in monte Gargano, 29 sept. . . . . » 356
*Miroclis* Episc. Mediol. et Conf., 3 dec. . . . . . . . . . . » 16

Naboris et Felicis Mm., 12 jul. » 311
Nazarii et Celsi Mm., 28 jul. . » 318
Nazarii eiusdem Transl. 10 maji » 286
*Nicolai* Episc. et Conf., 6 dec. » 17

Pauli Apost. Conversio, 25 jan. » 106
*Petri Apost. Cathedra*, 22 febr. » 115
Petri et Pauli Apostolor., 29 jun. » 305
Philippi et Iacobi Apost. 1 maj. » 280
*Protasii* Ep. Med. Conf., 24 nov. » 10
Protasii et Gervasii Mm., 19 jun. » 294

Quirici Mart., 16 julii . . *pag.* 313
*Quirini et Nicomedis* Mm. 4 jun. » 293

Romani Mart., 18 nov. . . . » 6

Sanctorum Omnium, 1 nov. . » 372
Satyri Conf., 17 sept. . . . . » 351
Sebastiani Martyris, et Solutoris, 20 jan. . . . . . . . . . » 97
Severi Episc. et Conf., 1 febr. . » 108
Silvestri Pp. et Conf., 31 dec. . » 78
Simonis et Iudae Apost., 28 oct. » 371
Simpliciani Episc. Mediolan. et Confess., Depositio, una cum Translat. SS. Sisinii et socc., 15 aug. . . . . . . . . . » 335
Sisinii, Martyrii, et Alexandri:
Natalis . . . . . . . . » 293
Translatio, 15 aug. . . . » 335
Stephani Protom. Natale, 26 dec. » 62
Syri Episc. et Conf.:
Depositio, 9 dec. . . . . » 23
Translatio, 16 maji . . . » 290

Theclae Virg. et Mart., 24 sept. » 356
Thomae Apost.:
Natale, 21 dec. . . . . . » 23
Translatio, 3 julii . . . . » 310
*Trium Puerorum*, feria VI in albis . . . . . . . . . » 223

Victoris Mart. Natale (*Translat. ad ulmum*), 8 maji . . . . » 283
Translatio, cum Ss. Felice et Fortunato, 14 maji. . » 288
*Vigilii* Conf., febr. . . . . . » 115
Vincentii Lev. et Mart., 22 jan. » 102
Vitalis et Agricolae Mm., 4 nov. » 373
Vitalis et Valeriae Mm. 28 apr. » 280
Viti Mart., 15 junii . . . . . » 294

Xysti Pp. et Mart., 6 aug. . » 325

Zenonis Episc. et Mart., 8 dec. » 22

307026

BX 1995 .A5 A3 v.3 pt.2
IMS
Catholic church.
Ambrosian rite
Manuale ambrosianum

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5 CANADA